X 307/8

Digitized by Google

POETAE LATINI MINORES.

TOMI SEXTI

SECTIO PRIOR.

CARMINA

DE

RE HORTENSI ET VILLATICA

ITEM

AMATORIA ET LVDICRA

COMPLECTENS.

CVRAVIT

IO. CHRISTIANVS WERNSDORF.

J.H.S.

BIBLIOTHÈQUE S.J.
Les Fontaines
60 - CHANTILLY

HELMSTADII
APVD C. G. FLECKEISEN.
MDCCLXXXXIV.

INSTITUTION
IHS
BELLEVUE ISEURE

EX LIBRIS DOMUS SANCTI STANISLAI
Bibliotheca
- artium -

PRAEFATIO.

Qui ducibus poëtis ſuperioris tomi uaſtum orbem terrarum peragrauimus, maria et terras, populos et urbes, montes et flumina uidimus, nunc, quaſi breuiorem in gyrum compulſi, ad minores regiones, ſed amoenas, deferimur, hortorum et uillarum ſepta, riuos, areas et pomaria luſtramus. Has nempe delicias offerunt poëtae, qui priore claſſe huius tomi proponuntur et cultum uariaſque opes hortorum deſcribunt. Quorum in recenſione etſi rebus tam uariis, quibus referta ſunt ea carmina, explicandis non exiguus labor impendendus fuit, ipſa tamen argumenti amoenitas et rerum pulchritudo animum commentantis leuauit quodammodo et iucundiore ſenſu affecit; uiſuſque ſum mihi, media licet hieme, qua haec muſinabar, cum poëtis iſtis inter ipſas horti uernantis areas et halantium florum odores uerſari, etſi me alias neque in roſis uiuere, neque aura fortunae blandiore circumflari ſentio. Et iucunditas illa ex his carminibus percipienda ne lectoribus meis minus contingeret,

* dedi

dedi in primis operam iuſta rerum uerborumque interpretatione, cuius ſuperiores Columellae et Palladii editores minus ſtudioſos, quam criticae textus emendationis, fuiſſe reperiebam. Florum, herbarum, olerum nomina, quibus Columellae in primis carmen abundat, uulgaribus uernaculae noſtrae appellationibus, ubi opus eſſe uidebatur, et id fieri bonis auctoribus poterat, interpretatus ſum; deſcriptiones accuratiores ex formula artis, a Linneo proditae, addere ſuperſedi; quandoquidem ueterum nominum ſignificationes ex iſta formula definiendi ſtudium plerumque uanum et incertum eſſe illi etiam confirmabant mihi, quorum hac in re ſcientia et auctoritate niti poteram. Et, ſi quid hac in re uel mea ipſius, uel aliorum opera effeciſſem, equidem non uidebam, quod tantum lumen interpretationi afferrem ſubtilibus artis definitionibus adhibendis, quas non intelligerent, niſi artis periti, alii lectores, hac non initiati, aſpernarentur. Primarium hac in materia interpretis officium reputaui, uetera herbarum nomina ex aliis ueterum comparatis locis illuſtrare, in quo non perfunctorie me uerſatum eſſe arbitror.

Quae hortenſium poëmatum claſſem excipiunt Amatoria et ludicra, multum ea, quod ad elegantiam attinet, iſtis inferiora ſunt, et uereor, ne futuri ſint lectores, qui ab iſtis ad haec transeuntes ex amoenis et cultis locis in deforme et ruderatum ſolum et in ſenticeta barbariae ſe delatos arbitrentur. Hi ne forte iniquius iudicent, probe uelim memores ſint conſilii mei iam olim patefacti, quo non ſelecta ex aliis et emendatiora

car-

carmina, ſed promiſcua quaeque et ſingularia, quotquot ex antiquitate ſeruata ſunt, recenſere denuo et aetatis noſtrae memoriae repraeſentare inſtitui, et minime omnium omittere ea debeo, quae dudum ab aliis editoribus in certas collectiones recepta ſunt.* In quibus ſi ſunt nonnulla naeuis deterioris latinitatis deformia et ab ingenii orationiſqne elegantia minus commendanda, poſſunt tamen eadem his ipſis uitiis demonſtrandis uſum praebere alium litteratoribus, qui qualeſcunque antiquitatis reliquias ad curam et ſcientiam ſuam pertinere putant, atque inde res nouas, nouata rerum uocabula uel in nouum detorta ſenſum, promota linguae pomoeria et auctas opes, uariatas rerum imagines et ideas, imitationis antiquiorum ueſtigia uel expreſſa uel corrupta, et quicquid denique poëtarum a priſtino cultu defectionem declarat, auent cognoſcere. Itaque Maximiani et quae ſequuntur poëmata docti egregiique uiri minime neglexerunt, qui omnem litteraturae Romanae ambitum complexi animo ex his etiam ultimae Latinitatis monumentis fructum aliquem redundare ad doctrinam putarunt, atque hinc non ediderunt modo in collectionibus aliquoties, ſed paſſim etiam explicarunt, aut loca ex iis producta ad illuſtrationem aliorum et ad rerum uariarum indagationem adhibuerunt. Quorum ſi exemplum ſenſumque in poëtis hiſce edendis et illuſtrandis ſecutus ſum, equidem neminem puto, qui litteras amet, horum carminum contemtorem tam faſtidioſum fore, ut operam in iis edendis abs me poſitam nullius pretii et utilitatis eſſe putet. Et Maximiani

adeo Elegiis id pretium uidetur ſtatuendum, ut ei minus etiam ſtudii, quam pro merito eius, adhuc impenſum eſſe arbitrer. Etſi enim, quod ad argumentum attinet, delirus iuxta ac laſciuus auctor eſt, is tamen in ipſo carmine genius poëſeos, is orationis color apparet, ut exceptis, qui a corrupta aetate adhaerent, naeuis, prope abeſſe ab antiquis poëtis Elegorum ſcriptoribus uideatur. Quapropter cum a nemine adhuc ſcirem perpetua annotatione illuſtratum, multa in eum contuli animaduerſione digna, idque potiſſimum egi, ut uſurpata ab eo imitamina ueterum indicarem, dictiones et ſententias eius cum uetuſtiorum poëtarum locis conferrem, eoque fontes, quibus nutritum poëtae ingenium eſſet, oſtenderem. Cumque Maximiano aeque ac Caelio Sympoſio, quem iſti adiunxi, euenerit, quod plerisque aliis, quos edo, poëtis minoribus, ut parum noti uulgo ſint, et alii de iis ne fando quidem audiuerint, alii, qui attigerint forſan, perperam et peruerſe aut inique de iis iudicent, feci, quod alias ſolitus ſum, et de perſona aetateque eorum poëtarum copioſe accurateque expoſui, obſcura nonnulla declarare et errores diſpungere conatus ſum, tum uero teſtimonia et iudicia eruditorum, quotquot reperire potui, enarraui. In his enim cum proferantur ſubinde, quae in uitae enarratione attingi non potuerunt, alia, quae potuerunt, confirmentur, ſic pleniorem inſtruere auctoris hiſtoriam ſtudui, ut luculentior inde capi notitia eius, quam ex libris adhuc conſuetis, poſſit. Pugnaui his contra inſcitiam uel errores plurimorum, qui eum uel neſciunt plane, uel con-

contemnunt, et tot eorum quaſi cognitoribus ex eruditorum multitudine productis in ciuitatem et coetum poetarum reduxi, quo uel eiectus plane uel non receptus uidebatur; omninoque ut plurimum ſpectabilis, et aequis hominum iudiciis expoſitus eſſet, congeſtis rerum documentis effeci. Hanc rationem exponendi cum in pleriſque poëtis ſuperiorum uoluminum ſecutus ſim, id ualde moleſtum uiſum eſt nupero cenſori operis mei, qui cum et carmina, quae edo, pleraque contemtim habere, et meam in ea collatam operam alto deſpicere ſupercilio ſolet, tum in primis iraſcitur commentationum mearum de uita poëtarum ubertati, et ſingulis tam longas praefationes et copioſa eruditorum teſtimonia praemiſſa indignatur. Ego uero criminatione iſta parum commoueor, ſiquidem ea nihil aliud uideo quam diligentiam et doctrinae uſum liberaliorem uituperari, quam ſi rebus ueterum ſcriptorum obſcuris recte eruendis et explicandis adhibui, quoad potui, et in ea copiam magis quam ieiunitatem obſeruari uolui, neſcio cur faſtidiri et reprehendi ea debeat, licet fortaſſe excedere quorundam doctrinae anguſtias uideatur. De Caelio Sympoſio, Aenigmatum auctore, multum anquiſiui et diſputaui, ut poëtae illius aetatem et conditionem meliore in luce collocarem, inprimiſque opinionem conuellere ſtudui, plurimorum hodie eruditorum aſſenſu receptam, quae Lactantii hoc eſſe Sympoſium, ab Hieronymo commemoratum, arbitratur. Quippe ſingulis argumentis, quibus hoc firmare conatus eſt Heumannus, diligentius excuſſis, euiciſſe me credo, illuſione quadam ingenii et fallen-

tibus coniecturis factum eſſe, ut haec ſententia inualeſceret, et Sympoſius poëta in Lactantii ſympoſium migrare, contra omnem antiquitatis fidem, cogeretur; contra, quae ipſius ludicri carminis ratio, quae poëtae conditio fuerit, e praefationis indiciis paullo accuratius deducere conatus ſum. Ad eruditorum obſeruationes, quibus Sympoſius illuſtratus eſt, e libris editis excerptas, licuit mihi nonnullas addere ineditas I. L. Bünemanni, quas in exemplari Heumanniani Sympoſii, quod nunc Academiae Georgiae Auguſtae bibliotheca ſeruat, ipſius manu notatas deſcripſi, et nonnulla ad illuſtrandam praeſertim dictionem et ſtilum Sympoſii non inutilia monere deprehendi. Griphum Auſonii Aenigmatibus Sympoſii adiunxi, non alia ratione ductus, quam quod ſingulare hoc et cognati generis carmen uix abeſſe debere a collectione mea uidebatur, idque iam ab aliis ſeparatim editum et inter aenigmatica relatum reperiebam. Caeterum me fateor in hunc auctorem nihil fere noui beneficii, praeter nonnullas interpretationes, conferre potuiſſe.

Quam praeterea ſubiungere claſſem poëmatum et hoc tomo concludere ſtatueram, cum ſpatium uoluminis uix ſufficere ei recipiendae uideatur, tomo ſeptimo proponere decreui. Proxime igitur duo Dramata, quae promiſi, comparebunt, Hoſidii Getae Medea, et Pſeudo-Plauti Querolus, cum fragmentis aliquot Tragicorum et Mimorum longioribus, quibus, niſi alia forte ſuccurrant magis idonea, Flauii Auiani fabulas, non indignas hac ſocietate minorum Poëtarum,

rum, adiiciam. Et diligenter quidem perſequar, quoad potero, quod reliquum eſt huius laboris; quouſque tamen progreſſurus ſim et quantum ſpatium confecturus, in manu et uoluntate eius, qui fata humana regit, ſitum eſt. Scrib. Helmſtadii in Academia Iulia Carolina, Nonis Iuniis MDCCLXXXXIII.

Hactenus Pater meus. Non uiſum eſt ſummo rerum humanarum arbitro, eo usque uitam prolatare uiro optimo, ut, quae deſtinaſſet animo acerrimoque ſtudio, quamquam affecta aetate, egiſſet, ea perficeret operique iam profligato ac paene ad finem deducto ſupremam manum imponeret. Reliquit tamen praeter ea, quae hoc uolumine continentur, Hoſidii Getae Medeam et Pſeudo-Plauti Querolum, item ſelecta Tragicorum ueterum ac Mimorum fragmenta, curis ſuis recenſita et illuſtrata, planeque prelo parata, excepto prooemio in Medeam Tragoediam, quod commentanti ultimus morbus ſuperuenit, qui ei d. XXV. Aug. ſuperioris anni uitae finem attulit. Ea autem, quae dixi, uel ſeparatim edentur, uel ſeptimum eundemque ultimum tomum huius operis conſtituent. Qui ut priorum uoluminum menſuram aequet, non deerunt, quae Supplementorum nomine adiiciantur, uelut Andreae Riuini notae et animaduerſiones ad Septimii Sereni Moretum, ad Sueuii, ueteris poëtae, fragmentum Moretarium, atque in Pſeudo-Pindari Thebani Epitomen latinam Iliadis Homericae, quas Mſptas Patri utendas et typis uulgandas conceſſit Reuerendi et eruditiſſimi Kinderlingii

lingii humanitas. Praeterea accedent fortaſſe nonnulla ab ipſo patre ſupplendo paſſim Operi et corrigendo deſtinata atque in margine exempli ſui notata. Caeterum uehementer optamus, in tanto eorum, qui noſtra aetate poëtas tractant, numero, feruentibus, in Germania praeſertim, commentandi edendique ſtudiis, ut exiſtat aliquis, id quod ſperare ſe praefatione Tomi V huius operis profeſſus eſt pater, cui opportunitas bene de litteris merendi eam mentem iniiciat, ut, quae edere pater, cum uellet, per fata non potuit, Auiani dico fabulas, Sereni Sammonici et Marcelli carmina de medicina, atque Sidonii Apollinaris Panegyricos, iis recenſendis atque illuſtrandis operi huic ſupplementum uel potius colophonem addat. Scrib. Helmſtadii, Idibus Maiis a. MDCCLXXXXIIII.

Chriſtianus Gottlieb Wernsdorf.
Philoſ. P. P.

CAR-

CARMINVM
DE RE HORTENSI ET VILLATICA
SERIES.

I. COLVMELLA *de cultu hortorum.*

II. PALLADIVS *de Inſitionibus.*

III. VOMANVS *de laudibus hortuli.*

IV. AVSONII *Roſae*, cum appendice quinque epigrammatum *de Roſis.*

V. ALIORVM Auctorum Carmina minora *de hortorum et ruris amoenitate.*

A. B. PETRONII *Deſcriptio loci amoeni.*

C. E Priapeiis, Ep. LII.

D. Ex iiſdem, Ep. XV, *de Malis pulcherrimis.*

E. INCERTI *de Malis Matianis.* 1. 2. 3.

F. ALCIMI *de donis a Leſbia miſſis.*

G. INCERTI Tria Epigrammata *de Citrio.*

H. et I. INCERTI, *de uita tranquilla et rurali.*

PROOEMIVM.

Carminum de re hortenſi et uillatica Syllogen, qualem iam edimus, plures ſuperiore aeuo uiri eruditi adornarunt, quorum in primis tres nominandos hoc in diſſertationis noſtrae introitu putamus. Primus eſt Iodocus Willichius, qui *P. Virgilii Maronis Opuſcula quaedam de re Hortenſi*, *uidelicet* Hortulum, Moretum, et Roſam, *cum commentariis* ſuis edidit Baſileae, per Io. Oporinum, anno, quem dedicatio praefert, 1545. 8. Alter Andreas Riuinus collectionem eiuſmodi ſatis amplam inſtruxit, et Lipſiae an. 1655, 8uo edidit ſub titulo: *As ueterum nonnullorum*, *ut et mediae uergentiſque aetatis*, *ſcriptorum fere metricorum et medicorum*, *de re herbaria.* In qua XII ſcriptores, ut Columella de cultu hort. Palladius de inſit. cum aliorum uillaticis carmin. et epigramm. Walafridi Strabi Hortulus cum A. Sept. Sereni Moreto, Macer de uiribus herbarum, cum appendice, et plures alii recentioris aeui, continentur, quos ordine recenſet Geſnerus in Indice editionum ad Script. Rei ruſt. pag. XLVII. Hoc opus rariſſimum inuentu eſt, et uix a quoquam repertum eſt integrum, uideturque ab auctore

tumultuaria plane opera collectum, et per partes multaſque intercapedines editum, ita quidem, ut, quum quae edita ſubinde eſſent, diſtraherentur ante, quam extremae partes acceſſiſſent, pauca admodum exemplaria integra et ſuis partibus abſoluta confierent, plura reperirentur mutila et imperfecta. Docuit me hoc I. N. Niclaſius V. C. atque e proprio exemplari eius libri probauit, quod per omnia cum libro a Geſnero deſcripto conuenit, ſed in fine mutilum eſt, ac tantum uſque ad initium libri Scholae Salern. de conſeruanda bona ualetudine procedit. Breuius adhuc et magis curtum exemplum eſt, quod ipſe poſſideo, treſque tantum partes a Geſnero enumeratus continet, et in Moreto duobuſque fragmentis Petronii, quae Strabi hortulo ſubiiciuntur, definit. Vtrumque exemplar nec titulum, nec praefationem habet, adeoque ultimam editoris curam abfuiſſe prodit. Neque dubito; quin eadem ſors plurium exemplarium, quae apud alios reperiantur, fuerit. Quamquam de caetero Riuini hoc opus negligentiſſime excuſum apparet, reperi tamen nonnulla in Columella et aliis carminibus loca, quae ab aliis editionibus diſcrepant, et a Riuino correcta ſunt. Tertium auctorem nominare poſſum Io. Frider. Chriſtium, qui *Villaticum*, poëma, *libris* III. edidit Lipſiae an. 1746. 8. et inter copioſos Excurſus ei adiectos, etiam *Corollarium* pag. 241. exhibet, quod excerpta e ueteribus poëtis, ut e Pap. Statio, Martiale, Auſonio, carmina, pariterque e Pithoei collectione repetita epigrammata de uillarum et ruſticationis amoenitate complectitur, paucis notulis et coniecturis adiectis. Ab his collectionibus

bus mea, quae cum maxime prodit, haud parum differt, atque iis fere contractior eſt. Nonnulla enim carmina, quae iſti auctores inter Hortenſia retulerunt, quia nos anticipata iam aliis noſtri Operis locis produxeramus, hic abeſſe iuſſimus; qualia ſunt *Moretum*, quod Willichius et Riuinus, *Auieni de malis Punicis*, *de cantu Sirenum*, *ad Amicos de agro* carmina, *Sereni nonnulla fragmenta*, *Symmachi de litore lacus Lucrini*, quae Riuinus dedit, *Laureae Tullii in Ciceronis Academiam*, quod Riuinus et Chriſtius, *Auſonii Moſella*, et *epigramma de nauigatione*, ſiue de uilla maritima, a nobis ad auctorem Epitomes Iliad. Hom. relatum, quae Chriſtius recenſuit. Alia epigrammata breuia et fragmenta ueterum poëtarum, a Riuino et Chriſtio in hunc cinnum relata ſunt, quae rem ruſticam et hortenſem parum attingunt, aut uitam priuatam, frugalitatis bonum, et tenuioris fortunae ſecuritatem laudant; itaque non ſatis digna nec apta argumento uidebantur, ut in noſtrum ſyntagma reciperentur. Sed progrediamur ad ſingula huius collectionis carmina conſideranda.

L. Iun. Moderatus Columella, poëmatis *de Cultu hortorum* auctor, Gaditanus patria, ſub Claudio Principe fuit, L. Senecae, et Corn. Celſi, quos ſaepius laudat, aequalis et amicus. De eo nunc maxime quaerimus, quae ſingulare eius poëma, quod proponimus, ſpectant. Nam quae de aetate, uita et libris eius memorari amplius poſſunt, non adeo obſcura uel dubitationi obnoxia ſunt, ut noua diſquiſitione indigere uideantur, quae dudum a uiris doctis, Nic. Antonio in Biblioth. Hiſp. Fabricio, Funccio, Harleſio,

et Geſnero in primis in Praefat. ad Scriptores Rei ruſticae luculente ſunt expoſita. Hoc tantum monere et repetere hoc loco liceat, quod dudum Tomo I, huius operis pag. 6, cum de Gratio, Cynegetici auctore, agerem, profeſſus ſum, uideri Columellam libertini generis fuiſſe. Suſpicari hoc ipſum nomen Columellae iubet, quo uocabulo, ut Donatus ad Terentii Phorm. II, 1, 57, oſtendit, apud ueteres Romanos ſerui maiores domus appellati ſunt. Prouocat autem Donatus ad uerſum antiqui poëtae Lucilii:

Seruus neque infidus domino, neque inutilis cuiquam,
Lucili columella hic ſitus Metrophanes.

Quem eundem uerſum repetiit Martialis XI, 91. Salmaſius quidem Exercit. Plin. pag. 859. *columellam* in uerſu Lucilii accipit pro στήλη, columna ſiue cippo, qui imponitur ſepulcro, eoque ſenſum eius eſſe ait, ſub hac columella ſiue στήλη ſitum eſſe Metrophanem, ſeruum Lucilii. At ſane Donati hac in re auctoritas grauior eſſe debet, et probat eius ſententiam defenditque Gatakerus Cinni, ſiue Aduerſ. Miſcell. lib. II, cap. 20. p. 384. Quippe pluribus locis ueterum *columen domus*, *familiae*, dictos eſſe ſeruos fideles approbat, e quibus ipſe Terentii *columen familiae* Getam ſeruum dicit, et praeterea Cicero in Verr. lib. III, cap. 76: *Timarchides, columen familiae ueſtrae, premit fauces defenſionis tuae.* Salmaſius quidem *columen domus* ſeruum ſubinde dictum eſſe concedit, an ipſius domini dici potuerit, ut *Lucilii columella*, dubitat: quod tamen fit apud Terentium, ubi ipſe dominus Demipho hoc elogio condecorat ſeruum ſuum. *Columella*, dimi-

diminutiuum, ſollennius hac in re uocabulum fuiſſe uidetur, quam *columen*, uel *columna*, propterea quod domini inter Romanos, licet blandius apellare charos ſeruos uellent, tamen uilis eorum conditionis memores, nomina eorum ἐξουθενητικῶς efferre ſolebant, quod ipſum uulgaria nomina *ſeruuli*, *uernulae*, et alia demonſtrant. Vnus e maioribus Columellae, pater uel auus, haud dubie ut columella familiae ſeruierat apud aliquem gentis Iuniae, qui deinceps manu miſſus a domino, gentilitio eius nomini, quod aſſumere liberti ſolebant, columellae cognomen addidit, poſteriſque ſuis ad ſeruandam libertinae conditionis memoriam reliquit. Atque hic fortaſſe Columella magis, quam Columna, cognominari e priſtina conditione uoluit, quod uniuerſe ciues Romani diminutiuis in cognominibus efferendis gauderent; quam conſuetudinem Th. Crenius Animadu. Phil. P. X, p. 38, e ſimilium cognominum exemplis, *Auiolae*, *Barbulae*, *Caligulae*, *Capellae*, *Catulli*, *Corniculae*, *Dolabellae* probat. Libros ſuos de Re ruſtica, ſigillatim decimum de cultu hortorum, hortatu Publii Siluini ſcripſit, eidemque dedicauit Moderatus. Qui Siluinus qua conditione et fortuna uixerit, ex ipſa Columellae oratione ita non apparet, ut certo affirmare poſſimus. Decimum quidem librum proſa oratione, ut caeteros, perſcribere inſtituerat, ſed frequenti poſtulatione Siluini expugnatum ſe dicit, (in Praef. ad lib. X.) ut poëticis numeris explere aggrederetur Georgici carminis omiſſas partes, quas ipſe Virgilius ſignificauerat, poſteris poſt ſe memorandas relinquere. Eiuſdem tamen propoſiti hortatorem ſibi fuiſſe Gallionem, fra-

trem Senecae, cuius familiaritate utebatur, teſtatur in fine libri IX: *Quae reliqua*, inquit, *nobis ruſticarum rerum pars ſupereſt, de cultu hortorum, Publi Siluine, deinceps ita, ut et tibi, et Gallioni noſtro complacuerat, in carmen conferemus.* Poſtea, confecto hoc carmine, Claudius Auguſtalis, adoleſcens, complurium ſermonibus inſtigatus, extudit ei, ut cultum hortorum proſa oratione componeret. Quod ut exſequeretur, libro XI, Villici officiis recenſendis deſtinato, ſubtexuit curam olitoris. Vnde factum eſt, ut plura de olerum fructuumque hortenſium cura in carmine dicta, iſto libro repeterentur, et ſubinde uberiore ſermone explicarentur.

Quod Columella librum ſuum *Cultum hortorum* in titulo pariter, atque ipſo principio carminis inſcripſit, id fortaſſe, ſi quorundam eruditorum coniecturam ſequimur, exemplo et imitatione Maecenatis fecit, quem Seneca Epiſtola CXIV teſtatur librum ſcripſiſſe, cui titulus *Cultus*, uel *de Cultu ſuo* fuit. Seneca ex eo quaſdam particulas et commata ſelecta producit, ut iis exemplis nouitatem uel affectationem in oratione Maecenatis oſtendat; quae Lipſius, quum non cohaererent, diſtinxit, et uerſiculos eſſe ex longiore uno carmine decerptos putauit. Andreas Riuinus in Diſput. altera *de Maecenate, ut bono ciue*, §. 15, aſſentit Lipſio, carmen fuiſſe Maecenatis *Cultum*, et praeterea perſuadet ſibi, titulum eum non alium cultum notauiſſe, quam Hortorum, quos Maecenas in Exquiliis inſtituerit; repurgata a multis ſordibus ea regione, quae antea ſepulcris ſeruorum et miſerorum deſtinata fuerat, ut praedicat Horatius Serm. I, 8, 7 ſeqq. Hortos eos

non

non modo arboribus floribuſque, ſed et aedificiis, praeſertim turri altiſſima, effoſſo in profundum alueo et ducto amne a ſe excultos, et ad omnem uiſus et proſpectus, aliorumque ſenſuum uoluptatem exornatos, Riuinus exiſtimat, Maecenatem in *Cultu ſuo* deſcripſiſſe, eiuſque deſcriptionis ueſtigia in ipſis uerſiculis a Seneca productis, ſed paullum a ſe mutatis, reperit. Certum eidem eſt, ob hortum ita inſtructum Maronem Maecenati Georgica ſua dedicaſſe; neque enim temere ita ad eum incepiſſe:

Quid faciat laetas ſegetes caet. *quis* cultus *habendo*
Sit pecori,

ubi profecto ad *Cultum* Maecenatis ipſi uidetur reſpexiſſe. Meo uero iudicio haec ratio admodum leuis eſt, quum *cultum* in principio Georgicorum non hortorum eſſe, ſed curam rei pecuariae, manifeſtum ſit. Alia tamen loca Virgilii non negem reperiri, in quibus *cultus* uocabulum de cultu hortenſi, et ſigillatim de cura inſerendi mutandique arbores, adhibuit, ut Georg. II, 35. et 51. Et horum alterum locum, quem poſterius citauimus, Ge. II, 51, Riuinus ita intelligit, et firmandae opinioni ſuae accommodat, ut credat, Maronem eo Maecenatem alloqui, et ad artes, quas ille ipſe ad maiorem arborum cultum adhibeat, et in *Cultu* ſuo deſcripſerit, prouocare. Loquitur de ſilueſtribus arboribus inſerendis:

— — tamen haec quoque ſi quis
Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis,
Exuerint ſilueſtrem animum: cultuque frequenti
In quaſcunque uoces (Maecenas) *artes, haud tarda ſequentur.*

Sed fruſtra hic Maecenatis appellationem quaeri, facile quis intelligat, qui *uoces* imperſonaliter accipiendum uideat. Maiore cum ſpecie fidem opinioni ſuae conciliat Riuinus, adducto uerſu Maronis Ge. II, 39, quo Maecenatem inuocat, ut fauorem operi ſuo praeſtet, quo nunc arborum uitiumque propagines docere aggrediatur:

Tuque ades, inceptumque una decurre laborem.

Hunc enim uerſum ita accipere uidetur, quaſi hortetur Maecenatem, ut, quemadmodum ipſe in libro Georgicon, ita ille in libro inſtituto *de Cultu* artem et curam ſerendarum arborum exponere pergat, atque una ſecum, uel ſociata opera, hunc laborem abſoluat. His expoſitis ſi rationes Riuini ualerent ſatis, colligendum inde eſſet, Maecenatem ante Columellam librum *de cultu hortorum* uerſibus condidiſſe. Sed quamquam ſtudioſiſſimum rei hortenſis Maecenatem fuiſſe conſtat, quem multum in hortis ab ſe inſtructis ſediſſe refert auctor Elegiae de obit. Maec. u. 33 ſeq. et cui Virgilius Georgicorum libros, et Sabinus Tiro, ut Plinius lib XIX, c, 10, teſtatur, Κηπουρικὰ, ſeu libros *de re hortenſi* dicauit; librum tamen eius *de Cultu* ſolam hortorum culturam ſpectaſſe, argumentis, quibus Riuinus utitur, nondum euinci arbitror, neque Meibomius, qui in Maecen. cap. XXIII, 14, de libro *Cultus* haud perfunctorie agit, tale eius argumentum ſuſpicatus eſt. Ego fere exiſtimauerim, Maecenatem eo libro uniuerſum uitae ſuae cultum, mores, acta, luxum, quae ſciebat paſſim reprehendi, excuſare uoluiſſe, idque praecipue defendiſſe, quod campum Exquilinum, publicis antea uſibus deſtinatum, hortis ſuis et aedificiis magni-

ficis

ficis occupaſſet, ibique uitam deſidem et luxuria diffluentem ageret.

Carmen hortenſe Columellae multas et exquiſitas eruditorum laudes tulit, larguſque in iis maxime Caſp. Barthius eſt, qui paſſim liberali elogio ornauit. Sic Aduerſar. libro XXXVII, cap. 7: *Eius* (Columellae) *Hortulus purum et uere Latinum carmen eſt, non tumidum, inflatum, abſonum, ſed naturali uenuſtate elegans, nec adfectans declamatorios flores, perpetuae orationis dedecus et corruptionem.* Idem in Comment. ad Stat. Theb. lib. II, u. 213. pag. 390, *Elegantiſſimum Columellae carmen* uocat, *quod natiuam ingenuamque poëſin illo adhuc aeuo cum paucis ſeruauit:* iterumque ad lib. VI, Theb. u. 104. p. 384, *poëtarum primatibus Columellam iure accenſendum* dicit, *etiam in tantillo ſcripto genuinae poëſeos principum non poſtremum:* denique ad uerſ. 360. eiuſdem libri, pag. 489, *elegantiſſimum, et uere Romani ingenii ſcriptorem et poëtam.* Et ſane Columella, ut in caeteris libris copioſae elegantiſque orationis, ita in metrico ingenii et uenuſtae poëſeos admirabilis auctor eſt. Qui hoc in primis operam dediſſe toto carmine uidetur, ut, quam ipſe in praefat. pronuntiat, tenuem admodum, et paene uiduatam corpore materiam, omni copia et ornatu inſtrueret, exiguaque et tanquam ſparſa cultus hortenſis membra, uarias opes et tempora modoſque colendi, ingenioſa et ſuaui rerum connexione in unum quaſi corpus conformaret. Ad copiam et ornatum operis in primis pertinent alluſiones excurſioneſque in fabulas crebro inſertae, pictae rerum imagines et tempeſtatum uices deſcriptae, qui-

quibus exilis florum, plantarum, olerum enumeratio diſtinguitur, et lector, qui forte taedium ex longa praeceptione ceperit, amoenioribus quaſi in locis recreatur. His excurſibus et deſcriptionibus tantopere indulget auctor, ut in his ſubſidium quaeſiuiſſe uideatur carminis, quod ſatis longum fore ob exilitatem materiae deſperabat, dilatandi et ad iuſtam libri amplitudinem perducendi. Nam in iis ita copiae et ubertati ſtudet, ita uela pandit orationis, ut fere nimium euagari, uerba, ideas, ſententias cumulare, genera rerum per omnes partes et ſpecies diducere, et quaſi longa ambage circumductam trahere orationem, non ſine ταυτολογίας uitio, uideatur. Legat modo, qui rem cognoſcere uelit, deſcriptionem ueris et renaſcentis anni plane abundantem, u. 196-214, Nympharum flores colligentium recenſum, u. 263-275, horti florigeri comparationem, u. 286-293. In quibus ſane Virgilii, quem ubique admiratur, modeſtam et decoram breuitatem deſeruiſſe uidetur. Contra, ubi in fine carminis uerſatur, idque iam ſatis productum eſſe uidet, ſubito uiam corripit, et iuſto breuior anguſtiorque apparet. Nam in fetibus arborum et uergentis anni prouentibus recenſendis, quae extrema carminis pars eſt, pauca tantum pomorum genera, ut mora, pruna, mala Medica, Perſica et ficus, tum nonnulla raporum nominat, cum multo plura ad commendandos horti bene culti fructus potuiſſet. Sed, quaſi pertaeſus eſſet laboris huc perducti, adeſſe tempus uindemiae ſentit, et hortum ſuum claudit.

Interpretes *Hortulus* Columellae, praeter eos, qui in omnes eius libros commentati ſunt, ſingulares

lares aliquot priuatim nactus eſt, ut Iul. Pomponium Fortunatum, cuius annotationes amplae ſatis, nec tamen ualde praeclarae, iam in uetuſtis Columellae editionibus, Bononienſi, Regienſi, Iuntina et Aſcenſiana comparuerunt: Io. Baptiſtam Pium, qui Annotationum poſter. (in Facis Gruter. Tomo I.) cap. 33, tum continuis capp. 157 ad 174, multa loca Hortuli Colum. emendauit et expoſuit, quas annotationes Pii primus Aſcenſius texto ſuae editionis 1529 adiunxit. Caſp. Barthius nonnulla eius libelli illuſtrauit Aduerſar. lib. I, cap. 2. et XXXVII, 7. tum paſſim in commentar. ad Papin. Stat. Multa Cl. Salmaſius in Exercit. Plin. ad Sol. et in Homon. Hyles Iatr. multa denique Th. Crenius in eum annotauit Animaduerſ. Philol. Part. X, a pag. 9 ad 39. Excerptas digeſtaſque horum uirorum annotationes ſimul omnes in noua praeſtantiſſimaque Columellae editione inter Scriptores Ruſticos dedit I. M. Geſnerus, e quibus ego ſelegi et in meas retuli, quas uiderem rem ita exponere, ut mea nouaque explicatione non opus eſſet. Plurima meo ipſius ſtudio peregi. Fundum editionis meae feci editionem Geſnerianam Lipſ. 1735, cuius ego et textum ſeruaui paucis mutatis, et uariationes lectionis e priſcis exemplaribus ab eo enotatas ſub texto poſui. Atque ex editionibus a Geſnero uſurpatis ipſe tractare potui Aldinam 1514 e biblioth. Ducali Guelferb. acceptam, Gryphii Lugdunenſem 1541, Rob. Stephani, Pariſ. 1543, et Hieron. Commelini, 1595, quas bibliotheca Academiae noſtrae ſuppeditauit. His tamen acceſſerunt ſubſidia recenſionis alia non ſpernenda. Nam quae ſecundae editioni Ruſticorum Geſneriano-

rianorum Lipſ. 1773 ab Erneſtio additae ſunt, pauculae annotationes, tum lectiones codicis Sangermanenſis, et obſeruationes Viri Docti, margini editionis Aldinae allitae, cum ipſe liber mihi praeſto non eſſet, ab humanitate et officio doctiſſimi Viri I. N. Niclaſii impetraui, ut deſcriptae meis uſibus aptarentur. Addidi praeterea Codicis Demidouiani uariantes lectiones, quas Chriſt. Frid. Matthaei, Vir. Celeb. Lectionum Moſquenſium Vol. I, pag. 91, publici iuris fecit. Contuli denique nondum uſurpatas editiones peruetuſtam Argentoratenſem ſolius Hortuli, quam tamen in plurimis conuenire cum Aldina uidi, tum Lipſienſem Riuini, in Collectione Carminum de re herbaria. Subiungam nunc indicem aliquot editionum, quibus Hortus Columellae ſeorſum uulgatus eſt.

I. *Columella de cultu hortorum;* it. *Macrus de uirtutibus herbarum.* Venet. 1506. 4. per Bernardin. Venetum de Vitalibus. Olim mihi annotaui hunc librum e catalogo librorum rariorum, cuius mihi nunc non ſuccurrit memoria.

II. *Columellae liber X. ſ. Hortus*, cum annotationibus Pomponii Fortunati, Baptiſtae Pii, Phil. Beroaldi et aliorum. Pariſ. 1543. 4.

III. *Coena Baptiſtae Fierae* de herbarum uirtutibus, et ea Medicae artis parte, quae in uictus ratione conſiſtit. *Columella de cultu hortorum.* De generibus morborum, ex imprecatoria Satyra Petri Montani. Argentorati, apud Chriſtianum Aegenolphum. 8. Mentio anni nulla additur, ſed ante annum 1536 excuſus liber ſit, neceſſe eſt, quia huius

huius notam impreſſam habet inuolucrum codicis, quo exemplum libelli, quo utor, iuxta cum aliis continetur. Habui e bibliotheca Ducali Guelferb.

IV. cum Nicolai Bartholomaei carmine de cultu hortorum, et Georgii Vercellani, Annibalis Crucei Mopſo, et Carpo Hieron. Fracaſtorii. 1543. 4to. Ita Geſnerus ex litteris Fabricii.

V. *As ueterum nonnullorum*, ut et mediae uergentiſque aetatis ſcriptorum, fere metricorum et medicorum, *de re herbaria.* uidelicet I. *L. Iun. Moderati Columellae cultus hort.* II. Palladii Rutilii Tauri Aemiliani de inſitione: cum aliorum uillaticis carm. III. Walafridi Strabi Germani Hortulus: cum Auli Septimii Serêni Moreto. (Reliqua uid. apud Geſnerum, in Indice editionum.) Lipſiae, 1655. 8uo.

VI. Seorſum editum Columellae Hortum etiam habent Collectiones uariae, ut *Chorus Poëtarum luſtratus et illuſtratus*, ſiue Corpus Poëtarum Latinorum, cum notis. Lugduni 1616. 4. Mich. Maettarii *Opera et fragmenta uet. poëtar. Latin.* Vol. I. p. 800. *Collectio Piſaurenſis omnium poëm. carm. fragm. Lat.* Tom. IV. pag. 83.

II. PALLADIVM, carminis *de Inſitionibus* auctorem, iam conſideremus. De cuius aetate, conditione et honoribus, quia nihil dum inter eruditos certo conſtat, uidetur nobis eius rei inquirendae diligentior cura relicta eſſe, quam tamen perdifficilem reddit multitudo uirorum, qui ſequiore aetate Romani imperii Palladii ſunt appellati,

pellati, quae tanta eſt, ut I. A. Fabricius Bibl. Graecae lib. V. cap. 32. Volum. IX, pag. 10 ſeq. Palladios alios ultra quinquaginta recenſuerit. Nos olim Tomo III, P. L. M. p. 342. ubi de Palladio Rhetore agebamus, diximus diuerſos eius nominis doctos et illuſtres uiros hoc loco enarraturos eſſe; ſed nunc alia mens eſt, et inutilem hanc operam fore intelligo. Diuerſum a ſcholaſtico illo rhetore uel poëta, quem diximus, noſtrum rei ruſticae ſcriptorem eſſe, dubio caret; utrum uero alius quis Palladiorum, qui antiquitus nominantur, pro noſtro habendus, an nulla plane alia eius mentio priſca aetate, de hoc adhuc dubites. Qui eum Hadriani aut Antoninorum tempore uixiſſe crediderunt, haud dubie falſi ſunt. Dictio, et ſtilus et totus librorum eius habitus ſeriorem multo aetatem, et infelicius Latinitatis ſaeculum manifeſte produnt. Neque ſententia C. Barthii *), quae probabilior uiſa etiam Burmanno et Geſnero eſt, Palladium eſſe propinquum Rutilii, qui Itiner. lib. I, u. 208. laudetur, eam ſpeciem ueritatis habet, ut ſine haeſitatione admitti queat. Nam ille, iuuenis tum, cum Rutilius Roma reuerteretur in Galliam, A. P. C. N. 416, dicitur e Gallia Romam miſſus ab Exſuperantio patre, ad diſcenda fori Romani iura: noſter uero patria Romanus, et in Italia habitaſſe uidetur eruditis, qui et ipſe fundos habuiſſe in Sardinia et in Neapolitano territorio memorat Mart. X, 16. Neque Palladius Rutilii inter Praefectos et magiſtratus proximorum temporum reperitur, quos tamen honores noſter geſſit, quia Vir Illuſtris in fronte librorum ſuorum uocatur. Qui

*) Ad Rutil. Itin. I, 208.

Qui A. C. 416 Palladius Conſul in faſtis, et circa idem tempus Praefectus Pr. inuenitur in legibus, *Iunius Quartus Palladius* nominatur, non Rutilius Pallad. Nomen Rutilii, quod Palladius noſter gerit, ſuadere forſan poteſt, ut pro gentili et propinquo Rutilii Numatiani habeatur, non item, ut idem ſit Palladius, quem Rutilius laudat. Quis enim aſſeuerare audeat, Palladium Rutilii, quia huic cognatus fuit, etiam Rutilii nomen habuiſſe, quum adeo a patris Exſuperantii nomine diſcrepet. Et lubricam eſſe omnem e nominibus coniecturam, nemo neſcit. Facilior fortaſſe ratio inueniendae aetatis huius Palladii erit, ſi Paſiphilum, cui Palladius ſuum librum dedicauit, propius noſcamus. Meminit alicuius Paſiphili Ammian. Marcellinus, ubi quaeſtionem de conſpiratis aduerſus Valentem Imp. habitam enarrat *): *Eutropius Aſiam Proconſulari tunc obtinens poteſtate, ut factionis conſcius arceſſitus in crimen, abſceſſit innocuus, Paſiphilo eximente philoſopho, qui ut eum mendacio iniuſto peruerteret crudeliter tortus, de ſtatu robuſtae mentis non potuit deturbari.* Sunt in his uerbis nonnulla indicia, quae Paſiphilo Palladii apprime conueniant. Nam quum Paſiphilum in dedicatione *Virum doctiſſimum* ſalutat, cuinam hoc elogium magis aptum ſit, quam ei, qui philoſophus a Marcellino appellatur. Maiorem adhuc fidem facit attributa ei laus uerſu I, *ornatus fidei.* Hoc enim dicto Palladius primarium eius characterem animi, et praecipuam uirtutem, illuſtri ſane fidei et conſtantiae documento, in quaeſtione de Eutropio habita, ſpectatam, multumque fama celebratam, expri-

*) Lib. XXIX, cap. I. pag. 603.

exprimere uidetur, quum, Marcellino teſte, ne tormentis quidem adigi potuit, ut Eutropium mendacio iniuſto perverteret. Acta eſt haec quaeſtio A. C. 371, atque igitur paullo poſt hunc annum ad Paſiphilum ſcripſerit Palladius, ſi modo is procellam iſtam euaſit uiuus, neque, ut alii philoſophi, atroci Valentis ſententia ad mortem damnatus eſt. Quod ne accidiſſe ei putem, fere perſuadet Zoſimus *), qui inter plures philoſophos, qui tum ſupplicio affecti ſunt, Paſiphilum non nominat. Sed Henr. Valeſius **) eum potius Paſiphilum Palladii amicum eſſe cenſet, ad quem data eſt lex 8. Cod. Theod. lib. II, tit. 1. *de iuriſdictione*, Olybrio et Probino Coſſ. an. 395. Rectorem aliquem prouinciae, quamuis non nominatae, ea lege moneri, e uerbis ibi occurrentibus *Sinceritas tua* colligendum eſt, quo titulo nempe compellari Rectores prouinciarum ab Imperatore ſolebant, ut pariter ex lege 33 *de curſu publ.* tit. V. lib. VIII. apparet. Praefectum Vrbis Paſifilum indicat uetus marmor apud Grut. pag. 1080. 1: FABIVS. FELIX PASIFILVS. PAVLINVS V. C. ET. INL. PRAEF. VRBI. DEDICAVIT. Verumtamen Rectoris prouinciae aut Praefecti dignitati titulus *Viri doctiſſimi*, quo Paſiphilum ſuum ornat Palladius, minus reſpondet, et niſi philoſophus ille, cuius ſupra mentionem feci, intelligendus eſt, crediderim, Rectorem illum prouinciae Paſiphilum, antequam huic poteſtati admoueretur, fama aliqua ſtudiorum et eruditionis floruiſſe, quemadmodum Symmachus Epiſt. III, 50, Palladium rhetorem memorat abductum a iuuentute Romana in ſpem honoris uel officii aulici accitum ab Impera-

*) Libr. IV, cap. 15.

**) Ad Marcellini l. c.

peratore eſſe. Quod ſi contigerit huic Paſiphilo, certe multo ante annum 395 ei Palladius ſuum librum dicauerit neceſſe eſt, quo anno nempe Rector prouinciae apparet in lege. Palladius autem noſter, qui *Vir Illuſtris* in fronte librorum ſuorum uocatur, atque adeo ſummos honores Praefecti Vrbis, Praetorii, aut Magiſtri Officiorum geſſit, non uidetur hos libros inter ſtrepitus et occupationes iſtorum magiſtratuum ſcripſiſſe, ſed quum ſe, depoſitis iis, otio et ruri et agricolationi dediſſet. Si igitur auctor librorum de Re ruſtica unus e Praefectis uel Magiſtris Officiorum fuit, quaerendus is certe inter magiſtratus eſt, qui temporibus, Valentiniani, Valentis, Gratiani, aut Theodoſii M. fuerunt. Et Palladius quidam, ut Gothofredus in Proſopographia Codicis Theod. oſtendit, Magiſter Officiorum ſub Theodoſio circa annum 381, lib. X lege 3 tituli 24 Cod. Theod. memoratur. Sed hic in aula Conſtantinopolitana uixit, nec Italiam attigiſſe uidetur, in qua Palladius, auctor Rei ruſticae, uixit. Et quis ſcit, utrum hic auctor omnino inter Palladios antiquitus memoratos, an potius inter Tauros, uel Aemilianos, quae eiuſdem ſunt nomina, quaerendus ſit. Aemilianum uerum propriumque auctoris noſtri nomen eſſe, quia ultimum, atque ſic eum a Caſſiodoro et Iſidoro Hiſpal. uocari, docet Sirmondus in notis ad Sidonium pag. 4. Et Aemilianum Praef. Praet. ſub Conſtantino M. alium Magiſtrum Officiorum et Praef. Vrbi Conſtantinop. in legibus memorari uideo, quorum tamen ſiue aetas ſiue locus non ſatis conuenire ſcriptori noſtro uidetur. Alius forte noſtrum ſub Tauri nomine in antiquitate apparere putet. Sed neque Taurus, qui ſub Conſtantio et Iuliano

B 2 Prae-

Praefectus Praet. per Italiam fuit, neque ille qui ſub Theodoſio iun. anno 434 Praefectus Praet. Orientis, apti eſſe aetati et perſonae noſtri Palladii uidentur. Circumſpectis igitur rebus omnibus, quae ad illuſtrandam Palladii noſtri memoriam adhiberi poſſunt, fatendum omnino eſt, nullum ſatis certum in antiquitate indicium reperiri, quo aetas eius et uitae conditio declaretur; quamquam probabile eſt, eum temporibus Valentiniani aut Theodoſii ſen. ſcripſiſſe. Carmen eius de Inſitionibus hac aetate digniſſimum eſt, quod ſane Palladius non tam fauentibus et hortantibus Muſis, quam Columellae imitandi ſtudio ſuſcepiſſe uidetur, ut quemadmodum ille operis ſui ruſtici partem *de cultu hortorum*, ita ipſe de opera aliqua hortenſi, *de inſitione*, uerſibus perſcriberet. Poſt breuem praefationem, qua tum Paſiphili erga ſe ſtudium praedicat, tum artis inſerendi utilitatem commendat, diuerſa inſitionum genera perſtringit, et reliquum carmen in perpetua enumeratione arborum, quae inſeri, et quibus aliarum ſurculis, poſſint, conſumit. In qua quidem mirari licet copiam et uarietatem imaginum, qua auctor pingere inſitionis opus, et rem eandem toties recurrentem aliter atque aliter enuntiare ualuit; ſubinde tamen affectaſſe et conſtipaſſe metaphoras uidetur, eoque orationem reddidiſſe obſcuram, quae et alias uerbis impedita, et nonnullis ſaeculi uitiis inquinata eſt. Caeterum genera inſitionum, quae Palladius atque alii ueterum tradunt, an etiamnum hodie cognita atque uſu probata ſint, de eo nunc non diſputo; nec quaerere in annotatione mea ad Palladium animus fuit. Monuit Heynius V. C. ad Virg. Georg. II, 69, noſtros homines, qui

hac in re aliquid ſe uidere putent, negare omnia fieri poſſe, Columellam tamen contra antiquos, qui idem negarint, diſputare, rationemque oſtendere, qua poſſit omne genus ſurculi omni generi arboris inſeri. Qui carmen Palladii ſeorſum, et a reliquis eius libris ſeparatum ediderint, praeter Andream Riuinum, cuius Collectionem ſupra memoraui, nominare poſſum Mich. Maettarium, *Operum et fragm. ueterum Poët. Latin.* Vol. II, p. 1267. et auctorem *Collectionis Piſaurenſis omnium poëm. et fragm. Lat.* Tom. IV, p. 126. Maximam eius carminis partem repetiit Antonius Mizaldus in *Hiſtoria Hortenſium quatuor Opuſculis methodicis contexta*, edita Coloniae Agripp. 1577. 8. Vbi Opuſculi ſecundi, quod *Inſitionum artem proponit*, cap. VII, pag. 223, Palladii de Inſitione praecepta recenſet, ita tamen, ut ordinem capitum, qui in uulgatis editionibus eſt, mutet, et arbores nonnullas, de quibus agere Opuſculo primo non placuerat, plane omittat. Nam inſitio *uitis*, *ſiliquae*, *piſtacii*, et *caſtaneae*, cum praefatione, et epilogo, hic deſiderantur. Singularem etiam commentatorem liber Palladii de inſitione olim nactus eſt, Codrum, Grammaticum Bononienſem, cuius commentaria in antiqua Ruſticorum editione Regienſi, 1496, et in Iuntina 1521, exhibentur, a Geſnero autem cum ſelectu repetita ſunt. Ego in recenſendo interpretandoque hoc opuſculo eandem, quam in Columella, rationem tenui. Selectas doctorum uirorum annotationes, ubi ſatis commodae uiderentur, adhibui, reliqua meo iudicio uſus perſecutus ſum.

De Vomani *Laudibus Hortuli* ſtatim adſcribam uerba Burmanni, qui carmen illud produxit

Anthol. Lat. lib. III, ep. LI. Egregium, inquit, hoc carmen exhibet Pithoeus Lib. II, p. 72, et Scaliger in Catal. pag. 176. ſed in eius editione Gallicana Lugdunenſi p. 181, ſub titulo, de lavdibvs hortvli, incerti avctoris, ſub nomine Vomani etiam edidit Riuinus in Poëmat. uet. poſt Palladium in fine, et Pelletier in Comite Ruſtico pag. 208. u. Chriſtii Excurſ. ad Villaticum p. 272. *Vomano* quidem tribuit codex Petauianus, ſed titulum de lavdibvs hortvli omittit. de lavde horti asmenvs in cod. Thuaneo. hortvlvs ſine auctoris nomine in utraque Aldina Catalectorum editione p. 68. p. virg. mar. hortvlvs in edit. Catalect. Virg. Vicetina, Brixienſi, et Veneta, et ab hoc carmine Epigrammata Virgilii incipiunt in edit. Pulmanni p. 373. Haec Burm. Sigillatim inter P. Virg. Maronis Opuſcula de re hortenſi, ſub titulo hortvlvs a Iodoco Willichio editum eſſe, ſupra indicauimus in principio huius Prooemii. In quibuſdam codd. mſptis lyomannvm vel liomarvm pro Vomano uitioſe ſcriptum eſſe, obſeruauit Burmann. ad Anthol. II, 160. Rectius aliquando *Vouianus* dici uidetur, in libris manu exaratis. Sed Vomanus uſu tritius nomen, quia etiam fluuius Piceni Vomanus, cuius meminit Silius Ital. VIII, 439: *ſtatque humectata Vomano Hadria.* De ipſo Vomano, qui homo, et qua aetate fuerit, nihil fere conſtat, niſi quod nomen eius inter XII poëtas Scholaſticos reperitur, quorum carmina de rebus uel thematibus nonnullis certatim ſcripta in Pithoei collectione et Burmanni Anthologia leguntur. Sic eius uerſus occurrunt inter epigrammata *de ratione tabulae, in tumulum Ciceronis et Virgilii, de Iride; de ima-*

imagine in unda, de amne glacie concreto, de ortu Solis, de Signis caeleſtibus, de quatuor tempeſtatibus. Praeſtantiſſimum eorum, quae ſub nomine eius feruntur, carminum haud dubie eſt, quod nunc edimus, de laudibus Hortuli. Quamquam enim in his praedicandis uix alia ratione, quam in deſcribendis nonnullis Naturae phaenomenis uſus eſt, neque in iis excitatius aliquod poëtae ingenium, ſed merum Grammatici artificium, uel rhetoris exercitamentum apparet, quo commoda e cultu uſuque horti percipienda ſigillatim atque per partes exponere conatus eſt, hoc ipſum tamen multo luculentius, quam in caeteris eiuſmodi deſcriptionibus, fit, ſingulaeque partes exquiſita poëtarum dictione enuntiantur, ut quamuis mera enarratio non iniucunda nec inornata uideatur.

Quod quarto loco poſuimus *carmen de Roſis*, Petrus Burmannus, qui illud Anthol. Lat. lib. III, carm. 292, propoſuit, inſcripſit INCERTI *Idyllium de Roſa*. Cuius rei rationes ille ampla in annotatione ſubiecta reddit, qua uariantes diuerſis in exemplaribus eius Idyllii inſcriptiones, tum uarias eius editiones, et eruditorum de auctore ſententias enarrat. Quas ne ipſi neceſſe habeamus ſeorſum ac denuo recenſere et repetere, integram Burmanni annotationem hic tranſſcriptam exhibeamus: Maroni, inquit, tribuitur optima haec Elegia in antiquis Catalectorum Virgilii editionibus, praefixa hac epigraphe, PVBLII VIRGILII MARONIS ROSAE, ut in Vicetina, Brixienſi, Veneta, Iuntina, Aldina, aliiſque, (ROSA in Iod. Willichii edit. Opuſculorum P. Virg. Maronis de re hortenſi.) In cod. Petauiano titulus eſt P. V. MARONIS ECLOGA DE

EST ET NON FINIT. EIVSDEM DE ROSIS NASCENTIBVS ECLOGA INCIPIT. et ſic in MS. Voſſiano, unde aliquando deſcripſi, PVBLII VIRGILII MARONIS DE ROSIS NASCENTIBVS ECLOGA INCIPIT. In alio Bibliothecae Leidenſis codice inueni PVBLIVS MARO DE VERE NOVO AD AMASIAM INCIPIT. A uiris doctis relata eſt inter Auſonii Eidyllia num. XIV. p. 520 ed. Toll. et in hunc pronior, quam in Virgilium uidetur Erythraeus in Ind. Virgil. in *die.* Sed in antiquis ante Mariang. Accurſium editionibus Auſonii, ut in Veneta 1493 per Ioh. de Cereto excuſa, aut Parmenſi 1499 per Thadaeum Vgoletum curata, aliiſque uetuſtioribus non conſpicitur. In Aſcenſiana autem an. 1513, cui Hieronymus Aleander praefuit, edita eſt cum hoc titulo: *Auſonii Roſae, quae perperam Maroni adſcriptae, ex fide uetuſti codicis Auctori aſſignantur.* Sed quia ceteris eius operibus et Epigrammatibus adiunctam codices MSS. nonnulli exhibent, ut notat etiam Vinetus, non magis probat, eam Auſonii eſſe, quam Ouidii. Pari enim ratione hunc quoque auctorem habere poſſet, quia in codice Iuniano, qui olim V. Cl. Patricii Iunii fuit, et quem contulit Heinſius, poſt Ouidii Nucem legebatur, ut teſtatur ad Lib. III. Met. 235, uel etiam Claudiani, quia in illius codice Bononienſi hanc quoque Elegiam ſub finem adiectam idem offendit Heinſius. Et ab eadem origine, quia inter poëmatia Virgilii in uetuſtis codicibus reperta fuit, poëtae principi liberaliter nimis attributa fuit. Barthius ad Stat. lib. II Theb. 231. pag. 391, uulgarem ſecutus opinionem, Auſonio quidem adſcribit; ſed ſententiam ſuam propoſiturum ſe promittit in Dubiorum Commentariis, nunquam editis, eundemque

ac

ac Copae auctorem facit Virgilium; cui etiam adiudicat Bembus in Dialogo de Culice Virgilii pag. m. 790, et Politianus in Miſcellan. cap. XI. Eidem Barthio in notis ad Paulin. Petroc. lib. IV, 563, Idyllium hoc eiuſdem uenae et ingenii uidetur, ac Elegia de Phoenice Lactantio tributa, et utriuſque foetus parentem eſſe Auſonium adfirmat. Sed incertum auctorem ſtatuamus, praeſtat, ut iam olim Pierii Valeriani ſententia fuit in notis ad Virg. lib. I Georg. 208: *Auctor Roſae*, inquit, *quae Maroni adſcribitur*, *quae*, *cuiuſcunque fuerit*, *et docte et luculenter ſcripta eſt*. Recte igitur neque Virgilii nec Auſonii, ſed Incerti titulum inſcripſiſſe me opinor huic Elegiae, in qua edenda, paucis exceptis, ſecutus ſum P. Scriuerium, qui aliquot locis caſtigatam et interpolatam exhibuit in Animadu. ad Peruig. Vener. poſt Amores Baudii pag. 446 et ſeqq. Encomia Roſae apud poëtas plurimos obuia. Vide praeter Politian. et Barth. dd. ll. Geuart. Lect. Papin. lib. II, cap. 8. Weitz. ad Peruig. Ven. p. 287, et quos laudat Barneſ. ad Anacreont. Od. V, Haec Burmann. Ego in recenſendo hoc poëmate praeter Burmanni, Scriuerium ſecuti, textum, Tollii editionem comparaui, neque minus uariantium lectionum, e codicibus mſptis a Burmanno adductarum, rationem habui.

Auſonii maiori carmini de Roſis quinque Epigrammata, quae pariter de roſis naſcentibus, aut de earum purpura et pulchritudine agunt, ſubieci, omnia e Burmanni Anthologia repetita. Eorum pleraque nullum auctorem adſcriptum habent in libris, unde ſumta ſunt, unum tantum, idque quartum, FLORI nomen praefert, qui mihi idem uidetur eſſe, cuius epigrammata, uerſibus

trochaicis incluſa, Peruigilio Veneris ſubiuncta in libris ueteribus reperiuntur, et a nobis recenſita ſunt Tomo III P. L. M. pag. 483 ſeqq. Neque me ratio fallet, credo, ſi ſtatuam, eundem Florum Peruigilii Ven. et iſtorum carminum de roſis auctorem eſſe, quippe qui, cum in Peruigilio de roſarum incremento et pulchritudine tam multa uerba feciſſet, eaſdem ſingularibus carminibus celebrare ſatagebat, inuitatus forte ad luſum eum omine et notatione ſui nominis, cui floris primarii frequentata laudatio belle reſpondebat. Et ſi propius quaeramus nomen integrum, et ſtatum, et aetatem iſtius Flori, non alius profecto eſt, quam L. VIBIVS FLORVS, C. Vibii Treboniani Galli, Auguſti Lib. qui cum coniuge ſua *Vibia Chelidone* in antiquo lapide Gruteri p. 1114, n. 3, memoratur, atque ad nomen uxoris ſuae in Peruigilio u. 90 manifeſte alludens, ipſam Chelidonem auctorem eius carminis eſſe haud obſcure ſignificauit, ſed latere eandem ſub nomine ſuo uoluit. Latius hanc ſententiam explicaui Tomo IV in Addendis, pag. 855, cuius momenta quo ſaepius expendo et conſidero, hoc grauiora mihi propenſioraque ad aſſenſum et fidem eſſe uidentur. Sit igitur hic L. Vibius Florus etiam carminum minorum de Roſis auctor.

Quae ſub num. V. uno quaſi faſce complexus ſum, carmina minora *de hortorum et ruris amoenitate*, eorum auctores quia ignoti ſunt, ſatis habui editiones, quoties et a quibus factae ſint, plerumque in prima ad ſingula epigrammata annotatione, e Burmanni relatione, indicare. Vnum ex his, ſub litt. F. exhibitum, *De donis a Leſbia miſſis*, ALCIMI auctoris nomen praefert.

Eiuſ-

Eiuſdem aliud amatorium ſubſequitur apud Burmannum numero CCXII. Si forte Alcimi nomini coniunctum fuerit Auiti, ſicut in Alcimo Ecdicio Auito, Epiſcopo Viennenſi ſaeculi V, fuit, adſcribenda aeque huic Alcimo Allocutio ſponſalis eſſet, quae ſub Auiti nomine extat, et a nobis Tomo IV P. M. p. 501, propoſita eſt, haberemuſque adeo in eo Alcimo poëtam, qui Muſam ſuam amauerit in luſibus amatoriis exercere. Sed uero et ſerium, nec minus elegans, ſub Alcimi nomine epigramma *de Virgilio et Homero* legitur Anthol. Burmann. lib. II, ep. 177, quod quia eiuſdem auctoris cenſeo, ut comparari poſſit, integrum appono:

Maeonio nati qui par aut proximus eſſet,
Conſultus Paean riſit, et haec cecinit:
Si potuit naſci, quem tu ſequereris, Homere,
Naſcetur qui te poſſit, Homere, ſequi.

Neque minus aliud, *de Operibus Virgilii* inſcriptum, Alcimo e uetuſtae membranae fide tribuit Barthius Aduerſ. XIX, 24. quod Anthol. Burm. lib. II, ep. 173, ſic legitur:

Maeonium quiſquis Romanus neſcit Homerum,
Me legat, et lectum credat utrumque ſibi.
Illius immenſos miratur Graecia campos,
Aſt minor eſt nobis, ſed bene cultus ager.
Non paſtor, miles, nec curuus deerit arator.
Haec Graiis conſtant ſingula, trina mihi.

Si quis horum epigrammatum genium et elegantiam conſideret, comparetque cum eo Alcimi, quod inter Hortenſia poſuimus, in iſtis pariter atque in hoc ſimplicem aliquam uenuſtatem et melioris aeui notam animaduertet. Neque igitur, unius haec omnia auctoris eſſe, facile quis ambigat,

bigat, et talis quidem auctoris, qui uel ipſe meliore aetate uixerit, uel ingenium ſuum arte, ſtudio, imitatione ad meliorum antiquiorumque exempla conformarit. Et quidem in antiquo monumento apud Gruterum pag. CCCXII, n. 5, Seru. Sulpicius Aug. Lib. Alcimus occurrit, quem Galbae Imperatoris Libertum fuiſſe ex nomine coniicio, atque adeo Veſpaſianorum aetati aſſignandum puto. Sed quo minus eum auctorem carminum propoſitorum fuiſſe ſuſpicer, uita et officium eius in lapide memoratum intercedit. Nam aedituus Iſidis Pelagiae fuiſſe, et annos X aedituaſſe dicitur, cuius ſane muneris ea ratio eſt, ut ingenii per artes excolendi, Muſiſque litandi facultatem et locum uix concedat. Malo igitur alium, ſequioris aetatis quidem, ſed rhetoricae profeſſionis, Alcimum huc uocare, quem Sidonius Apollinaris ut uirum eloquentem laudat, et lib. VIII, Epiſt. XI ſignificat inſtructionem rhetoricam apud Nitiobriges in Aquitania *) magna cum exiſtimatione dediſſe, alioque loco (lib. V, epiſt. X.) in catalogo plurium oratorum fortitudinem Alcimi, h. e. uim dicendi, ad eius nomen alludens, praedicat. Neque alius eſt *Latinus Alcimus Alethius*, Rhetor, quem Auſonius inter Profeſſores Burdigalenſes carm. II. inſigni elogio condecorat. Aetatem eius deſignat Hieronymus, qui in Chronicis ad A. C. CCCLX ſcribit: *Alcimus et Delphidius rhetores in Aquitania florentiſſime docent*, neque Sidonius de eo aliter, quam de pridem defuncto et ſe antiquiore loquitur.

Sole-

*) Qui Nitiobriges apud Caeſarem, Strabonem, Ptolemaeum ſunt, hodie uulgo Aginnenſes a ſua metropoli Aginno, Ptolemaeo cognita, uocitantur, ut annotat Vinetus ad Auſon. Prof.

Solebant autem Rhetores, eloquentiam profitentes, una poëſi ſtudere, et lectione imitationeque poëtarum exerceri. In utraque excelluiſſe Alcimum, luculente teſtatur Auſonius:

Palmae forenſis, et Camenarum decus,
Exemplar unum in litteris,
Quas aut Athenis docta coluit Graecia,
Aut Roma per Latium colit.

Atque haec ipſa laus, ei tributa ab Auſonio, Graecae Romanaeque eruditionis, haud leui documento approbat, eſſe omnino huius Alcimi carmina, quae propoſuimus. Quae enim Homerum cum Virgilio, Graecos poëtas cum Latinis, tam acute ſcienterque contendunt, quid aliud, quam auctorem produnt, in Graecis Romaniſque litteris uerſatiſſimum. Neque alia duo Alcimi carmina, quae laſciuius argumentum tractant, indigna eo Rhetore putanda ſunt. Minime enim Profeſſoribus eorum temporum pudori fuiſſe, Muſam ſuam ſubinde luſibus eiuſmodi accommodare, uel ſolum exemplum Auſonii, Profeſſorum non ultimi, doceat. Et ſi puellam, cuius dona laudat in carmine, Leſbiam nominat, ſuſpicor hoc eum more, Gallorum rhetorum feciſſe, quibus ſollenne hoc nomen in puellis elegantibus deſignandis fuiſſe uidetur. Sic enim Marius Victor, Maſſilienſis rhetor, in carmine ad Salmonem, u. 60:

Si grauis ignotis proceſſit Leſbia gemmis.

Haec ſufficere arbitror indicia, ad carmina, quae Alcimi praefixum nomen in Anthologia Lat. habent, Alcimo Alethio, qui ab Auſonio et Sidonio Apollin. laudatur, uindicanda. Quae deducere paullo diligentius uolui, ut morem meum ſecutus, data hac occaſione, ueteris aeui poëtam, minus adhuc

adhuc cognitum, notiorem noſtris hominibus facerem, et quae ei debentur carmina, pauca licet et parua, indicarem et producerem. De reliquis, quae cum Alcimi carmine hac claſſe proponuntur, nullo auctoris nomine inſignita, nihil habeo praefari. Produxi omnia ex Anthologia Lat. Burmanni, cuius etiam annotationibus criticis, et uarietate lectionis adducta, ubi opus eſt, utor, interpretatione uerborum, cuius ille raro habere curam ſolet, plerumque ſolus fungor.

NOTAE

Codicum MSS. et editionum Columellae et Palladii, quibus uſus eſt Geſnerus.

A. Editio Aldi. 1514.
B. Bononienſis. 1494.
Gy. Io. Gymnici. Coloniae, 1536.
Gr. Gryphii, Lugdunenſis. 1541.
I. Ienſonii. Venetiis. 1472. edit. pr.
I. I. Iuntarum. Florentiae, 1515 et 1521.
H. Baſileenſis apud Heruagium. 1535.
L. Codex Lipſienſis Columellae.
P. uel Pol. collatio Ang. Politiani.
R. Editio Regienſis. 1496.
St. Rob. Stephani. Pariſ. 1543.
Sa. Codex Sangermanenſis Columellae.
Accedunt:
Arg. Argentoratenſis Columellae de cultu hort. cum Coena Baptiſtae Fierae.
D. uel Dem. Codex Demidouianus Columellae, cuius uariantes dedit Chr. Fr. Matthaei in Lect. Moſq.
R. Riuinus, in Collectione carminum de re herbaria.

I. L. IVNII



I.

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE

DE CVLTV HORTORVM

CARMEN *)

AD PVBLIVM SILVINVM

(Librorum de Re ruſtica decimus.)

Hortorum quoque te cultus, Siluine, docebo,

Atque

*) *De cultu hortorum ad Publ. Siluinum* inſcripſit Riuinus, qui ſeorſum edidit. Addidi *Carmen* e codice Demid. qui ſic inſcripſit: *L. Iuni Moderati Columellae de cura hortorum carmen incipit feliciter.* In fine tamen eius libri ſic: *L. Iun. Mod. Col. Rei ruſticae Cepuricus de cultu hortorum liber XI explicit feliciter.* Sic etiam Cod. Sangermanenſis.

Atque ea, quae quondam ſpatiis excluſus iniquis,
Cum caneret laetas ſegetes, et munera Bacchi,
Et te, magna Pales, nec non caeleſtia mella,
Virgilius nobis poſt ſe memoranda reliquit.
Principio ſedem numeroſo praebeat horto
Pinguis ager, putres glebas reſolutaque terga

Qui

2) In edit. Argent. hic uerſus plane deſideratur. 3) *Quom* I. B. R. 4) *celeſtia* I. B. R. I. l. *coeleſtia* H. A. Gr. G. Dem. Riu. 6) *nummoſo* V. D. in ed. Ald. 7) *glebae* Sa. *reſol. terra* P. Sa. Dem.

2. *ſpatiis excluſus in.)* Notiſſima ſunt uerba Maronis Georg. IV, 147. In cuius nonnullis codicibus perperam *diſcluſus* legitur, ut uel ex hoc loco Columellae conſtat. Recte autem *iniqua* anguſta ex Aeneide interpretatur Seruius. BARTH. Aduerſ. I, 2.

3. *Cum caneret laetas ſeg.)* Deſcribit libros IV Georgic. Virgilii, et argumenta ſingulorum ex ordine recenſet, exprimitque uerbis ab ipſo Virgilio in principio cuiuſque libri adhibitis.

4. *caeleſtia mella)* Simpliciter *caeleſtia* dicit mella, quae Virgilius explicatius G. IV, 1, *aërii mellis caeleſtia dona*. Itaque *caeleſtia dona* ille interpretatus uidetur, quae caeli uel aëris munus ſunt, quemadmodum pluuiae dicuntur *caeleſtes aquae*. Cauſſam eius appellationis profert Seneca Epiſt 85: *Mel aërium Virgilio, quod ex rore aëris factum.* Latius hoc deducit Plin. H. N. lib. XI, cap. 12. ſ. 12.

6 *numeroſo horto)* qui amplus ſit, multiplex areis et plantariis, plurium generum herbis et arboribus conſitus. Explicaui olim ad Sal. Baſſi carm. in Piſ. u. 125.

7. *reſolutaque terga)* mollia, laxa, tenera, Virgiliano uerbo, G. I, 44: *Zephyro putris ſe gleba reſoluit* Et noſter infra u 90: *Putria maturi ſoluantur*

ut

Qui gerit, et foſſus graciles imitatur arenas.
Atque habilis natura ſoli, quae gramine laeto
Parturit, et rutilas ebuli creat uuida baccas.
Nam neque ſicca placet, nec quae ſtagnata palude
Perpetitur querulae ſemper conuicia ranae.

Tum

9) *ſoli eſt, quae gr.* coni. V. D. Pro *quae* Dem. habet *q*, poſt *q* deleta una littera, unde *qua* ſignificari puto. *gramina laeta* coni. Vrſinus. *lecto* mauult Barth. Adu. I, 2, quia non de quouis loquitur, ſed electili, ut patet, cum mox ebulum nominat. 10) *ebulus cr. humida* L. *ebulus* quoque cod. Dem. habet in margine, a manu prima, quamuis *ebuli* in contextu extet. *bacchas* B. R. *bacas* L. Gy. Sa. D. 11) *ſed nec ſtagn.* Sa. 12) *conuicia* I. B. R. Riu. *conuitia* Dem. Arg. et al.

ut ubera campi. Terga de omni ſuperficie et ſummo ceſpite agri Maro uſurpat. V. Georg. I, 97. II, 237. Alii poëtae Graecorum more etiam de mari, fluuiis, montibus et tumulis, praecipue Auienus in Deſcr. Orb. et Or. mar. cuius loca indicaui in Indice.

10. *et rutilas ebuli c. u. baccas)* Virgilii eſt Ecl. X, 27: *Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem.* Ebulus Linn. Sambucus ebulus, *Attich*, *Krautholunder*. Ebulus autem ex multis aliis fruticibus hic nominatur, quia ille uuidi fecundique ſoli indicium eſt.

11 *ſtagnata palude) Stagnare* dicitur, quod perpetuum laticem ſubiicit, irremiſſo fonte profultans. Virgil. Georg. IV, 287: *Qua Pellaei gens fortunata Canopi Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum.* BARTH. Adu. XXXVII, 7. Aptius huc referatur Ouid. Met. XV, 269: *Quaeque ſitim tulerant, ſtagnata paludibus hument.*

12. *querulae conuicia ranae)* Schoettgenius alludi putat ad fabuloſam originem ranarum ex ruſticis Latonam conuiciantibus, de quibus Ouidius Met. VI, 378. Idem olim ſenſerunt Probus et Seruius

 Gram-

Tum quae ſponte ſua frondoſas educat ulmos,
Palmitibuſque feris laetatur, et aſpera ſiluis
Achrados, aut pruni lapidoſis obruta pomis
Gaudet, et iniuſſi conſternitur ubere mali:

Sed

15) *Aclaradis* P. Dem. *Achrodos* G. *Achradis* L. Sa. *Arcadis* Dem. in marg. 16) *iniuſſa* P. et Sa. *in iuſſu* Dem.

Grammatici ad illud Virgilii Georg. I, 378: *Et ueterem in limo ranae cecinere querelam.* Ego uero malim accedere ſententiae Duumuirum Goettingenſium Celeb. Geſneri quidem, qui ad etymon potius, q. d. *conuocium*; in Columella reſpici exiſtimat, abſque notione iniuriae; et Heynii, qui in verbis Virgilii contendit ſimpliciter ineſſe notionem clamoris continui ſemperque eiuſdem. Paria ipſe notaui ad Sal. Baſſi u. 258 de cicadis. *Stridula cum rapido faciunt conuicia ſoli.*

15. *ſiluis Achrados)* *Achras* pirus ſilueſtris. Plenius noſter lib. VII, 9, 6, *achrades piros* nominat.

Ibid. *pruni lapidoſis pomis)* quae intus habent nucleos, qui alias Latinis lapides dicuntur. Sic *lapidoſa corna* dixit Virgilius G. II, 34, cuius baccae etiam habuere duos nucleos. SCHOETTG.

16. *iniuſſi)* naturalis, ut contra iuſſum, quod manu inducitur. Infra hoc libello: *Tum iuſſi ueniant decliui tramite riui.* BARTH. XXXVII, 7. Virgil. G. I, 55: *iniuſſa uireſcunt Gramina.*

Ibid. *conſternitur ubere mali)* i. e. oppletur, integitur. Sic Virg. Aen. IV, 444: *alte Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes.* Exprimit auctor hoc uerbo eximiam fecunditatem ſoli, quod tanta copia fructus pariat, ut iis decidentibus terra oppleatur. Hinc *ubere* poſitum pro copia.

Sed negat helleboros, et noxia galbana ſucco,
Nec patitur taxos, nec ſtrenua toxica ſudat;
Quamuis ſemihominis, ueſano gramine feta,
Mandragorae pariat flores, moeſtamque cicutam,

Nec

17) *Sed necat* P. D. *eleboros* Ienſ. *elleboros* D. *heleboros* R. *carbaſa ſuc.* P. *caibaſa ſuco* Sa. *ſuco* D. 19) *foeto* Dem. ſed ultimae ſyllabae inſcripta eſt littera *u*, quaſi ſit *foetu*.

17. *Negat* ferre amara et noxia, ut helleboros, galbana, taxos, quoniam haec malignitatem ſoli indicant, quamuis et alia minus utilia, ex nimia ſoli luxuria, ferre poſſit. De helleboro omnia nota.

Ibid. *noxia galbana ſucco)* quod ad ſuccum attinet. Nam fumus galbani non noxius, ſed admodum proficuus eſt, praecipue etiam apibus, quod e ſuperiore libro conſtare poteſt. SCHOETTG. De fumo galbani accenſi abigendis ſerpentibus idoneo egi ad Calpurn V, 89.

18. *ſtrenua toxica)* alludunt ad uim perimendi, unde et dicta ſunt Dioſcoridi τοξεύματα. Scholiaſtes Nicandri Alexipharmacis: τοξικὸν δὲ καλεῖται τὸ τοιοῦτον φάρμακον, διὰ τὸ ὁμοίως τοῖς τοξεύμασιν ἀναιρεῖν. Eo reſpexit Columella. BARTH. I, 2.

19. *ſemihominis)* Ita uocatur mandragora, quia radix eius inferiorem partem hominis repraeſentat, crura ſcilicet et pedes Bodaeus a Stapel ad Theophraſti hiſt. plant. 6, 2. p. 584. SCHOETTG.

Ibid. *ueſano gramine feta Mandragorae)* Ad uim eius herbae pertinet, cuius ſuccum uel praeſentibus uenenis adnumerant medici ueteres, Aëtius, Paullus Aegineta, Coelius Aurelianus. BARTH. XXXVII, 7. Mandragorae uis in primis ſoporifera perhibetur, ſiue, ut Frontinus Strateg. II, 5, 12, exprimit, *inter uenenum ac ſoporem media*. Caeterum uerba *ueſano gramine* minime referenda puto, ut Barthius fecit, ad *Mandra-*

Neç manibus mites ferulas, nec cruribus aequa
Terga rubi, ſpiniſque ferat paliuron acutis.

Vi-

21) *aequa* P. H. Geſn. idque uolebat Vrſin. *aeque* Riu. et al. *aequae-rubi* uolebat Barth. Buchn. et Heinſ. ad Ouid. Met. I, 109. *mites* et *aequi* placuit Statio ad Tib. IV, 2, ut hic obſeruat Buchn. 22) *Tela rubi* tentat Barth. Adu. I, 2. iterum *regna*, quod tamen ipſe audacius putat. Aliter ille ad Claudian. p. 1018, ubi pro *terga* legi uult *ſerta*.

dragorae, quaſi mandragoras ſit gramen ueſanum; ſed *ueſanum gramen* mea ſententia eſt improbe creſcens et luxurians, et terra dicitur *ueſano gramine feta*, quae multis uariiſque graminibus exuberat. *Veſanus*, *inſanus* de rebus immodicis et magnis dicitur, ſicut *ſalubris* de mediocritate. Exemplis docet Barth. ad Stat. Theb. I, 366.

21. *Nec manibus mites ferulas)* Ferula manibus infeſta ſub imperio paedagogorum. BARTH. I, 2. Hinc a noſtro infra u. 118 *ferulae minaces* dici uidentur. Alii clarius. Martial. X, 62: *Ferulaeque triſtes, ſceptra paedagogorum.* Iuuenal. I, 15: *Et nos ergo manum ferulae ſubduximus*, h. e. Et nos in diſciplina ludimagiſtri fuimus, et manum ferulae praebere coacti, illam, metuentes ſaepe ſubduximus. Quomodo et alibi Iuuenal. VII, 210: *metuens uirgae iam grandis Achilles Cantabat patriis in montibus.*

22. *nec cruribus aequa Terga rubi) Terga rubi* dicuntur, credo, de connexis inter ſe et implicitis fruticibus, quae uellere quaſi quodam et tergore telluris partem obducunt, ut uerſ. 7 de ceſpite. GESN. Sed ſic *terga* non *rubi* erunt, ſed telluris, quae rubis obducta eſt. Ego *terga* a poëtis dici arbitror de quauis exteriore et prominente parte rei. Quem uſum bene approbat locus, quamuis ſpretus a Barthio, Virgilii Georg. II, 271, quo terga arbori tribuit: *quo quaeque modo ſte-*

Vicini quoque ſint amnes, quos incola durus
Attrahat auxilio ſemper ſitientibus hortis:
Aut fons illacrimet putei non ſede profunda,
Ne

25) *illachrymet* I. B. R. Riu. et al. *illacrymet* Gr. St.

ſteterit, qua parte calores Auſtrinos tulerit, quae terga obuerterit axi. Pariter *aduerſum dorſum* arboris uocat Val. Flacc. VIII, 111. Rubi non ſpinis intra frutices latentibus, ſed quae exteriore in parte extant et prominent, crura praetereuntium pungunt. Ergo *terga rubi* dicenda erant. *Non aequa* terga ſunt iniqua et moleſta cruribus, quod ſaepe de rubis poëtae: Tibull. IV, 3, 10: *furtim latebras intrare ferarum, Candidaque hamatis crura notare rubis.* Calpurn. III, 5: *Iam dudum et nullis dubitaui crura rubetis Scindere.*

Ibid. *paliuron)* Fruticis ſpinoſi genus. Eodem modo, ac noſter, loquitur Sedulius I, 262: *purpurei neu per uiolaria campi Carduus et ſpinis ſurgat paliurus acutis.* Vterque ſumſit e Virgilio Ecl. V, 38: *Pro molli uiola, pro purpureo narciſſo Carduus et ſpinis ſurgit paliurus acutis.* SCHOETTG.

23. *Vicini quoque ſint amnes)* Quae ſequuntur de horti ſitu et aqua uicina, haec a Columella ſumta repetiit Plinius XIX, 4. ſ. 20: *Hortos uillae iungendos non eſt dubium, riguoſque maxime habendos, ſi contingat, praefluo amne: ſi minus, e puteo rota, organiſue pneumaticis, uel tollenonum hauſtu rigandos.*

24. *Attrahat auxilio)* Virgilius G. I, 106, dicit *fluuium inducere, riuoſque ſequentes.* Auctor Moreti u. 71: *Vicinoſque apte cura ſummittere riuos.*

25. *Aut fons illacrimet)* De rigatione loquitur, ab aqua fontana, manu facta. Lucretium uidetur imitatus lib. I. de rer. nat. *In ſaxis et ſpeluncis permanat aquarum Liquidus humor, et uberibus flent* omnia

Ne grauis hauſturis tendentibus ilia uellat,
Talis humus uel parietibus, uel ſepibus hirtis
Clau-

26) *Ne labor* V. D. in ed. Ald. *hauſuris* P. L. D. *Ne latus hauſturis* legit Sauaro ad Sidonium p. 321. Sed I. Fr. Gronouius ad Liu. XXIV, 34: *Ne grauis hauſturo tolleno tibi ilia uellat*, quo loco *tollenonem* pluribus uindicat. GESN.
27) *ſepibus hirtis* Arg.

omnia guttis. Puteus foſſam ipſam fontis notat, quam non profundam eſſe uult, ne haurientes laborent extrahenda aqua. *Sedes* locum depreſſum notat. Virgilius Culice: *Ima ſuſurrantis repetebant ad uada lymphae, Quae ſubter uiridem reſidebat coerula muſcum.* BARTH. I, 2. Sic etiam Gratius Cyneg. 434: *ſubter eunti ſtagna ſedent.* Et fonti *illacrimanti* ſimilis eſt locutio *molli ſtilla lacus* in Petronii fragmento, quod dedimus Tom. IV, P. M. p. 295.

26. *tendentibus ilia uellat)* Ptolemaeus Flauius (Coniectan. c. 92.) et alii emendant *hauſturis tellonibus*, cum in priſcis editionibus ſit *tollentibus*. Ego uero uetuſtiſſimam earum, quas uidi, *tendentibus* prae ſe ferentem, ſequendam arbitror. *Tendunt* enim hauſturi ilia, eo magis, quo altior puteus eſt. Vt et alii, qui magno conatu quid faciunt. Silius lib. V, 256: *Subſidens ilia niſu Conantis ſuſpenſa fodit.* Haurientis autem eiſdem uerbis deſcriptionem apud elegantiſſimum ſcriptorem Terentianum habes, his verſibus: *Nil magnum gerere hunc putes, Et tantum in digitis opus: Cunctis uiſceribus tamen Occultus trepidat labor; Coecis flatibus intimi Tenduntur laterum ſinus, Et poples tremit et genu.* Vbi uides maximum laborem eſſe, quem merito cultu hortorum arcet Columella. De machinis hauſtoriis uide decimum Vitruuii. BARTH. I, 2.

27. *ſepibus hirtis)* ut infra u. 374 dicitur *hirſuta ſepes horrida ruſco.*

Claudatur, neu ſit pecori, neu peruia furi.
Neu tibi Daedaleae quaerantur munera dextrae,
Nec Polycletea, nec Phradmonis, aut Ageladae
Arte laboretur: ſed truncum forte dolatum
Arboris antiquae numen uenerare Ithyphalli
Terribilis membri, medio qui ſemper in horto
Inguinibus puero, praedoni falce minetur.

Ergo

28) *ne ſit* Sa. quod rectum uidetur. *ne ut* Dem. *peruia pluri* L. 29) *Dedaleae* Steph. *dedaliae* Dem. *Daedaliae* Sa. 30) *polyclytea* P. *paloclitea* L. *polyclitea* Dem. *uel Phr.* I. B. R. *fragmonis* R. *Phragmonis* ante Vict. Arg. Dem. Riu. *Phiramonis* L. *ageledae* P. 31) *trunco falce dolato* V. D. in Ald. 32) *ithiphalli* R. *priapi* ant. Pol. Sa. Dem. *triphalli* nouus Pol. *triſalli* L.

30. *Phradmonis aut Ageladae)* Opera Phradmonis et Ageladae et Polycleti et Daedali non quaerant ruſtici, ſed locent in medio horto imaginem Priapi in trunco expreſſam, ut etiam monet Tibullus, cum ait: *Pomoſiſque ruber cuſtos ponatur in hortis, Terreat et ſaeua falce Priapus aues.* Columella non Priapum, ſed honeſtiore uocabulo *Ithyphallum* nominat. POMPON. Agelades et Phradmon nobiles ſtatuarii et plaſtae memorantur a Plinio H. N. lib. XXXIV, 8. ſ. 19. Nonnulla eorum opera laudat Pauſanias. Daedali et Polycleti nemini non nota nomina.

31. *truncum forte dolatum)* temere et nullo artificio politum. Sic Horatius *fortuitum ceſpitem* uocat. Et illa *Priapi mentula ſine arte*, quae in Catullo eſt, huc pertinet. Fruterius Veriſimil 2, 19. SCHOETTG. Optime hunc truncum forte in Priapum formatum deſcribit Horat. Serm. I, 8, 1: *Olim truncus eram ficulnus inutile lignum*, et quae porro. Ex ipſo ſti-

pite

Ergo age nunc cultus, et tempora quaeque ſerendis
Seminibus, quae cura ſatis, quo ſidere primum
Naſcantur flores, Paeſtique roſaria gemment,
Quo Bacchi genus, aut aliena ſtirpe grauata
Mi-

37) *peſtiſque* D. *feſtaque* Sa. *gement* R. 38) *alieno* L. et Mſ. apud Heinſ. ad Virg. Aen. XII, 781.

pite et ramo arboris uetuſtae exſculptum Priapum ſiſtit gemma antiqua apud Gorlaeum Dactyl. num. 8.

37. *Paeſtique roſaria)* Paeſtum urbs eſt Lucaniae ad mare, circa quam bis in anno roſae naſcebantur, unde *biferique roſaria Paeſti* apud Virg. G. IV, 119. Inde *Paeſtanae roſae* pro optimis, ſeu κατ' ἐξοχὴν pro roſis. *roſaria et roſeta Paeſtana.* Ouid. Met. XV, 708, *tepidique roſaria Paeſti.* Ennodius Carm. IX, 146: *Paeſtanis pariter depingit terga roſetis.* Et *ars Paeſtana* pro hortorum et florum cultura apud Strabum Gallum in Hortulo, praefat. u. 2: *ſi quis Paeſtanae deditus arti.* SCH.

Ibid. *gemment*) floreant, in gemmae modum ſplendeant. Virgil. Culice, u. 69: *Florida cum tellus gemmantes picta per herbas, Vere notat dulci diſtincta coloribus arua.* SCH. Infra u. 258: *Iam Phrygiae loti gemmantia lumina promunt. Gemmeos flores* dicere uidetur auctor Peruig. Ven. 13: *Ipſa gemmis purpurantem pingit annum floribus.*

39. *adoptatis curuetur frugibus) Fruges* pro fructibus, ut Calpurn. VIII, 67: *omnique ex arbore fruges. adoptatis* pro inſitis. Ouid. Rem. u. 195: *Venerit inſitio; fac ramum ramus adoptet, Stetque peregrinis arbor operta comis.* Palladius de inſit. u. 20: *Quae quibus hoſpitium praeſtent uirgulta docebo, Quae ſit adoptiuis arbor onuſta comis. curuetur* abundantiam pomorum exprimit. Ouid. Remed.

Mitis adoptatis curuetur frugibus arbos,
Pierides tenui deducite carmine Muſae.

Oceani ſitiens cum iam canis hauſerit undas,
Et paribus Titan orbem librauerit horis,
Cum ſatur autumnus quaſſans ſua tempora pomis,

Sor-

43) *Quom ſatur* I. B. R.

med. u. 175: *Adſpice curuatos pomorum pondere ramos; Vt ſua, quod peperit, uix ferat arbor onus.*

40. *tenui deducite carmine)* Tranſlationem eſſe a texentibus, aut lanam in fila ducentibus, obſeruat et pluribus locis probat Barthius Adu. I, 2. Expreſſiſſe uidetur Virgilii dictionem Ecl. VI, 5: *deductum dicere carmen*, i. e. tenue et paſtoritium. Sed id plenius explicamus ad Maximiani, *deductam uocem* uſurpantis, Eleg. V, 105.

41. *cum iam canis hauſerit undas)* hoc eſt poſt occaſum Caniculae. Quum ſidera a poëtis in Oceanum cadere dicuntur, pro maiore ornatu Canis fingitur, quia ſidus flagrantiſſimum, quaſi ſitiens ex aeſtu, undas Oceani haurire potus gratia.

42. *paribus orbem librauerit horis)* aequales dierum et noctium horas fecerit. Alludit ad Libram ſignum caeleſte, quod ingreditur Sol ſub aequinoctio autumni. Quod diſertius expreſſit. Virgil. Georg. I, 208: *Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas, Et medium luci atque umbris iam diuidit orbem.* Accuratiorem huius dictionis explanationem deſiderantes adeant Heynium ad Virgil. l. c.

43. *ſatur autumnus)* quia fructuum terrae opulentiam affert, ad ſaturitatem hominum quaeſitam, ut *ſaturae meſſes* Lucilio in Aetn. u. 12, et *ſaturum rus* Perſio I, 71, dicitur.

Ibid. *quaſſans ſua tempora pomis)* Reſpicit figuram Autumni coronati pomis. Horat. Epod. 2, 17:

Sordidus et muſto ſpumantes exprimet uuas;
Tum mihi ferrato uerſetur robore palae
Dulcis humus, ſi iam pluuiis defoſſa madebit.
At ſi cruda manet caelo durata ſereno,
Tum iuſſi ueniant decliui tramite riui,
Terra bibat fontes, et hiantia compleat ora.
Quodſi nec caeli, nec campi competit humor,

Inge-

44) *ſordibus* L. Riu. *ſpumantis* D. 45) *male ferr.* L. *uerſentur* D. 46) *deſeſſa* Sa. P. *madeuit* P. *deſeſſa madeſcit* coni. Geſn. 47) *manet* Dem. in textu. ad in marg. *madet.* 48) *decliuo* Ienſ. 49) *hianti-ore* L. I. B. R.

17: *decorum mitibus caput pomis.* GESN. Sic in Epigram. de quatuor temporum pictura Autumni caput palmite cinctum eſt: *Indicat Autumnum redimitus palmite uertex.* Potuit et Autumnus pomis coronatus dici, quia ineunte autumno primitiae, pomis in coronas nexis, offerri ad ſignum Vertumni ſolebant. Propert. IV, 2: *Inſitor hic ſoluit pomoſa uota corona.*

44. *Sordidus*) Ita dicitur autumnus, quia, qui uuas calcant, ſordes exinde contrahunt. Ouid. Faſt. IV, 897: *Venerat autumnus calcatis ſordidus uuis.* In pleriſque editionibus extat *ſordibus*, quod tamen emendandum. Idem Metam. II, 29: *Stabat et autumnus calcatis ſordidus uuis.* Sadulius I, 75: *Sordidus impreſſas calcabit uinitor uuas.* SCHOETTG.

48. *iuſſi ueniant riui*) induſtria noſtra eo deducti. Vid. ad u. 16. SCH. *Iuſſi riui* dicuntur noſtro XI, 3, 10, *aqua manu illata*, cui ibidem opponuntur *ſuae ſpontis* aquae. BVCHN.

49. *hiantia compl. ora.*) Sic uocat fiſſuras et rimas arentis terrae, quae quaſi totidem ſitientis ora hiant, ad humorem, quaſi potum, capiendum. *hiantibus faucibus haurire* dixit Auienus Or. mar. u. 17.

Ingeniumque loci, uel Iupiter abnegat imbrem,
Exſpectetur hiems, dum Bacchi Gnoſius ardor
Aequore caeruleo celetur, uertice mundi,

Solis

51) *abneget* Dem. ultimo autem *e* inſcriptum eſt *a*. 52) *naxius ard.* I. B. R. Riu. et V. D. in Ald. unde Bapt. Pium. *noxius* Lipſ. et D. in marg. 53) *celeretur* I. B. R. *celeriter*, et in marg. *ceruletur* Dem. *caeletur* I. I. A. G. *curuetur* Lipſ. *celetur* ueram eſſe lectionem, ex Virgilii imitatione profectam, cenſet Heynius ad Virg. Georg. I, 222.

52. *Bacchi Gnoſius ardor)* Eſt ardens corona Ariadnae, Minois, qui rex Cretae, ubi Gnoſus urbs, filiae, quam Bacchus inter ſidera collocauit. Huius occaſum ſignificat auctor uerbis: *Aequore coeruleo celetur*, ſequens Virgilium, qui Georg. I, 222: *Gnoſiaque ardentis decedat ſtella Coronae.* Quia occaſum Coronae ei tempori aſſignat, quo *exſpectatur hiems*, uidetur in eo ponendo rationes Graecorum, et in his Democriti, ſecutus, quam ſeruauit Geoponicorum auctor ex Didymo, lib. II, 14, qui Coronam a. d. XXV Nouembr. occidere ſtatuit. Quoniam uero a Virgilio aeque ac Columella occaſus Coronae cum matutino occaſu Vergiliarum coniungitur, atque hic non ad menſem Nouembrem, ſed Octobrem, pertinet, ſiquidem a Columella, II, 8, 1. IX Cal. Nouembr. fieri dicitur, menſi Octobri uero Coronae non occaſum, ſed ortum, aſſignant ueteres, in alterutro erraſſe Virgilium apparet, aut laxius dierum ſpatium, quo Pleiades penitus occidant, quodque in Nouembrem menſem conueniat, accipiendum eſt. Tale uero indicat Columella, XI, 2, 84: *Sexto Idus Nouembris Vergiliae mane occidunt, ſignificat tempeſtatem; hiemat. Quinto Idus Nouembris hiemis initium.* Paullo ſerius Plinius lib II, ſect. 47: *Poſt aequinoctium diebus fere quatuor et quadraginta, Vergiliarum occaſus hiemem incboat: quod tempus in*

Solis et aduerſos metuant Atlantides ortus.
Atque ubi iam, tuto necdum confiſus Olympo,
Sed trepidus profugit chelas, et ſpicula Phoebus

Dira

54) *aduerſo* B. R. *athalantides* I. B. R. *athlantides* L. D. 55) *toto* Dem. et in marg. *tuto.* 56) *tepidus* Ienſ. *chaelas* L. D.

in III Idus Nouembris incidere conſueuit. Confer. Heynii et Voſſii VV. CC. eruditae annotatt. ſuper Virgilii l. c. quas ipſe comparare ſtudui.

54. *Metuant Atlantides ortus)* Pleiades ſ. Vergiliae, Atlantis filiae, *metuere* dicuntur *aduerſos Solis ortus*, quia XI Cal. Nou. matutino tempore fugiunt caelo, h. e. occidunt, dum Sol interea ex aduerſo oritur. Denuo expreſſit Virgilium, qui pariter exercendae terrae et ferendi tempus in Pleiadum et Coronae occaſu ponit, Georg. I, 221: *Ante tibi Eoae Atlantides abſcondantur, Gnoſiaque ardentis decedat ſtella Coronae.*

55. *Tuto necdum confiſus Ol.)* Progreſſum Solis e ſigno Scorpii ad Sagittarium deſcribit poëta, ita quidem, ut dicat *fugere* eum *trepidum, necdum tuto confiſum Olimpo.* Hoc ille meri cauſſa ornatus poëtici, et reſpectu Scorpii, de quo ſermo eſt, noxii animalis, et chelis ſ. ſpiculis ſuis metuendi. Hunc tranſiens fugit Sol, nec tutum ſibi ſatis caelum credit, niſi reliquerit. Fere ſemper hoc obſeruant poëtae in curſu Solis et ſiderum ſitu deſcribendo, ut ſimul ornatum ex natura animantis, uel figurae, quae ſignum facit, petant. Vid. Heynius Exc. I. ad Georg. IV. p. 551.

56. *profugit chelas)* i. e. brachia Scorpii, quomodo et ipſe Scorpius appellatur, ut a Virg. G. I, 33. Et, quae ſequuntur, *dira ſpicula Nepae* aculeum Scorpii ſignificant, quo eum minitari dicit Ouid. Met. II, 199: *Vulnera curuata minitantem cuſpide uidit,* Et *ſpicula* Scorpio tribuit Ouid. Faſt. V, 542.

Dira Nepae, tergoque Croti feſtinat equino,
Neſcia plebs generis, matri ne parcite falſae.

Iſta

57) *Dira negat* I. B. R. Sa. D. *neget* L. *nepe* n. P. et Gr. *tergoque croti* D. 58) *ſeſſae* pro *falſae* V. D. in A.

57. *Tergoque Croti feſtinat equino.)* Solem ingredi Sagittarium dicit, quod fit XIII Cal. Decembr. Plerique hunc eſſe arbitrantur Chironem Centaurum, ſed Columella Crotum nominat. Quem Hyginus Aſtron. II, 27, et fab. 224, refert filium Panos et Euphemes, Muſarum nutricis, fuiſſe, domicilium in monte Helicone habuiſſe, et cum Muſis ſolitum delectari, nonnunquam etiam ſtudio uenationis exerceri: unde et uſum ſagittis, et equo inſediſſe: denique precibus Muſarum a Ioue inter aſtra relatum. *Crotonem* appellat Hyginus fab. 224, et ſcholiaſtes Germanici in Sagittario. In uerbo *feſtinat* continuat Columella imaginem fugientis et trepidi Phoebi, qui aptum feſtinationis ſuae uehiculum habet in tergo Sagittarii equino.

58 *Neſcia plebs generis)* Poſtquam tempus terrae uerſandae et fodiendae poetico more eleganter circumſcripſit, progreditur alloquendo agricolas hoc modo: O plebs ruſtica, quamuis uulgo dicatur terra mater omnium noſtrum, non eſt, quod hanc ob cauſſam ei parcere uelis eo tempore, quod iam deſcripſi, ſc.l. ne eius uiſcera ligone uelis rimari uel ſcrutari. Nam terra non uera, ſed falſa eſt mater noſtrum omnium. Rationem audi. Licet enim fingatur Prometheus homines e luto finxiſſe, tamen ex eo hominum genere nos non deſcendimus, quippe quod diluuio Deucalionis plane interiit. Nos autem facti ſumus non ex terra, ſed ex lapidibus, quos Deucalion et Pyrrha poſt terga proiecerunt. Non eſt ergo, quod metuat agricola, ne terram matrem ſuam nimis crudeliter tractet. SCH.

Iſta Prometheae genetrix fuit altera cretae:
Altera nos enixa parens, quo tempore ſaeuus
Tellurem ponto merſit Neptunus, et imum
Concutiens barathrum lethaeas terruit undas.
Tumque ſemel Stygium regem uidere trementem
Tartara, cum pelagi ſtreperent ſub pondere Manes.
Nos fecunda manus uiduo mortalibus orbe
Progenerat, nos abruptae tum montibus altis
Deucalioneae cautes peperere. ſed ecce
Durior, aeternuſque uocat labor: eia age ſegnes
Pel-

59) *promethei* a P. Sa. *prometeae* I. I. A. G. *Prometaeae* Arg. *Creetae* D. Arg. 60) *Altera nox* Sa. *Altera nixa parens* Dem. *ſaeuos* D. 61) *merſit* deeſt in Sa. 62) *laethaeas* Ienſ. *laetheas* L. B. R. D. *letheas* H. 63) *Tuncque* I. B. R. *Quumque* Buchn. *ſimul* I. B. R. *tum quae ſemel ſtigium* Dem. 66) *abruptis* Dem. 67) *Deucaleoneae* Gy. 68) *Duruſque aeternuſque* V. D. *heia age ſegnis* D.

59. *Promethene cretae)* luti cretacei, e quo Prometheus hominem formaſſe dicitur.

62. *imum Concutiens barathrum) Barathri* nomine nonnulli poëtae Graecorum more Tartara et Inferos deſignant, ut Val. Flacc. II, 192: *inferni ſub nocte barathri.* Claudian. de R. Pr. I, 37: *Iam quaecunque latent ferali monſtra barathro.*

65. *fecunda manus)* Deucalionis et Pyrrhae, quae iactatione lapidum nouos homines producens, fecunda fuit ad genus humanum reparandum.

68. *Durior aeternuſque uocat labor.)* Fabulam de hominibus e ſaxis natis conuertit ad hortandum agri-

Pellite nunc ſomnos, et curui uomere dentis
Iam uirides lacerate comas, iam ſcindite amictus.
Tu grauibus raſtris cunctantia perfode terga,
Tu penitus marris eradere uiſcera matris

Ne.

69) *Pellito* et uerſu ſeq. *lacerato* et *ſcindito* Riu. iſque ſolus, qui ſorte putabat, τὸ *age* uerbum ſingularis numeri poſcere. 71) *Tum grau* et u. ſeq. *Tum pen.* Arg. et Riu. 72) *marris erad.* Ienſ. et Steph. in marg. *maria* Gryph. in marg. *clatris erad. uiſc. matris* Gr. St. Com. *latis erad. uiſc. marris* P. I. I. A. Arg. G. Riu. Geſn. et pro *marris raſtris* V. D. *marris eradere uiſc. matris* Sa. Dem. et al.

agricolas, ut durum ſubigendae terrae laborem ne refugiant. In quo ducem ſequitur Virgilium, Georg. I, 60: *Continuo has leges aeternaque foedera certis Impoſuit natura locis, quo tempore primum Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem, Vnde homines nati, durum genus: Ergo age terrae Pingue ſolum* caet. Idem pronuntiat Ouid. Met. I, 414: *Inde genus durum ſumus experienſque laborum: Et documenta damus, qua ſimus origine nati.*

69. *Pellite nunc ſomnos)* Ponite inertiam, et ſtrenue agite. Sic infra u. 159: *Inuigilate uiri.*

70. Per *comas* et *amictus* gramina, herbas, frutices intelligit, quae ſuperficiem terrae inaratae obtegunt et ueſtiunt. Sic Claudian. bell. Get. 168: *ſolutis Ver niuibus uiridem monti reparauit amictum.* et *amictae uitibus ulmi* Ouid. Met. X, 100. Vtitur autem his metaphoris auctor, quia Terram quaſi matrem et mulierem fingit, cuius ſunt comae et amictus, et cuius deinde *terga* et *uiſcera* nominat. Eandem imaginem repetit infra u. 165.

71. *cunctantia)* h. e. morantia, quae non niſi difficulter et lente perfodiuntur.

72. *marris eradere uiſcera matris*) Quam hic lectionem poſui, non ea ſolum optimorum codicum

Ne dubita, ſummoque frequentia ceſpite miſta

Po-

73) *Ne dubita*, *et ſ.* omnes. *ſummo* I. B. R. Sa. Dem. *ſummoque* Heru. Pius in n. et V. D. in Ald. *ſummi* A. Arg. et al. *frequenti* I. B. R. *frequenti et ceſp.* Dem. *feruenti* priſcus cod. Pii. *frondenti* Lipſ. *frondentia* coni. Schoettgen. *frementia* Sa. *foetentia* pro ſimo Buchn. Geſnero uenerat in mentem legere *et ſummo feruentia ceſpite miſta*, et illud *feruentia* exponere ex ui uerbi fermentare. *mixta* I. B. R.

cum auctoritate firmatur, ſed et contextu et ſcopo auctoris. Librarii, qui in antiqua ſcriptura duas uoces ſibi perſimiles uiderent, *marris* et *matris*, et alterutram ſuſpectam putarent; alii quidem, *marris* altero loco legentes, ei epitheton priore loco dandum cenſuerunt, et ſcripſerunt igitur *latis erad. uiſc. marris:* alii, qui alterum *matris* retinendum putarent, tamen pro priore *marris* aliud uocabulum ſimile, nempe *clathris*, induxerunt. *Viſcera matris* Terrae uolebat dicere, qui ante iam comas, amictus et terga eius nominauerat. Et, quod ſequitur, *Ne dubita* ſatis clare ſignificat, uelle auctorem eo uerecundiam et timorem agricolarum tollere, ne putent, uiſcera terrae effodiendo, iniuriam Matri fieri. Et recurrit quaſi his uerbis ad ea, quae ſuperius u. 58 dixerat, *matri ne parcite falſae.*

73. *ſummoque frequen. ceſpite miſta*) Poſui lectionem leuiſſime et neceſſario ab Heruagio immutatam, eandemque facillimam. *frequentia* dicit *uiſcera*, ut moneat, altius regeſta humo opus eſſe: de *ſummo ceſpite* res aperta. GESN. Secutus equidem ſum Geſnerum, ſed nonnihil renitens. Etenim *et ſummo freq.* in omnibus libris ſcriptis et excuſis legitur, et tantum recentiores eruditi *ſummoque* inuexerunt, ut metro ſatis facerent. Vid. V. L. Sed quia *frequentia* poſt *ſummo* ſequi non poteſt, in mendo illud eſſe apparet. Ergo in hoc maxime mutando uiri eruditi la-

bo-

Ponere, quae canis iaceant urenda pruinis,
Verberibus gelidis, iraeque obnoxia Cauri,
Alliget ut ſaeuus Boreas, Eurusque reſoluat.
Poſt ubi Riphaeae torpentia ſrigora brumae

Can-

75) *Chauri* Dem. *hauri* Pol. *tauri* L. 76) *ut ſaeuus* Sa. *et ſaeuus* Geſn. cum aliis. *ſcaeuus* Ienſ. 77) *rhypheae* B. R. *rypheae* L Heru. *ripheae* Dem. *ryphaeae* I. I. A. Arg. Gr. G. St. *ſrigore* D. I. B. R.

borarunt. Ego, ſi quid amplius tentandum eſt, uelim ſcribere *et ſummo fruticantia ceſpite miſta*, loco quodam ſimili Columellae inductus, lib. III, 11, 3, ubi ait: *frutecta, et quae ſuapte natura gignuntur, non penitus, nec in profundum radices agere, ſed per ſummum terrae diſpergi.* Haec ſunt *fruticantia ſummo ceſpite miſta.*

74. *canis iaceant urenda pruinis)* Haec περιφράζει Columella, XI, 3, 13: *Igitur ſolum, quod uere conſerere deſtinauerimus, poſt autumnum patiemur effoſſum iacere brumae frigoribus et pruinis inurendum: quippe e contrario ſicut calor aeſtatis, ita uis frigoris excoquit terram, fermentatamque ſoluit.*

75. *Verberibus gelidis)* Ita poëtis uocantur flatus uentorum uehementiores. Lucretius I, 272: *Principio uenti uis uerberat incita pontum.* Idem VI, 113: *chartaſque uolantes Verberibus uenti uerſant* caet. SCH. Ego uero haec malim de grandine intelligere. Horat. III, od. I, 29: *uerberatae grandine uineae.* Et in Priapeiis malus arbor inquit: *Nec ſum grandine uerberata dura.*

76. *Euruſque reſoluat)* nempe pluuiis tepentibus, quas Eurus aduehit. Lucanus lib. I, 219: *Et madidis Euri reſolutae flatibus Alpes.* Vid. not. ad Pentadii El. de aduentu ueris, p. 269 Tomi III. P. M.

Candidus aprica Zephyrus regelauerit aura,
Sidereoque polo cedet Lyra merſa profundo,
Veris et aduentum nidis cantarit hirundo;
Rudere tum pingui, ſolido uel ſtercore aſelli,
Armentiue fimo ſaturet ieiunia terrae,

Ipſe

78) *Zephirus* D. B. R. *relegauerit* ſphalm. Iunt. *auras* Sa. 79) *Sydereoque* A. Arg. Riu. *caedet* I. B. R. *ſedet* G. 80) *cantauit* Sa. D. *cantabit* V. D. 82) *ſaturet* D. I. B. R. I. I. H. A. Arg. G. Riu. *ſatures* edid. Geſn. Ego *ſaturet* edendum duxi, quia tertiis perſonis continuatur oratio, u. 86 *repetat*, 89 *contundat*, 91 *ſumat*. caet.

78. *regelauerit aura*) reſoluerit, tepefecerit. Seneca Epiſt. LXVII: *Iam aetas mea contenta eſt ſuo frigore, uix media regelatur aeſtate.* Martial. XI, 8, 6: *Succina uirginea quod regelata manu.* Ipſe Columella ſaepius utitur.

79. *cedet Lyra merſa profundo*) Occidit illa III Non. Febr. Columella XI, 2, 14. Ouid. Faſt. II, 75 ſeq. SCH.

80. *nidis cantarit hirundo*) Ab aduentu hirundinis ſaepe nnmero uer deſcribere ſolent poëtae. Virgiſius, quem noſter perpetuo imitatur, G. IV, 305: *Hoc geritur, Zephyris primum impellentibus undas, Ante nouis rubeant quam prata coloribus, ante, Garrula quam tignis nidum ſuſpendat hirundo.* SCHOETTG. Plura poëtarum loca, quae hirundinem, ueris praenuntiam, laudant, produxi ad Auieni Deſcr. orb. u. 707.

81. *ſtercore aſelli)* Noſter lib. XI, 3, 12: *Optimum ſtercus eſt ad hunc uſum aſini, quia minimum herbarum creat: proximum vel armenti, uel ouium, ſi ſit anno maceratum.*

82. *ſaturet ieiunia terrae)* Virg. Georg. I, 80: *arida tantum Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola.*

Ipſe ferens olitor diductos pondere qualos:
Pabula nec pigeat feſſo praebere nouali,
Immundis quaecunque uomit latrina cloacis.
Denſaque iam pluuiis, durataque ſumma pruinis
Aequora dulcis humi, repetat mucrone bidentis.

Mox

83) quid ſi *olido?* Geſn. *deductos* L. D. I. B. R. et ſic uolebat V. D. *diductos* A. Arg. Riu. Geſn. et al. *diruptos* a P. Sa. *quales* Sa. *quata* a P. 84) *nec pudeat* P. Sa. et Dem. in marg. quod *pudeat* e Virgilio huc tractum uidetur Georg. I, 80. *feſſo* edid. Geſn. pro eo *feſſum* B. R. *fiſſo* P. Dem. qui in marg. *feſſo. fecto* uolebat V. D. *praebete* B. R. 86) *iam pul-uis* Dem.

83. *diductos pond. qualos)* Quali erant ex uiminibus contexti; ſi ergo in eis aliquid imponebatur, cedebant uimina oneri et flectebantur, quod *diducere* nocat noſter. SCH. *ſpiſſo uimine qualos* habet Virgil. G II, 241. Noſter infra u. 306 *diſtendere* dicit: *Iam roſa diſtendat contorti ſtamina iunci.* Fere autem malim hoc loco cum quibuſdam libris antiquis *deductos* ſcribere, i. e. aggrauatos, depreſſos pondere. Gratius Cyneg. u. 299: *leuis* (catulus) *deducet pondere fratres.*

84. *Pabula nec pigeat feſſo pr. nou)* Quia *feſſo*, quod in uulgatis eſt, uix conuenit nouali, ſiue horto primum inſtituendo, de quo ſermo eſt, Geſnerus uoluit *fiſſo* praeferre. Ego uero cum quibuſdam editionibus *feſſum* malim, cum *pigeat* coniungendum, hoc ſenſu: Etiamſi feſſus ſit olitor pondere, plures qualos fimo oneratos ferendo, ne tamen eum pigeat afferre et praebere nouali, quicquid uomit latrina.

87. *Aequora dulcis humi) Aequor* de planitie et ſuperficie terrae Virgil. Georg. I. 97. et Auien. D. O. 1239. *dulcis humi*, dulci humore fecundae, ut ſupra u. 46: *Dulcis humus, ſi iam pluuiis defoſſa madebit.*

Mox bene cum glebis uiuacem ceſpitis herbam
Contundat marrae, uel fracti dente ligonis,
Putria maturi ſoluantur ut ubera campi.
Tunc quoque trita ſolo ſplendentia ſarcula ſumat,
Anguſtoſque foros aduerſo limite ducens,

Rur-

89) *narrae* Dem. *matre* alius. *tracti* vel *forti dente* coni. Geſn. 90) *et ubera* anonymus in Reg. 91) *trito ſolo* D. *tritura ſolum* I. B. R. et V. D. *ſumant* P. L. D.

88. *uiuacem ceſpitis herbam)* quae in ceſpite radices egit, ſemperque repullulat et luxuriat.

89. *fracti dente ligonis) fracti* aliter interpretari nequeo, niſi ſit *ualide illiſi*, *incuſſi*, *repercuſſi*, quemadmodum *fracti fluctus* ad litus uel ſcopulum dicuntur. de qua ratione uid. Drakenb. ad Sil. III, 55. Poſſis etiam legere *uel frangat d. lig.* ut Virgil. G. II, 400. *glebam frangere bidentibus* dicit.

90. *ubera campi)* glebae pingues et uberiate fecundae. Virg. G. II, 185: *fertilis ubere campus*. Inepte Pomponius *ubera* expoſuit *mammae ſ. cumuli ſtercoris*.

91. *trita ſolo ſplendentia ſarc.)* Hauſit e Virgilio G. I, 45: *Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere, et ſulco attritus ſplendeſcere uomer.*

92. *Anguſtoſque foros) Fori* proprie ſunt ſcamna aut ſubſellia nauium et theatrorum. Ergo per methaphoram hoc loco illud, quod eſt inter duos ſulcos eminens et elatum, *fori* dicuntur, non ipſi ſulci, ut quidam uolunt. SCH. Ego uero malim cum Geſnero *foros* de cauis ſulcorum accipere, quibus in longum et tranſuerſum ductis areae definiuntur. De his enim nunc agi puto. Hinc *anguſti* et *tramite paruo* eſſe dicuntur, quia tantum areis diſtinguendis inſeruiunt. *aduerſo limite fori* dicuntur *duci*, quando ducuntur et porro aguntur in longum, ita ut progrediendo glebae ſter-

Rurſus in obliquum diſtinguat tramite paruo.
Verum ubi iam puro diſcrimine pectita tellus,
Depoſito ſqualore nitens ſua ſemina poſcit,
Pangite tunc uarios, terreſtria ſidera, flores,
Candida leucoia, et flauentia lumina calthae,
Nar-

93) *deſtinguat* Arg. 94) *petita tellus* L. uid. ad u. 149. 95) *ſquallore* edid. Geſn. cum aliis. *poſcet* Dem. 96) *pangite tum* V. D. in Ald. *Pingite tunc* P. Sa. *Pingit et in uarios* Dem. A. Arg. et al. *Pangite tunc* edidit Geſn. ex emendatione Heinſii ad Ouid. A. A. II, 115. 97) *caltae* D. I. I. H. A. Arg G.

ſternantur ſarculo, quae aduerſae et obuiae ſunt.

93. *Rurſus in obliquum*) *Wiederum in die Breite*, ut interpretatur Voſſius ad Virg. G. I, 98, cuius e uerſibus etiam hic locus Columellae expreſſus, eiuſque ſenſus capiendus eſt: *Et qui, proſciſſo quae ſuſcitat aequore terga, Rurſus in obliquum uerſo prorumpit aratro.*

94 *puro diſcrimine pectita tellus*) Eſt illa, quae raſtri dentibus, quaſi pectine, polita eſt ac diſcriminata. *puro diſcrimine*, ita ut terra inter diſcrimina illa etiam ab herbis ſuccreſcentibus purgata ſit. quod ſignificat infra u. 149: *ferroque bicorni Pectat, et angentem ſulcis exterminet herbam*. Pectine proprie diſcrimen agi dicitur in coma, ante implexa et confuſa. Claudian. de nupt. Hon. et Mar. u. 103: *haec morſu numeroſi dentis eburno Multifidum diſcrimen arat*. Ab eadem metaphora pexi capilli ductum puto, quando terra exculta *compoſita* et *comta* dicitur. Notaui hoc ad Auien. D. O. u. 663. et 1239.

97. *Candida leucoia*) albae uiolae genus, coronis olim adhibitum. Theocritus VII, 64, λευκόϊον στέφανον dicit, ubi Schreberus annotat, Leucoia hic ſunt Cheiranthi et Heſperidis Linn. ſpecies. *Calthae* uulgo noſtra *Ringelblum* habentur, quamquam de eo adhuc dubitat Martin ad

Narciſſique comas, et hiantis ſaeua leonis
Ora feri, calathiſque uirentia lilia canis,
Nec non uel niueos, uel caeruleos hyacinthos.

Tum

98) *et hiantes apta leones Hora feri* emendandum cenſet Heinſ. l. c. quod tamen reiicit Geſnerus. 99) *fere* R. *ferae* in Reg. anonym. *calatiſque* D. *nitentia* coni. Geſn. 100) *ceruleos* D, R. L. I. A. Arg. *caeruleos* Heru. Riu. *coeruleos* G.

Virg. Ecl. II, 50, ubi caltha dicitur *luteola*.

98. *hiantis ora leonis Ora feri) Hiantis ora leonis* non puto *leontopetalon* eſſe, ut exiſtimabat Heinſius ad Ouid. A.A. II, 115, quod etiam *leontopodium* uocatur, quam inter coronarias, de quibus hic ſermo eſt, uix referas: uerum *antirrhinum*, ad quam etiam Dodonaeus p. 182 Columellae uerſus accommodat, quam noſtri etiam *Loewenmaul* uocant, coronamentorum haud poſtremum. De hoc intelligo etiam u. 260: *Oſcitat et leo.* GESN. Aliis *hiare* omnes flores dicuntur, quibus patulus calix eſt. Propert. IV, 2, 45: *Nec flos ullus hiat praetis, quin ille decenter Impoſitus fronti langueat ante meae.* Ouid. A. A. II, 115: *Nec uiolae ſemper, nec hiantia lilia florent.*

99. *calathiſque uir. lilia canis*) *calathi* florum dicuntur, qui alias calices. Auſonius in Roſ. u. 31: *Nec mora ridentis calathi patefecit honorem.* *Canos* uocat liliorum calathos, quia cana ſunt ipſa lilia. *uirentia* nihil aliud notant, quam recentia, uel florentia, quamquam et alba, uel pallentia ſubinde dicuntur uiridia. Vid. Virg. Cul. u. 142. Geſnerus hic uolebat *nitentia lil.* quod firmat Propert. III, 11, 30: *Lilia uimineos lucida per calathos.*

Tum quae pallet humi, quae frondens purpurat auro,
Ponatur uiola, et nimium roſa plena pudoris.
Nunc medica panacem lacrima, ſuccoque ſalubri Glau-

101) *Tunc* I. B. R. I. I. *Tu* A. Gr. G. *Sic quae* Sa. *frondens* I. B. R. I. I. A. Arg. G. Dem. Riu. *frondes* al. *purpurat abo* Sa. *purpura tabo* L. D. *quae frondent purpura et auro* legi uult Vrſin. 102) *uiolam* Ienſ. 103) *panaces* I. B. R. *lackryma* I. B. R. I. I. H. A. Arg. G. *lacrima*, *ſucoque* Dem.

101. *Tum quae pallet humi, quae fr.*) Duplex genus uiolarum commemorare uidetur, unum quod *humi pallet*, alterum quod *frondens auro purpurat*. Purpureus color h. l. pro flauo ſiue igneo accipitur, quemadmodum et hunc locum explicat Barthius Adu. XXXVII, 20. Nam hic intelliguntur uiolae flauae. Codex S. Germani, teſte Heinſio, legit *purputat abo* unde ille facit *purpurat albo* ſc. colore. SCH. *Frondens* adiectum putora poëta, ut opponeretur hoc genus uiolae fluentis humili alteri purpureo; aliquanto enim excelſius eſt et fruticat. GESN. *Purpurat* intranſitiue de floribus. Peruig. Ven. u. 13: *Ipſa gemmis purpurantem pingit annum floribus.*

102 *nimium roſa plena pudoris*) Mauult Heinſius *minii roſa plena pudoris*, uel *minio pudore.* SCH. *Pudor* roſis tributus pro rubore centies occurrit apud poëtas. Peruig. Ven. u. 19: *Hinc pudorem florulentae prodiderunt purpurae.*

103 *Nunc medica panacem lacrima*) *Panax* frutex, uel *panaces* neutr. gen. ut ait Plinius XXV, 4, ſ. 11. *ipſo uocabulo remedia promittit.* Nam eſt a πᾶν ἄκος, hoc eſt, ab omni remedio, ſiue ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν. Linnaeo eſt ſpecies paſtinacae, noſtris *Heilwurzel. Lacrima* ei adſcribitur, quia ſuccus eius excipitur inciſo caule. Plin. lib. XII, 26. ſ. 57: *Panacem et unguentis eadem* (Syria) *gignit -- -- ferula ſui generis quinque* *cubi-*

Glaucea, et profugos uinctura papauera ſomnos
Spargite: quaeque uiros acuunt, armantque puellas,
Iam Megaris ueniant genitalia ſemina bulbi;

Et

104) *profuſos* P. D. *uictura* I. B. R. *imitura* D. 105) *puellis* Dem.

cubitorum --- *Excipitur ſuccus inciſo caule meſſibus, radice in autumno: laudatur candor eius coacti.*

104. *Glaucea)* Quae ueteribus Graecis γλαύκεια. poſt *Glaucia* ſcriptum eſt. Plin. XX, 19. ſ. 78: *Silueſtrium* (papauerum) *unum genus, ceratitia uocant, nigrum cubitali altitudine, radice craſſa et corticoſa, calyculo inflexo, ut cornicula.* --- *Quidam hoc genus glaucion uocant, alii paralion. Naſcitur enim in afflatu maris, aut nitroſo loco.*

Ibid. *profugos uinctura papauera ſomnos)* h. e. quae ſomnos morantur, et longiores faciunt. Virgilius deſcribit G. I, 78: *Lethaeo perfuſa papauera ſomno*, i. e. ui ſoporifera praedita. Quae natura maxime nigri papaueris eſſe dicitur.

105. *armantque puellas)* ſcil. in proelia Veneris. *armare* dicitur poëtis, quicquid uim agendi nocendique auget. contra *inermis* in re Venerea Ouidio Am. III, 7, 71, qui inualidus. *Bulbi*, de quibus hic agitur, maxime celebrantur ueteribus ob uim ſtimulandi Venerem. Vnde *ſalaces* Martiali III, 75, 3. Idem lib. XIII, 34: *Cum ſit anus coniux, et ſint tibi mortua membra, Nil aliud, bulbis quam ſatur eſſe potes.*

106. *Iam Megaris ueniant)* Plinius XIX, 5. ſ. 30: *Bulbos Cato in primis ſerendos praecepit, celebrans Megaricos.* Idem XX, 9. ſ. 40: *Venerem maxime Megarici ſtimulant.* Et diſertius Ouidius Remed. u. 797: *Daunius, an Libycis bulbus tibi miſſus ab oris, An ueniat Megaris:*

no-

Et quae Sicca legit Getulis obruta glebis.
Et quae frugifero ſeritur uicina Priapo,

Ex-

107) *ſicca* habent cod. et edit. a me coll. Dem. Sa. A. Arg. Riu. *ſcila* Pol. I. B. R. I. I. *ſcia* Heru. *ſcilla* in marg. Gr. St. et V. D. ad Ald. Pro *legit uenit* Iunt. *gaetulis* Ienſ.

noxius omnis erit. Idem Megaricum bulbum deſcribit, quando A. A. II, 421, ait: *Candidus, Alcathoi qui mittitur urbe Pelaſga, bulbus.* Nam Megaram urbem, bello Minois et Niſi magna ex parte uaſtatam; Alcathous Pelopis filius, ex Elide ueniens, inſtaurauit.

Ibid. *genitalia ſemina bulbi)* Plin. l. c. *Bulbos non naſci, niſi e ſemine, priores tradiderunt. Sed et in Praeneſtinis campis ſponte naſcuntur, ac ſine modo etiam in Remorum aruis.* Qui ſeruntur, *hortenſii* uocantur a Plinio XX. ſ. 40. iidemque ſatiui, et eſculenti appellati. Obſeruat autem Liſterus ad Apicii VIII, 12. p. 207: Plurium generum bulbos fuiſſe; at priuatim eſculentos et cibarios modernis prorſus ignotos eſſe.

107. *Et quae Sicca legit Get. obr. gl.)* Haec conſtans codd. Mſſ. et praeſtantiorum editionum lectio, nec erat, cur Geſnerus propter quorundam antiquiorum librorum, qui *ſcilla* pro *ſicca* habent, uariationem, de iſtius ueritate dubitaret. Qui *ſcilla* intulerunt, decepti ſunt eo, quod ſcillam uiderent a Plinio XIX, ſ. 30, nobiliſſimam bulborum appellari, eiuſque nomen facile ex uoce *ſicca* elici. Sed *Siccam* urbem Africae intelligendam eſſe, manifeſte demonſtrat Ouid. l. c. qui bulbum *Libycis ab oris miſſum*, pariter ac Columella, cum Megarico coniungit.

108. *frugifero ſeritur uicina Pr.)* Herbam erucae Priapo dicatam fuiſſe, et propter eum ſeri ſolitam, ex hoc loco intelligitur, quod tamen ab aliis memorari non memini, niſi quod eruca in Priapeiis carm. 52, u. 20, in-

ter

Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.
Iam breue chaerophylum, et torpenti grata palato
Intyba, iam teneris frondens lactucula fibris,
Alliaque infractis ſpicis, et olentia late

Vi-

110) *chaerepolum* L. Dem. Ienſ. *cheropolum* Sa. *cherepolum* B. R. *chaerephylum* I. I. H. A. Arg. Riu. *cherephylum* Gy. *Cerepolum* probat Salmaſ. Hyl, iatr. c. 17. pr. 111) *Intiba* P. D. *Cichorea* Ienſ. *Cicorea* B. R. *tenebris* I. B. R. *frondes et lactula* a. P. 112) *Abiaque* I. B. R. pro *infractis* Geſnerus mallet *infarctis*. pro *ſpicis ſlicis* uoluit Salmaſ. Exerc. Plin. p. 748.

ter plantas ſepto eius concluſas nominatur. *Frugiferum* appellatum Priapum hanc ob rationem Scaliger ad Priap. 84, putat, quod Priapo quoque, ut Cereri, corona e ſpicis imponeretur, quia ibi Priapus: *Vere roſa, autumno pomis, aeſtate frequentor Spicis*. Mihi propior ratio *frugiferi* eſſe uidetur, quia Priapus hortorum cuſtos, ideoque frugibus uel pomis ferendis et ſeruandis appoſitus. Heinſius tamen, notante Burmanno ad Priap. 76, pro *frugifero* coniecit *falcifero* uel *furifugo*.

109. *tardos eruca maritos)* Erucam *ſalacem* dicit Ouid. Rem. 799, et Martial. III, 75, 3. Auctor Moreti u. 85: *Venerem reuocans eruca morantem*. Noſtri *Weiſſen Senf* appellant.

110. *Iam breue chaerophylum)* Quod apud noſtrum lib. XI, 3, 14, *chaerephyllum* ſcribitur, et ante Calendas Martias Februario ſeri dicitur, noſtris *Körbel*. *Breue* dicitur, quia frondibus luxuriat, non uirgulto, et a foliis luxuriantibus nomen accepit.

111. *teneris lactucula fibris)* Pulchra eius deſcriptio in Moret. u. 76: *Grataque nobilium requies lactura ciborum*. Vbi uid. not. et infra u. 179.

112. *Alliaque infractis ſpicis)* Salmaſius Exerc.

Plin.

Vlpica, quaeque fabis habilis fabrilia miſcet.

Iam

113) *fabis beta eſt fabrilibus eſus* V. D. ex Martiale (10. 48. 13, 13.) betae et faba fabrorum.

Plin. p. 748 contendit *ſticis* eſſe legendum, et per *ſticas* intelligit tunicas ſiue inuolucra allii, quibus allium uelatur, et quibus ſeparatim nuclei uelantur. Salmaſio aſſentit Graeuius ad Iſidori Gloſſar. u. *ſtica tunica.* Contra diſputat Pontedera ad Caton. cap. 70, et defendit *ſpicas*, et ſic ipſos nucleos uel capita allii uocari demonſtrat. *Infractas ſpicas* dicere Columellam arbitror, quia, ut ille alibi XI, 3, 20, diuiſae et ſeparatim uelatae ſunt. Sic enim ille ibi de ulpico: *Habet, uelut allium, plures cohaerentes ſpicas, eaeque cum ſint diuiſae, liratim ſeri debent.* Plinius XIX, 6, ſ. 34: *Allium tenuiſſimis, et quae ſeparantur, in uniuerſum uelatur membranis: mox pluribus coagmentatur nucleis, et his ſeparatim ueſtitis.*

113. *olentia late Vlpica)* Vlpicum genus allii, quod caeteris mole capitis antecellit. Graeci appellauere allium Cyprium, auctore Plinio XIX. ſ 34. et quoſdam allium Punicum uocare ſcribit noſter XI, 3. 20, idque longe maioris eſſe incrementi, quam allium.

Ibid. *quaeque fabis habilis fabrilia miſcet)* Obſcurum et corruptum hunc uerſum pronuntiarunt interpretes, quem rectiſſime a Gulielmo Peliſſerio emendatum ait Turneb. XVII, 22 extr. hoc modo: *quaeque habilis beta eſt fabrilibus eſcis.* Reſpexit nempe Martialem, qui XIII, 13, *betas* uocat *fabrorum prandia.* Geſnerus tamen parum tribuit ei emendationi, idque recte, cum longiſſime ab ſcriptura uulgata abeat. Ego nulla emendatione opus eſſe, nec obſcurum adeo uerſum eſſe puto. *Fabrilia* h. e. prandia uel pulmenta fabrorum dicit ipſas *fabas*, quia *faba fabrorum* appellatur Martiali X, 48, 16. Iam deſcribit auctor herbam aliquam,

Iam ſiſer, Aſſyrioque uenit quae ſemine radix,
Sectaque praebetur madido ſociata lupino,
Vt Peluſiaci proritet pocula zythi.

Tem-

114) *aſſyrio quae uenit*, *qua ſemina* Dem. Nonnulli legunt *E Syrioque uenit.* 115) *ſaciata* Ienſ. *ſatiata* B. R. 116) *Et Peluſ.* Pius uel Lipſ.

quam, quae *fabis habilis*, i. e. apta et adhiberi ſolita fabis condiendis, *miſcet fabrilia*, h. e. admixta fabis fabrile pulmentarium efficit: (quemadmodum infra u. 262, de roſa dicitur, *in templis Sabaeum miſcet odorem*, i. e. Sabaeis odoribus adhibetur, miſcetur.) Eam uero herbam, ab uſu notiſſimo deſcriptam, non nominat auctor, quod nomen igitur ſola coniectura aſſequendum. Ego, miſſis aliis, *cunilam* uel *ſatureiam* praecipue ſignificari exiſtimo. Haec enim ruſticis in primis et operariis uſitata (uid. Colum. IX, 4, 2.) nomen ipſum a ſaturando acceperat, quod ex ea pulmenta ſolebant confici. Et diſerte eum uſum praedicat Colum. XI, 3, 57: *Satureiae ſemen intermiſcendum erit, ut eam quoque habeamus. nam et uiridis eſui eſt iucunda, nec arida inutilis ad pulmentaria condienda.*

114. *Aſſyrioque uenit quae ſemine radix)* De *gingidio* intelligendum Columellam oſtendit Salmaſ. ad Solin. c. 53. p. 820, quae radix Syriae familiaris, et ſtaphylino ſiue paſtinacae ſimillimam eſſe ait Plin XX, 5, ſ. 16. *Syriacam radicem* uocat noſter XI, 3, 16.

116. *Vt Peluſiaci* caet.) Senſus eſt: Radix Syria uel Aſſyria cum madido lupino ſociata appetitum facit ad bibendum: ut adeo *Peluſiacus zythus* pro quauis cereuiſia uſurpetur. De Zytho autem euolue Schoockium de Cereuiſia, c. 1. p. 8. SCHOETTG.

Tempore non alio uili quoque ſalgama merce
Capparis, et triſtes inulae, ferulaeque minaces
Plantantur: nec non ſerpentia gramina mentae,
Et

118) *triſtis* D. *inulaeque* Sa. 119) *menthae* Ris.

117. *Tempore non alio)* nempe ſub aduentum ueris. uid. u. 77 ſeq. *Salgama* ſunt herbae, flores, olera, quae ſale, muria, aceto condita in uſum anni ſeruantur in uaſis uitreis uel fictilibus, quorum parandorum rationem oſtendit noſter XII, 4, 4. *uili merce*, quia paruo conſtant et uenduntur. Hinc *ſalgamarii*, qui ſalgama conficiunt et uendunt. Magis declarat haec Columella XII, 7, 1: *Circa uernum aequinoctium herbas in uſum colligi et reponi oportebit, cymam, caulem, capparim, apii coliculos, rutam, oluſatrum cum ſuo cole, antequam de folliculo exeat*, caet.

118. *triſtes inulae) Inula* herba radicis nomine ſeritur, Graecis *Helenium*, noſtris *Alant*, de qua Plin. XX, 5. ſ. 16. *triſtes inulae*, non quia ſuo adſpectu ac natura triſtitiam afferunt, ut Pomponius ſentit, ſed quia ſapore acido et acerbo ſunt, ut *triſtes lupini* a Marone dicuntur G. I, 71. *acidas inulas* uocat Horat. S. II, 2, 44. *ferulae* cur *minaces*, diximus ad u. 21. frutex habetur foliis feniculo ſimilis, ſpecie et uſu arundinibus, Germaniae, ut quibuſdam uidetur, ignotus. Meminit et Virgil. Ecl. X, 25.

119. *gramina mentae) Menta*, cuius uariae ſpecies memorantur, a noſtris exponitur *Muntze*. Graecis uocabatur ἡδύοσμος, *ſuaueolens*, quod nomen reſpicit Plinius XIX, 8. ſ. 47: *Mentae nomen ſuauitas odoris apud Graecos mutauit, cum alioqui mintha uocaretur, unde ueteres noſtri nomen declinauerunt. Grato menta menſas odore percurrit in ruſticis dapibus.*

Et bene odorati flores ſparguntur anethi,
Rutaque Palladiae baccae iutura ſaporem,
Seque laceſſenti fletum factura ſinapis,
Atque oleris pulli radix, lacrymoſaque cepa
Poni-

120) *aneti* I. B. R. I. I. H. A. Arg. Gr. G. St. 121) *bacchae* I. B. R. *bacae* D. I. I. H. A. Arg. G. *uictura* uulgatae. *uitura* D. L. *iutura* ex cod. antiquo legit N. Heinſ. ad Sil. VII, 354, apud Drakenb. itemque ad Vell. II, 120, 4. Recte, ſi quid iudico. GESN. quem ſequor. 122) *Se quae* B. R. *ſynapis* I. B. R. I. I. H. A. Arg. G. 123) *holeris* D. *olleris* B. R. *lacrimoſaque* D.

120. *bene odorati fl. ſparg. anethi) ſparguntur* h. e. diſponuntur. Ita Col. XI, 3, 25, *diſpergere* dixit. GESN. Similiter Maro Ecl. II, 48, *florem bene olentis anethi* dicit. Ad quem locum Heynius: *Anethum* noſtrum *Tille* ſ. *Dille*, *dill*, *anet*, eſſe putatur, quod et in noſtris hortis uiſitur, flore flauo. Apud auctorem Moreti u. 59 eſt *uetus adſtricti faſcis pendebat anethi.* ubi *uetus faſcis* indicat, moris fuiſſe, aridum ſeruare anethum ad condiendos cibos.

121. *Palladiae baccae)* oliuae, baccae Palladiae arboris. Singulariter *bacca* de fructu oleae uſurpatur. Virgil. G. II, 519: *teritur Sicyonia bacca trapetis.* et Pallad. de inſit. u. 52.

122. *fletum factura ſinapis)* Profilit nempe cum tanta acrimonia, ut lacrimas ciat comedenti. POMP. *Sinapi* neutro genere dicunt alii, et Plinius de eo agit XIX, 8. ſ. 54: *Acerrimum ſapore, ignei effectus, ac ſaluberrimum corpori, ſinapi, nulla cultura, melius tamen planta tralata.* Ob acrimoniam illud *mordax* et *lacrimoſum* uocat Serenus Samon. de Medic. u. 67, et 588.

123. *Atque oleris pulli radix) Olus pullum*, quod alias *atrum olus* dicit XI, 3, 18, nomen habet a ſemine

Ponitur, et lactis guſtum quae condiat herba,
Deletura quidem fronti data ſigna fugarum,

Vim-

124) *guſtus* D. Sa. L. I. B. R. 125) *Deletura* P. Sa. et ſic Geſn. *Deiectura* D. A. Arg. Riu. *fucarum* D. L. et editt. pler. ut St. et Com. *furcarum* Gr. *fucorum* reſellit Morg. I, 55. add. II, 9. *fugarum* Pol. Sa. *Velatura quoque eſt fronti data ſigna focorum* ſcribit Lipſius Elect. II, 15, et *focorum* quoque coniiciunt Pius. Peliſſerius apud Turneb. lib. 17, c. 22, et Barthius V, 10. *Deletura quidem furcae fronti data ſigna* Rhodius ad Scrib. Larg. p. 261.

mine et radice atra. Saepe coniunctim ſcribitur *oluſatrum*; ut apud noſtrum XII, 7, 1 Et Plinius XIX, 8, 48: *Oluſatrum mirae naturae eſt. Hipposelinum Graeci uocant, alii ſmyrnium. Et lacrima caulis ſui naſcitur. Seritur et radice. Succum eius colligunt, myrrhae ſaporem habere dicunt.* (Luederus *von Küchengart.* interpretatur *Liebſtöckel*)

124. *lactis guſtum quae condiat herba)* Lepidium, ut oxygala fiat. Vid. noſter XII, 8, 3. Qui ſequuntur uerſus, et ipſi indicant de lepidio ſermonem eſſe, et conuenit Plinius XIX, 8. ſ. 51, *uſum eſſe eius* negans *ſine lacte:* loquitur autem de culinaribus herbis. GESN.

125. *fronti data ſigna fugarum)* Haec lectio omnium, quae hoc loco repertae ſunt, maxime probabilis, et receptae plurimarum editionum ſcripturae *fucarum* ſimillima. *Signa fugarum* ſunt fugitiuorum, ſiue ſtigmata ſeruis e fuga retractis cauterio inuſta. Quamquam enim plures eius iniuriae in ſeruos cauſſae fuerunt, quas cumulatis ueterum ſcriptorum teſtimoniis copioſe expoſuerunt I. Lipſius Elect. II, c. 15 p. 57. et Io. Rhodius ad Scrib. Larg. compoſ. 231. p. 309; primaria tamen et celeberrima earum eſt fuga. Inde Quinctil. Inſt. orat. lib. VII, c. 4: *Si quis fugitiuo ſtigmata ſcripſerit:* et Petronius c. 103 et 105, *notum fugi-*

tiuo

Vimque ſuam idcirco profitetur nomine Graio.
Tum quoque conſeritur, toto quae plurima terrae
Orbe uirens pariter plebi, regique ſuperbo,
Frigoribus caules, et ueri cymata mittit:

Quae

127) *conſertur* Sa. 129) *ueris* I. B. R. et V. D. ad Ald. *cimata* D.

tiuorum epigramma et unicum argumentum dixit. Haec ſigna inuſta lepidio, uel oxygala, lacte acetoſo, quod fit e lepidio, deleri potuiſſe, quodammodo confirmat Plin. qui lib. XX, 17. ſ. 70: *Lepidium inter urentia intelligitur. Sic et in facie cutem emendat exulcerando, ut tamen cera et roſaceo facile ſanetur. Sic et lepras, et pſoras tollit ſemper facile, et cicatricum hulcera.* Noſtri lepidium interpretantur *Pfefferkraut*, wilde *Kreſſe.*

126. *profitetur nomine Graio) Graecum nomen lepidium a* λεπίς, quia de facie maculas, τὰς λεπίδας, delet.

128. *pariter plebi regique ſuperbo)* Tum quoque, inquit, ſerenda eſt braſſica, quae et nobilibus ſeruit et plebi, et hieme caules emittit, uerno tempore cymata. Inde deſcribit braſſicarum genera POMPON. Braſſicam M. Cato dicit *omnibus oleribus antiſtare*, quam et miris laudibus effert, eiusque genera, uſus et medicinas enumerat cap. 157 et 158. Pariter Plinius conſulendus XIX, 8. ſ. 41. In lautiorum coenis braſſica uariis condimentis apparari ſolebat, et Apicius cymas et coliculos condiendi modum edocet lib. III, cap. 9.

129. *ueri cymata mittit) Cymata*, quaſi κυήματα, partus, aliis locis Columella et alii *cymas* appellant. Proprie ſunt primi et teneriores braſſicae coliculi, ſed generatim plantarum ſummitates et tenera cacumina eo uocabulo ſignificari, et a caule, ut partem a toto, diſtingui, oſtendit Reineſius Var. lect.

Quae pariunt ueteres ceſpoſo litore Cumae,
Quae Marrucini, quae Signia monte Lepino,
Pinguis item Capua, et Caudinis faucibus horti,
Fon-

130) *Qua* V. D. *ceſpoſo* A. Arg. Gr. St. Com. *cepoſo* D. Pol. Ienſ. *tepoſo* Lipſ. *piſcoſo* V. D. *Theſproto* Riu. Sic correxit Scaliger ad Cul. Virg. u. 14, quia Cumanum litus ab Abantibus, qui ex Euboea in Theſprotiam, et inde in magnam Graeciam uenerunt, occupatum fuit. 131) *quae ſigna* B. R. *Qua Mar.* — *qua ſig.* V. D. *Lepuno* Sa. Dem. 132) *cadinis* Gy. *hortis* Sa. D. *ortis* L.

lect. II, 8. p. 195. *Cymae* et *caulis* diſcrimen etiam indicat alius locus Colum. XI, 3, 24: *Nonnulli braſſicam locis apricioribus a Calend. Martiis deponunt: ſed maior pars eius in cymam proſilit; nec poſtea hibernum caulem amplum facit, cum eſt ſemel defecta.*

130. *Quae pariunt)* Enumerat iam uarias braſſicae ſpecies, quae in uariis Italiae regionibus coluntur, quartumque proprietates Pomponius in not. neſcio quo auctore, deſcribit. *ceſpoſo litore*, quod in plurimis editt. eſt, uix ſtare poteſt, quia ex analogia linguae *ceſpitoſus* ſcribendum eſt. *Theſproto* Scaligeri, quamuis etiam Riuino placitum, longius arceſſitum uidetur. *cepoſo*, in quo fere conſentiunt Mſſ. maxime placet Geſnero, ut cepoſas Cumas laudarit, quomodo deinde *Ariciam porri matrem*; quamuis aliunde non conſtet, ceparum ferax illud litus fuiſſe.

131. *Marrucini* populus Italiae inter Marſos. *Signia* oppidum Latii, a uino auſtero, quod in eius agro naſcebatur, notum. Sil. VIII, 379: *Spumans inimico Signia muſto.* Martial. XIII, 116: *Potabis liquidum Signina morantia uentrem.* *Lepino* monti Signia uidetur impoſita fuiſſe.

132. *Caudinis faucibus horti)* Caudinae fauces, quae et *Furcae Caudinae*, ſunt anguſtiae montium apud

Fontibus et Stabiae celebres, et Veſuia rura.
Doctaque Parthenope Sebetide roſcida lympha,

Quae

133) *ſcabie* Ienſ. *ſcabiae* B. R. *ſtabie* I. I. H. A. Arg. G. *ueſpia* a. P. *ueſunia* I. B. R. *uoſeua* L. 134) *Partenope* I. B. R. *ſebethride* Sa. Dem. Ienſ. *ſebetride* B. R. *ſebethide* I. I. H. A. Arg. G. *roſida* I. B. R. L. I.

apud Caudium, urbem Samnitum, prope Beneuentum, Romanorum ignominia et clade nobilitatae, *Furcas* uocat Lucanus lib. II, 138: *Vltra Caudinas ſperauit uulnera Furcas.* Ita appellatae, quia ibi Romani ſub furca de haſtis facta ire compulſi.

133. *Stabiae*, uetus oppidum Campaniae, ad oſtia Sarni, a L. Sulla bello ſociali exciſum, pro quo nouae Stabiae non procul a Surrento conditae teſte Plinio. Huius ex agro decurrunt parui fluuii, ſed amoeniſſimi, uerſus Furcas Caudinas.

Ibid. *et Veſuia rura)* nempe Veſuuii montis, qui et Veſeuus et Veſuius a poëtis appellari ſolet, Columellae tempore, et antequam ardere coepiſſet, mira fertilitate hortorum et uinearum celebratus, quanquam et deinceps regionis eius fecunditas laudata. Vid. Heynius ad hunc Virgilii Georg. II, 224: *Talem diues arat Capua, et uicina Veſeuo Ora iugo.* Martial. IV, 43: *Hic eſt pampineis uiridis modo Veſuius umbris.* Conferri poſſunt, quae dicta ſunt ad Auſon. Moſ. 208, Excurſu XI. Tomi I. P. M. et ad epiſt. Did. ii. 73. pag. 451 Tomi IV.

134 *Parthenope Sebethide roſc. lympha)* Parthenope eſt Neapolis, iuxta quam currit fluuius Sebethis, unde Statio *Sebethi alumna* dicitur, Silu. I, 2, 263: *nitidum conſurgat ad aethera tellus Eubois, et pulchra tumeat Sebethos alumna.* Vide ibi Barthium. SCHOETTG.

Quae dulcis Pompeia palus uicina Salinis
Herculeis, uitreoque Siler qui defluit amni,
Quae duri praebent cymoſa ſtirpe Sabelli,

Et

135) *Qua* V. D. *ducis* Gr. *Rompheia* Sa. a. P.

135. *dulcis Pompeia palus)* Videtur intelligi Sarnus fluuius Campaniae, oppidum Pompeios alluens, et apud Stabias in mare illabens, qui quia admodum placidus et irrigandis agris aptus fluit, uidetur in planitie Pompeiorum ſaepe in ſtagna et paludes abiiſſe. Hoc uidetur ſignificare Maro Aen. VII, 738: *et quae rigat aequora Sarnus.* Et Statius Silu. I, 2, 265, *Sarnum Pompeianum* appellat, eique *otia* h. e. quietem et lenem ſtagnantemque aquam tribuit, quamquam hoc Barthium aliter explicare uideo: *Et Pompeiani placeant magis otia Sarni.*

136. *uicina ſalinis Herculeis)* Vt Pompeios oppidum a Sarni paludibus, ita Herculaneum opp. a ſalinis uicinis deſcribere uidetur. Nam hoc oppidum Neapoli, Stabiis, Pompeiis, hactenus nominatis, uicinum, cum eiſque coniungi ſolet. Plin. III, c. 5: *Neapolis Parthenope a tumulo Sirenis appellata: ... Herculanium: Pompeii.* Similiter Ouidius Met. XV, 711: *Herculeamque urbem, Stabiaſque, et in otia natam Parthenopen. Salinae* intelliguntur marinae, quae frequentes in ora maritima Italiae erant, qualemque deſcribit Rutilius I, 475 ſeqq. Herculaneum prope mare ſitum tales ſalinas habuiſſe uidetur, licet hae ab aliis non laudentur.

Ibid. *Siler qui defluit amni) Siler* fluuius Picentinorum, uel Lucaniae, quam a Picentinis diuidit. *Silarus* dicitur Virgilio G. III, 146, et Priſciano Perieg. 355. *Siler* Lucano II, 426.

137. *duri cym. ſtirpe Sabelli)* Sabelli dicuntur a Sabinis oriundi inter Sabinos et Marſos incolentes, *duri*, quia laborioſe agricolantes, unde Horat. C.

Et Turni lacus, et pomoſi Tiburis arua,
Brutia quae tellus, et mater Aricia porri.
Haec ubi credidimus reſolutae ſemina terrae,
Aſſiduo grauidam cultu curaque fouemus,

Vt

138) *Et Turris* Sa. Ienſ. *turnis* P. 139) *Brutiaque et* I. B. R. *bruttiaque tellus* D. *Aritia* D. I. B. R. L. I. H. A. Arg. Gr. G. St. *tericia* Sa.

III, 6, 38: *Sed ruſticorum maſcula militum Proles Sabellis docta ligonibus Verſare glebas.* Braſſicam *cymoſa ſtirpe* Sabellis tribuit auctor, quam interpretor ſtirpe plures uel craſſiores cymas emittere. Pomponius *Sabellicam* eſſe dicit criſpis foliis, craſſiſſimo caule.

138. *Et Turni lacus)* Similis ratio huius appellationis eſſe uidetur, ac ſupra Pompeiae paludis, et fluuius indicari crebris paludibus ſtagnans, uel in lacum exiens. Nam *Turnum* fluuium Vmbriae laudat Vibius Sequeſter. Pomponius tamen inde nomen braſſicae facit *Lacuturnina* nunc *lacuturris, quia ibi Turni lacus fuit, poſtea turris remanet in ualle Aricina.* Geſneri coniectura eſt, *Turni lacum* forte eundem eſſe, qui *Iuturnae* ſororis, de quo Valer. Max. I, 8, 2. et Flor. II, 12.

Ibid. *pomoſi Tiburis arua) Pomifera arua* Tiburtina uocat Silius IV, 224. *Quoſque ſub Herculeis taciturno flumine muris Pomifera arua creant.* Horat. Carm. I, 7, 13: *Tiburni lucus et uda Mobilibus pomaria riuis.* Nempe Tibur oppidum Sabinorum fontibus irriguum, aëris temperie et pomorum abundantia celebratur.

139. *mater Aricia porri)* Martialis XIII, 19: *Mittit praecipuos nemoralis Aricia porros, In niueo uirides ſtipite cerne comas.* Laudat etiam Plin. XIV, 6. ſ. 33. GESN.

Vt redeant nobis cumulato foenore meſſes.
Et primum moneo largos inducere fontes,
Ne ſitis exurat concepto ſemine partum.
At cum feta ſuos nexus adoperta reſoluit,
Florida cum ſoboles materno pullulat aluo,

145) *nixus* V. D. *adaperta* i. e. ad aërem V. D. 146) *Florida* A. et al. quomodo Geſn. *Horrida* Arg. Riu. *Torrida* V. D. *aruo* Dem. Lipſ. I. B. R. et Gr. St. in marg.

143. *inducere fontes)* Ex Virg. Georg. I, 106: *Deinde ſatis fluuium inducit, riuoſque ſequentes.* SCH.

144. *ſitis)* ſiccitas. Virg. Ecl. VII, 57: *Aret ager, uitio moriens ſitit aëris herba.* SCH.

145. *ſuos nexus adoperta reſoluit)* Aliquantum blanditur coniectura docti uiri ad oram Aldinae *ſuos nixus*, quod de pariendo et fetu edendo uſitatum. Sed hic non de partu terrae, quo herbae e terra prodeunt, agitur, uerum de ſeminis intra ſinum terrae concepti reſolutione. Hinc *nexus* terrae ſunt uis eius fecunda, quae ſemen complexa et fouens germinationi praeparat, quos *reſoluit*, ubi fotu ſatis producto germinationi uiam aperit. Adiicitur *adoperta*, quia hoc fit occulte et intra ſinum terrae. Vnde huic loco minus conuenit, quod Geſnerus malebat, *adaperta*. Contra ubi plantae iam erumpunt terra, *ſinum pandere tellus* dicitur u. 157.

146. *materno pullulat aluo)* Alii *aruo*, quae lectio mihi melior uidetur. Notum eſt enim aluum maternam *aruum* etiam uocari a Lucretio et Virgilio. Siniſtros quidem Grammaticos et ineptire dicit Fruterius Veriſim. 2, 19, qui ita legant. Sed quia aliorum adeſt auctoritas, et metaphora bene continuatur, non ineptiunt, qui ita legunt. Ergo h. l. haec uox duplicem ſignificationem habere pot-

Primitiis plantae modicos tum praebeat imbres
Sedulus irrorans olitor, ferroque bicorni
Pectat, et angentem ſulcis exterminet herbam.
At ſi dumoſis poſiti ſunt collibus horti,
Nec ſummo nemoris labuntur uertice riui,
Aggere praepoſito cumulatis area glebis

Emi-

148) *irrorans holitor* D. 149) *Petat* L. uid. u. 94. 150) *Ac ſi* I. B. R. 151) *cortice riui* Sa.

eſt, propriam et metaphoricam, hanc nempe, qua flores pullulare dicuntur ex aruo ſ. aluo matris ſuae, h. e. terrae. SCH. Ego uero malim *aluo*, quia hoc interiora terrae uiſcera, quae hic loco ſpectantur, magis exprimit, quam aruum. *aruo* uſurpauit noſter infra u. 195.

149. *Pectat)* Vid. u. 94. *angentem ſulc. exterm. herbam)* herbas adnaſcentes eradicet, quae plantis officiunt, eiſque ſuccos detrahunt. Virg. G. I, 69: *officiant laetis ne frugibus herbae.* Quae hic *angere*, aliis *ſtrangulare* dicitur, ut Quintil. Prooem. ad lib. VIII, 23: *laetum gramen ſata ſtrangulat.*

152. *Aggere praepoſito)* *Agger* docente Geſnero h. l. eſt aggeſta humus, ut uerbo aggerandi utitur nonnunquam Columella. Pro *praepoſito* idem uult *repoſito* (non obſtante ſyllaba *re*, quae in compoſitis produci poſſit) et *reponere* hic eum intellectum habere, quem *regerere*; ita ut *agger repoſitus* ſit, qui fit alius regeſta humo, quod locis ſiccis faciendum eſſe praecipiat noſter XI, 3, 10. Ego quidem interpretationem ipſam Geſneri probo, minus tamen neceſſarium eſſe puto *repoſito* aſſumere pro *praepoſito*, atque hoc poſitum eſſe exiſtimo, pro *praemunito* uel *praeducto* (ſiquidem et *agger praeductus* Auieno D. O. u. 616, et alias

Emineat, ſicco ut conſueſcat puluere planta,
Nec mutata loco ſiccos exhorreat aeſtus.
Mox ubi nubigenae Phryxi, nec portitor Helles,
Signorum et pecorum princeps caput efferet undis,
Alma

153) *Sinineat* L. *conſueſcet* Gryph. 154) *Ne* I. B. R. *ſitiens exh.* L. Sa. D: *aeſtu* Sa. 155) *nubiginae* Iunt. *quo port.* Sa. *et port.* V. D.

alias *agger munitus* dicitur) aduerſus nimiam ſiccitatem, quoniam humus altius egeſta plantas munit et magis defendit ab aeſtu, quam depreſſior et rarior. Nec uerbum *reponere* adhuc inter ea eſſe reperi, quae ſyllabam *re* producſtam habeant.

154. *Nec mutata loco)* Sic Calpurn. II, 51: *ſuccos ne forte priores Languida mutata quaerant plantaria terra.* Virgil. Ge. II, 268: *Mutatam ignorent ſubito ne ſemina matrem.*

155. *ubi nubigenae Phryxi)* *Nubigenae* interpretare, non, geniti ex nube, ſed ex Νεφέλη, (matre Nephele) quae latine ſonat nubem. Ex ſignificatu dictionis Graecae uox latina compoſita. Hinc Ouidius *Helles Nephelcidos* dixit. Athamas filius Aeoli, frater Crethei, genuit Phryxum et Hellen, ex Nephele uxore. PIVS. In Scholaſtici Maximiani uerſibus de ſignis caeleſtibus, Anthol. Lat. Tom. II. p. 315, dicitur *Nubigenae iuuenis uector.*

Ibid. *nec portitor Helles)* h. e. Phryxi portitor, et non portitor Helles, quomodo explicat Gronou. Obſeru. III, 20, p. 467, et diſtinctius eloquitur Caeſ. Germanicus Arat. u. 530: *Nobilis hic Aries, aurato uellere quondam Qui tulit in Tauros Phryxum, qui prodidit Hellen.*

156. *Signorum et pecorum princeps)* Pecorum princeps, qui et alias *dux lanigeri pecoris* apud Ouid. Faſt. IV, 715. *Signorum princeps*, quia primum ſignum

Alma ſinum tellus iam pandet, adultaque poſcens
Semina depoſitis cupiet denubere plantis:
Inuigilate uiri! tacito nam tempora greſſu
Diffugiunt, nulloque ſono conuertitur annus.
Flagitat ecce ſuos genetrix mitiſſima fetus,

Et

157) *paſcens* B. R. 158) *cupient* I. I. H. A. Gr. G. *cupiens* Arg. Riu. *ſe nubere* edid. Geſn. quod et A. Arg. Gr. St. Com. Riu. habeat. *denubere* Sa. Dem. Lipſ. I. B. R. I. I.

ſignum Zodiaci, et in Ariete ueris initium. Et ſic frequenter uocatur. In Scholaſticorum uerſibus de ſignis caeleſtibus, Anthol. Lat. T. II. p. 314: *Signorum princeps Aries.* Manilius I, 262: *Aurato princeps Aries in uellere fulgens.* Sic German. Arat. u. 499, ad quem locum plura attulit Grotius.

158. *depoſitis cupiet denubere plantis)* h. e. plantis, quae e ſemine natae ſunt, et iam adoleuerunt, *depoſitis*, dimiſſis et tranſlatis in alias areas, (uid. Virg. G. II, 23. et infra u. 190) *cupiet denubere*, deſiſtere a nubendo et pariendo, iamque fetus ſuos alere et educare, quod uerſus 162 declarat. Nimirum incipit iam dicere de tranſlatione et depoſitione plantariorum. Vid. Calpurn. II, 48 ſeq. Et enodatio haec ſententiae per ſe demonſtrat, aptiſſimam eſſe, quam optimi codices praebent, lectionem *denubere*, quod uerbum eam uim habet, quam alia eiuſdem compoſitionis, ut depugnare, detonare, deſpumare.

160. *nulloque ſono conuertitur annus)* Eadem ſententia eſt apud Ouidium repetita ſaepiuſcule, ut Faſt. VI, 771: *Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis*, et Metam. X, 519: *Labitur occulte, fallitque uolatilis aetas.* Et eadem in illo Iuuenalis Sat. IX, *obrepit non intellecta ſenectus.* BARTH. Adu. XXIII, 16.

Et quos enixa eſt partus, iam quaerit alendos,
Priuignaſque rogat proles. date nunc ſua matri
Pignora, tempus adeſt: uiridi redimite parentem
Progenie, tu cinge comam, tu digere crines.
Nunc apio uiridi criſpetur florida tellus,
Nunc capitis porri longo reſoluta capillo

Lae-

164) *redimire* Riu. 165) *Progeniem* D. *tum cinge comas* Riu. *diſſere crin.* D. L. I. B. R. I. I. A. Arg. Gr. G. *tum diſſere crines* Riu. 166) *apios* Dem. 167) *porri* omnes praeter Steph. et Com. qui *porro*. *Nunc capite et porri* emendabat Heinſius. Vid. Burm. Anthol. II. p. 524.

162. *quaerit alendos)* poſtquam tranſlati et depoſiti ſunt.

163. *Priuignaſque rogat proles)* Herbae, quae tranſferuntur in aliam terram, dicuntur illius priuignae, quoniam transferuntur ex ſinu materno in terram nouercam. PIVS.

165. *tu digere crines) Digerere crines* Pſecadum eſt, hoc eſt ordinare. Ouid. Am. I, 14, 19: *nondum digeſtis mane capillis.* De arbuſculis Virg. Ge. II, 54 et 267. GESN.

166. *criſpetur)* a natura apii, quod criſpum eſt. Plinius XIX, 8. ſ. 46: *Ab aequinoctio uerno ſeritur apium, ſemine paululum in pila pulſato. Criſpius ſic putant fieri, aut ſi ſatum calcetur cylindro pedibuſue.* Conf. Colum. XI, 3, 33.

167. *capitis porri long. reſ. capillo)* Porri duo genera, ſectiuum et capitatum, quod in caput nutritur, ut notauimus ad Moret. u. 74. Hic de capitato ſermo eſt, quia de transſerendis plantis. Nam ſi quis capitatum efficere uolebat, debebat, antequam ſecaretur, in aliam aream transſerri, ut monet Plin. XIX, 6. ſ. 33. et noſter lib. XI, c. 3. 31. *capillum longum* tribuit porro, ut capiti, quia in tenues fibras et quaſi ſtamina fruticeſcit, quae et *fila* appellantur.

Laetetur, mollemque ſinum ſtaphylinus inumbret.
Nunc et odoratae peregrino munere plantae
Sicaniis croceae deſcendant montibus Hyblae.
Nataque iam ueniant hilari ſampſuca Canopo,

Et

168) *ſtaphilinus* omnes excepto Comm. 171) *Natique* Ienſ. *hilaro ſenſura* L. *hilaroſanſuca* Dem. *hilaro* etiam Ienſ. *thilaroſanſuca* Sa.

tur. Martial. XIII, 18: *Fila Tarentini grauiter redolentia porri.*

168. *ſtaphylinus inumbret)* Sic Graece uocatur paſtinaca, cuius unum genus ſilueſtre, alterum ſatiuum eſſe docet Plin. XIX. ſ. 27. ſatiua latifolia eſt, et alias etiam a Plinio paſtinaca erratica dicitur XXV, 9. ſ. 64. Haec ratio eſt, cur eam *inumbrare* dicat noſter.

169. *peregrino munere plantae)* Plantentur etiam peregrinae herbae, quas Hybla Siciliae mons nutrit. POMP.

170. *croceae -- montibus Hyblae*) a colore florum, inter quos plurimi crocei coloris, et quorum abundantia, atque inde etiam apum, celebratus ille mons eſt. De immenſa florum copia *Hyblae* ipſius nomen uſurpauit auctor Peruig. Ven. u. 51 ſeq.

171. *hilari ſampſuca Canopo)* Plinius XXI, c. 11, ſ. 35: *Amaracum Diocles medicus et Sicula gens appellauere, quod Aegyptus et Syria ſampſuchum.* (Gr. σάμψυχον) Idem ſcribit XXI, cap. 22, in Cypro laudatiſſimum et odoratiſſimum eſſe. Harduinus annotat, *Maioranam noſtram* uulgus officinarum exiſtimare eſſe ueterum ſampſuchum, amaracumue, ſed falſo, quia σάμψυχον per terram repit, *maiorana* in altum aſſurgit. Sampſucum Linnaeo eſſe *thymum maſtichinum*, mihi indicatum eſt, ueſcio an recte.

Ibid. *hilari - Canopo)* Canopus urbs Aegypti eſt, haud procul ab Alexandria, quae ideo hilaris dicitur, quia homines ibi ſem-

Et lacrymas imitata tuas, Cinyreïa uirgo,
Sed melior ſtactis ponatur Achaica myrrha:

Et

172) *cingreia* Ienſ. Pol. *cinereaque* L. *cyrenia* B. R. *cinereia* I. I. H. A. Arg. Gr. G. *cinireia* Sa. *cynireiaque* Dem. *cynereia* rel. 173) *tactis* D. *achaia murra* idem.

ſemper uoluptatibus erant dediti, Vide quae notat Cellar. ad Sil. Ital. XI, 433. SCHOETTG. Hinc *genialia arua Canopi* apud Ouid. Am. II, 13, 7. explicat Nic. Heinſius, et Canopum *laſciuum*, *feſtiuum*, *mollem*, *famoſum* ab aliis poëtis appellari obſernat.

172. *lacrimas imitata tuas*) De myrrha herbae capiunt, perperam. De ſmyrnio intelligit Columella, quod *olus atrum* quidam eſſe uolunt, Graecorum ἱπποσέλινον, alii ſeparant. Haec Salmaſ. ad Sol. c. 33. p. 367, 368. Lacrimam ex ſmyrnio myrrhae ſimilem colligebant, quam quidam pro mera myrrha habuere, imo ipſa myrrhae ſtacte meliorem, ut aſſerit Columella. Idem ad c. 56. p. 895. Vide eundem de homonymis hyles iatricae c. 16. SCH.

Ibid. *tuas Cinyreia uirgo*) Lacrimas myrrhae arboris imitari dicit, in quam mutata Myrrha, Cinyrae Cypri regis filia, dicitur. Fabula exſtat apud Ouid. Met. X, 298 ſeq. Quidam mendoſa quarundam editionum lectione *cyrenia* inducti, per *Cyreniam uirginem* Silphium uel laſerpitium intelligere uoluerunt, quae opinio multis ineptiis laborat.

173. *Sed melior ſtactis*) h. e. pingui illo ſucco, qui e cortice myrrhae arboris deſtillat.

Ibid. *Achaica myrrha*) Τὸ σμύρνιον ita uocat, quod in Graecia naſcatur. Dioſcoride uero teſte, prouenit in Boeotia, quae etiam Achaiae nomine cum adiacentibus regionibus uenit. Vide Cuperum in epiſtola ad Conſtant. Hugenium, quam profert Columbus ad Lactant. de M. P. c. 50. SCHOETTG.

Et male damnati moeſto qui ſanguine ſurgunt
Aeacii flores, immortaleſque amaranti,
Et

175) *Eacii* I. B. R. *Aracii* L. *Aiacis* al. teſte Schoettg. et V. D. ad Ald. *Aeacidae* legendum praeclare uidit N. Heinſius ad Ouid. Met. X, 215. Nimirum Telamonis pater fuit Aeacus, filius Aiax. GESN. *amaranthi* fere omnes, etiam cod. Dem. ſed *amaranti* edidit Geſn.

174. *damnati moeſto qui ſanguine*) De hyacintho loquitur. Duplex de hoc fabula. Altera, quae ſanguine Aiacis hunc florem aſſerit editum, cuius et nomen foliis inſcriptum refert: (Virg. Ecl. III, 106.) Altera, quae notas eſſe luctus narrat, ob Hyacinthi interitum, dilecti Apollini pueri. (uid. Ouid. Met. X, 215) Ἀἰ ἀἰ lugentium propriae ſyllabae. unde αἰάζειν. Sed et primam ſyllabam deſignant Aiacis nominis, qui Graecis Αἴας. Inde illi uerſus: (Ouid. Met. XIII, 397.) *Littera communis mediis pueroque uiroque Inſcripta eſt foliis, haec nominis, illa querelae.* caet. SALMAS. ad Sol. c. 55. p. 850.

175. *Aeacii flores*) Deriuatur hoc nomen ab Aeaco, Aiacis auo, ſed quia alibi uix occurrit, unde Heinſius legere maluit *Aeacidae flores*; Columella fortaſſe id nouum formauit a Graeco uerbo αἰάζειν, quaſi αἰάζοντες, litteras luctus ſimul et nominis Aiacis ſigna exhibentes, eoque ad utramque fabulam reſpexit.

Ibid. *immortaleſque amaranti*) Cur *immortales* uocet, ipſum quidem nomen *amaranti* ſignificat, quod eſt ἀπὸ τοῦ μαραίνεσθαι, uberius tamen id declarat ex eius natura Plinius XXI, 8, ſ. 23: *Eſt* amarantus *ſpica purpurea uerius, quam flos aliquis, et ipſe ſine odore. Mirum in eo, gaudere decerpi et laetius renaſci --- Mireque, poſtquam defecere cuncti flores, madefactus aqua reuireſcit, et hibernas coronas facit. Summa eius natura in nomine eſt, appellato, quoniam non marceſcit.*

Et quos mille parit diues natura colores,
Diſponat plantis olitor, quos ſemine ſeuit.
Nunc ueniat quamuis oculis inimica coramble,
Iamque ſalutari properet lactuca ſopore,
Triſtia quae releuat longi faſtidia morbi,

Al-

178) *coramue* P. Sa. D. *coranne* Lipſ. 179) *properat* D. *ſapore* omnes. 180) *releuet* legendum uidetur Vrſino.

178. *oculis inimica coramble*) Parrhaſius epiſt. 13, et Salmaſ. de homon. hyles iatricae c. 30, *corامblen* crambes genus ſtatuunt. Suidas: Κράμβη, ὢν κοράμβλη τις οὖσα, ἢ ἀμβλύνουσα τὸ διορατικόν. SCH. Pergit Suidas, melius fortaſſe cramben, quod ueterno, qui ab ebrietate eſt, reſiſtat, βέλτιον δὲ ἢ τῷ κάρῳ ἀντιβαίνουσα, quamobrem etiam in conuiuiis primam dari, neque propter uitem plantari. Inde eſt fortaſſe, quod noſter proxime lactucam laudet, quae ſalutarem ſoporem afferat.

179. *ſalutari lactuca ſopore*) In excuſis omnibus mendoſe *ſapore* legi, legendumque eſſe *ſopore*, obſeruarunt dudum Victorius et Vrſinus, idque docet etiam Plinius XIX, 8, ſ. 38: *Alia diſtinctio atrae* (lactucae) *quae meconis uocatur, a copia lactis ſoporiferi, quamquam omnes ſomnum parere creduntur. Apud antiquos Italiae hoc ſolum genus earum fuit, et ideo lactucae nomen adeptae.*

180. *quae releuat longi faſtidia morbi*) Plinius l. c.: *Eſt quidem natura omnibus* (lactucis) *refrigeratrix, et ideo aeſtate gratae ſtomacho faſtidium auferunt, cibique appetentiam faciunt. Diuus certe Auguſtus lactuca conſeruatus in aegritudine fertur; prudentia Muſae medici, cum prioris Camelii religio nimia eam negaret.* Ad hunc morbum Auguſti reſpicere Columellam putat Harduinus. Suetonius tantum

tra-

Altera crebra uiret, fuſco nitet altera crine,
Vtraque Caecilii de nomine dicta Metelli.
Tertia, quae ſpiſſo, ſed puro uertice pallet,
Haec ſua Cappadocae ſeruat cognomina gentis.
Et mea, quam generant Tarteſi litore Gades,
Candida uibrato diſcrimine, candida thyrſo eſt.

Cy-

181) Pro *crebra* V. D. *rubra.* ſed *criſpa uiret* legendum eſſe contendit Pontedera e duobus locis, noſtri XI, 3, 26, et Plinii XIX, 8, ubi *criſpum folium* Caeciliae tribuitur. 182) *cecilii* I. B. R. D. 183) *pullo uert.* V. D. 184) *capadocae* B. R. *cognomine* D. *Haec ibi.* V. D. 185) *quas generant* Dem. *Tartheſi* I. ſ. H. A. Arg. Gr. G. St. *Tartiſi* L. 186) *Diſcrimina* D. *turſo* I. B. R. *tyrſo* H. A. G. *fibrato* pro *uibrato* legebat Heinſius.

tradit *frigidis curatum Auguſtum* auctore Muſa, Aug cap. 81. Quia lactuca credebatur appetentiam cibi facere, haec cauſſa uidetur fuiſſe, cur apud Romanos ea coenas inchoaret. Martial. XIII, 14. et XI, 53, 5.

182. *Caecilii de nomine dicta Metelli*) Plinius XIX, ſ. 38: *Purpuream maximae radicis Caecilianam uocant*, nempe eius Metelli nomine, qui primo bello Punico Romae Conſulatum geſſit, anno Vrbis DIII.

184. *Haec ſua Cappadocae*) Plin. l. c.: *Diligentiores plura genera faciunt* (lactucae) *purpureas, criſpas, Cappadocas, Graecas.* Similiter, ut hic, deſcribit Cappadocam noſter XI, 3, 26: *Cappadocia, quae pallido et pexo denſoque folio uiret, menſe Februario recte differitur.* *Viles* dicuntur Cappadocae Martiali V, 78: *Viles Cappadocae, graueſque porri.*

185. *Et mea*) ſcil. lactucae ſpecies, quam ego, quia patriae meae familiaris eſt, bene noui, uel libenter comedere ſoleo. SCH.

186. *uibrato diſcrimine*) Di-

Cypros item Paphio quam pinguis nutrit in aruo,
Punicea depexa coma, ſed lactea crure eſt.
Quot facies, totidem ſunt tempora quamque ſerendi.
Caeciliam primo deponit Aquarius anno,
Cappadocamque premit ferali menſe Lupercus.

Tu-

187) *Paphio quam pingui* habent uulgatae. *Paphie* legendum cenſet Vrſinus. ſic uero conſtructio paullum turbata uidebitur. Ego *Paphio* adiungam *aruo*, et *pinguis* ponam pro pingui, hoc modo: *Cypros item Paphio quam pinguis nutrit in aruo.* 188) *crura* Dem. P. *cura* Sa. *curae* I. B. R. 190) *Ceciliam* D. I. B. R. 191) *Capadocamque* I. B. R. *cappadocumque* D. *februali menſe* legere mauult Fruterius Veriſim. c, 19: quae tamen lectio nullo codice probatur.

Diſcrimen ſimpliciter hic uerticem notat, ubi diſcrimen capillorum ſolet eſſe. Ouid. Art. II, 303: *Compoſitum diſcrimen erit; diſcrimina lauda. Vibratum* eſt ex eadem diſciplina; ut *uibratos calido ferro crines* dixit Virg. XII, 100, ubi ſimilia Plinii et Arnobii laudat la Cerda. *Thyrſum* eſſe, quod paullo poſt *crus* uocat, h. e. caulem, monere nihil attinet. GESN. *Vibratum diſcrimen* ipſe planius exprimit XI, 3, 26: *Candida eſt et criſpiſſimi folii.*

188. *lactea crure eſt*) h. e. caule albo. Et ſimiliter noſter XI, 3, 27: *Eſt et Cyprii generis ex albo rubicunda*, h. e. quae ex albo caule creſcit in folia rubicunda, *punicea depexa coma.* Sic infra u. 254, *pede candida beta.*

190. *primo Aquar. anno*) In Ianuario, quando Sol eſt in Aquario. Colum. XI, 3, 26: *Caeciliana menſe Ianuar. recte diſſeritur.*

191. *ferali menſe Lupercus*) Deſcribitur menſis Februarius. *Lupercus* ſacerdos Panos Lycaei, uel ipſe Pan Lupercus pro Lycaeo dictus, cuius ſacra, Lupercalia, luperci per urbem currendo celebrabant men-

Tuque tuis Mauors Tarteſida pange Calendis,
Tuque ſuis Paphien iterum iam pange Calendis,
Dum cupit, et cupidae quaerit ſe iungere matri,
Et mater facili molliſſima ſubiacet aruo.
Ingenera, nunc ſunt genitalia tempora mundi:
Nunc amor ad coitus properat, nunc ſpiritus orbis

T Bac-

192) *kalendis* D. Ienſ. 193) *Paphiem* R. *Paphiae paphiam depinge* V. D. *Tuque tuis Paphien*, *Paphie*, *depange Kalendis* coni. Geſn. *Paphiaen* et *kalendis* D. 194) *capit* L. 195) *facilis* Sa. *moliſſima* A. *molliſſimo* D.

menſe Februario. Hic etiam *feralis menſis* dicitur, quia in eodem Parentalia fiebant et Feralia, quae erant ſacrificia defunctorum Manibus et Diis Inferis oblata.

193. *Tuque ſuis Paphien)* Geſnerus hunc uerſum indignum Columella cenſet, cui ego aſſentio, non ſolum, quia elumbis et parum comtus eſt, ſed etiam, quia praecedenti non reſpondet, ut debebat. In quo cum Mauortem alloquatur auctor, ut ſuis Calendis lactucam Tarteſida pangat, ita hoc uerſu, qui idem incipit *Tuque*, Paphie debebat appellari, quae Cypriam lactucam ſuo, h. e. Aprili menſe, pangeret. Itaque, licet uerſum reliquerim, ut in libris antiquis legitur, ſic tamen emendandum arbitror: *Tuque tuis, Paphie, Paphiam depange Calendis.* Infra u. 370 *Paphios thyrſos* nominat.

197. *Nunc amor)* Confer cum his deſcriptiones neris poëticas, quae extant apud Lucretium princ. lib. I. Virgilium Ge. I, 43; it. II, 323. Ouid. Faſt. I, 151, et auctorem Peruigilii Ven. Caeterum de deſiderio, quod terra ad coitum habet, ita loquitur Plinius H. N. XVII, 19: *Neque enim animalium tantum eſt ad coitus auiditas, ſed multo maior eſt terrae ac ſatorum omnium libido:* qua

Bacchatur Veneri, ſtimuliſque cupidinis actus
Ipſe ſuas adamat partes, et fetibus implet.
Nunc pater aequoreus, nunc et regnator aquarum,
Ille ſuam Tethyn, hic pellicit Amphitriten:
Et iam caeruleos partus enixa marito
Vtraque nunc reſerat, pontumque natantibus implet.

Ma-

198) *Baccatur* I. B. R. *Veneris* Vrſ. 199) *Ipſas ſuas* D. *ſuos adam. foetus* V. D. pro *partes partus* Sa. 201) *thetin* I. B. R. *thetim* D. *polluit* D. Sa. et ſic Lipſ. et Iſ. Voſſius legunt, quod eſt a ſciolo quodam monacho, qui omnes concubitus, ſiue legitimos, ſiue minus, pollutiones dixit. SCH. *Amphitritem* Gr. *amphieritem* I. B. R. 203) *reſerat* B. R. *portumque* D.

qua tempeſtiue uti, plurimum intereſt conceptus. Peculiare utique in inſitis, cum ſit mutua cupiditas utrinque coëundi. SCH.

199. *Ipſe ſuas adamat partes)* Partes omnes ſui corporis ſpiritus orbis, quacunque permeat, inſtigat et ſollicitat ad procreandum. Peruig. Ven. u. 63, *permeante ſpiritu.*

200. *Pater aequoreus)* Oceanus, quia ex eo caetera aequora. Vnde ſigillatim Auieno D. O. 903 dicitur *Caſpii maris pater*, et Or. mar. 393 *parens noſtri maris* i. e. Mediterranei. *regnator aquarum*, uel, ut Epit. Hom. u. 904, *magnarum rector aquarum*, eſt Neptunus. Diſcrimen nominis Oceani et Neptuni notaui ad Varr. Atac. fragm. III. p. 1406.

203. *Vtraque nunc reſerat* ſc. partus) Poteſt hoc idem eſſe, ac quod Flaccus Carm. ſaec. u. 13 *aperire partus* dicit. Sed iam praeceſſit *partus enixa*; itaque *reſerat* explicandum duco emittit, explicat, diffundit, quemadmodum, quae lux uel di-

Maximus ipſe Deum poſito iam fulmine fallax
Acriſionaeos ueteres imitatur amores,
Inque ſinum matris uiolento depluit imbre,
Nec genetrix nati nunc aſpernatur amorem,
Sed patitur nexus flammata cupidine Tellus.
Hinc maria, hinc montes, hinc totus denique mundus

Ver

205) *Acriſineos* Sa. *Acriſiorios* D. *Acriſioneos* al. *Acriſionaeos* H. quod praetuli. 206) *defluit* L. I. B. R. et V. D. ad Ald. 207) *genitrix* pleraeque editt. *genetrix* D. 208) *Et pat.* Sa.

es referari dicitur a poëtis, eadem ſimul explicatur et diffunditur, et uenti apud Virgil. carcere aperto *ruunt uelut agmine facto*, Aen. I, 83. Sic Manil. I, 702: *Ceu miſſura diem ſubito, caelumque recludit.* Vſum uerbi *reſerare* et ſimilium exemplis monſtrarunt Weitzius et Burmannus ad Valer. Flacc. I, 655: *Emicuit reſerata dies, caelumque reſoluit Arcus.*

205. *Acriſioneos)* Nomen declinatum ab *Acriſione*, quod patronymicum eſt ab Acriſio, i. e. Danäe filia Acriſii Argiuorum regis. Vnde *Inachis Acriſione* dicitur Danäe in Eleg. Virg. ad Meſſal. u. 33.

206. *Inque ſinus matris)* Verno imbre Iouis uel Aetheris, quaſi patris, fecundari Terram, quaſi matrem, cum eaque connubium fieri, frequens eſt allegoria, ueterum ſcriptorum multis locis celebrata, quorum praecipuos recenſui in Excurſ. ad Peruig. Ven. Tomo III. P. M. pag. 536 ſeq. quod ipſum Peruigilii carmen totum fere ex iſta allegoria deductum eſt.

208. *Sed patitur nexus)* Admittit copulari quaſi maritali uinculo, ſ. nuptiis. Peruig. Ven. u. 59: *Cras erit, quo primus Aether copulauit nuptias* caet.

Ver agit: hinc hominum, pecudum, uolucrumque cupido,
Atque amor igneſcit menti, ſaeuitque medullis,
Dum ſatiata Venus fecundos compleat artus,
Et generet uarias ſoboles, ſemperque frequentet
Prole noua mundum, uacuo ne torpeat aeuo.
Sed quid ego infreno uolitare per aethera curſu
Paſſus equos, audax ſublimi tramite raptor?
Iſta canat maiore deo, quem Delphica laurus

Im-

215) *infraeno* Gryph. 216) *raptos* uulgatae. *Quid ſi raptor?* Geſn. et ſic re ipſa ſcribunt Sa. et Dem. coniicit etiam V. D. ad oram Ald. 217) *canit* Dem. *maiore* I. B. R. I. I. H. A. Arg. G. *maiora* rel.

211 *amor igneſcit menti) Mentem* etiam affectibus et libidini animalium aſſignant poëtae. Virg. G. III, 267: *furor eſt inſignis equarum, Et mentem Venus ipſa dedit.* Peruig. Ven. u. 63: *Ipſa uenas atque mentem permeante ſpiritu* caet.

214. *frequentet Prole noua mundum)* Petiiſſe uidetur a Lucretio, qui lib. I, 18, de Venere: *Omnibus incutiens blandum per pectora amorem Efficis, ut cupide generatim ſaecla propagent.* Conf. Peruig. Ven. 65. 67.

216. *Paſſus equos)* Sed quid ego ingenio meo frena remittens temere tam ſublimia dicere audeo, tanquam Phaëthon affectans aethera curſu peruolare. *raptor* ex bonis codicibus reſtitui, h. e. rapide feror, uel curro; ut *raptantur amantes Satyri* apud Calpurn. X, 56. De Phaetonte ipſo Ouid. Met. II, 234: *arbitrio uolucrum raptatur equorum.*

217. *Iſta*, nempe Naturae myſteria, quae hacte-

nus

Impulit, et rerum cauſſas, et ſacra mouentem
Orgia naturae, ſecretaque foedera caeli.

Ex-

218) *ad rerum* Sa. *coeca mouentem* V. D. 219) *Orgya* I. B. R. *Organa* Arg.

nus attigi, et quale eſt Aetheris et Terrae connubium, ad perpetuam rerum procreationem efficax, *canat maiore Deo*, maioris et potentioris alicuius numinis ui et afflatu impulſus. Virg. Aen. XII, 429: *Maior agit Deus, atque opera ad maiora remittit*.

218. *Quem Delphica laurus*, quem ipſius Delphici Apollinis afflatus, cuius ſymbolum laurus eſt, *impulit*. Nam laurus ubi impoſita capiti eſſet in templo Delphico, inuitari et attrahi Apollinis afflatus credebatur, et qui laurum momordiſſent uates et poëtae enthei fiebant. Hinc Statius Achill. I, 509, *laurigeros ignes* uocat calorem uel furorem ab Apolline immiſſum ad uaticinandum; et Sabinus Epiſt. I, 126, de uate quodam: *Sic cecinit laurus ille monere ſuas*. Hinc Horatius, nomen et gloriam poëtae appetens, *Delphica lauro* ſibi *comam cingi cupit* C. III, 30, 15.

219. *mouentem Orgia nat. ſecr. foed. caeli)* Quem naturae myſteriis initiatum, et rerum euentuumque huius uniuerſi cauſſas, corporum item caeleſtium naturam, ordinem, conſenſum et perpetuas leges altius ſcrutari ſolitum, Deus ſingulari impulſu excitauit, ut haec carminibus exponeret. *Orgia* de quibuſlibet myſteriis et arcana ſcientia, quae proprie dicuntur *moueri* uel *commoueri*. Vid. Heynius ad Virg. Aen. IV, 301. Orgia naturae mouet, qui eius arcana ſcrutari, cognoſcere, celebrare inſtituit. *foedera caeli* ſunt certus ordo, uis et natura inuicem reſpondens ſiderum et tempeſtatum. *legem poli* nocat Val. Flacc. II, 357. et de uaria terrarum conditione Virg. G. I, 60: *Continuo has leges*,

Exſtimulet uatem per Dindyma caſtra Cybeles,
Perque Cithaeronem, Nyſaeaque per iuga Bacchi,
Per ſua Parnaſſi, per amica ſilentia Muſis
Pierii nemoris, Bacchea uoce frementem
Delie te Paean, et te euie euie Paean.
Me mea Calliope cura leuiore uagantem
Iam

220) *Didyma* I. B. R. *caſta* coni. Vrſ. item Heinſ. ad Ouid. A. A. I, 563. *cybeles* Sa. et Dem. 221) *Citheronem* I. B. I. I. H. A. Gr. G. *citeronem* D. R. *nyſeia* I. B. R. *Nyſeraque* L. *Nyſeaque* reliqui praeter Gryph. et Com. *nyſaeiaque periuga* Dem. 222) *Parnaſi* I. B. R. *parnaſii* D. *pernica* (fortaſſe *per amica)* ant. Pol. *per omiſſa* reliqui, etiam Dem. excepto Comm. qui *per amica*. Et ſic Sa. et V. D. ad Ald. et Victor. in emendandis. 223) *Baccheia* Sa. 224) *Deliae* D. I. B. R. *etehyie chyie paen.* a. P. D. *chye echyre paen* L. *et te euie Paean* Arg. *Delie io Paean, teque Euie Euöe Euan* ſcribendum cenſet Heinſ. ad Ouid. A. A. I, 563. Pomponius legiſſe uidetur *et Teïe te Chie Paean*, quia in annotatione de Teio urbe, in qua ortus Anacreon, et de Chio inſula et Apolline Chio loquitur. 225) *curauerit ore* a. P. Sa.

ges, *aeternaque foedera certis Impoſuit natura locis.* Pluribus earum uocum ſignificationem expoſuit Burmann. ad Val. Flacc. I, 213.

220. *Exſtimulet uatem per Dind.)* h. e. Alius uates tanto inſtinctu Apollinis agitetur, ut quemadmodum ſacerdotes Cybeles et Bacchi per Dindyma et Nyſaea iuga; ipſique poëtae per iuga et nemora Parnaſſi, ſic ille per plures et longinquas regiones naturae entheo ſpiritu feratur, uimque illius inſtinctus ipſa uoce, ſpiritu et ſono carminum ſuorum, uti bacchantes exclamationibus, fateatur.

225. *Me mea Calliope)* Me tantum Calliope mea, tanquam minus numen regit, et pro leuioris argu-

Iam reuocat, paruoque iubet decurrere gyro,
Et ſecum gracili connectere carmina filo,
Quae canat inter opus muſa modulante putator
Pendulus arbuſtis, olitor uiridantibus hortis.
Qua-

228) *muſas* I. B. R. *modolante* R.

gumenti materia iam latius euagantem reuocat. Pro *cura leuiore* Heinſius emendabat *Cyrrha ulteriore*, uel *Cyrrhae per rura uagantem. curru leuiore* placebat Laur. Santenio, ut refert Burm. ad Propert. pag. 500.

226. *paruoque iubet decurrere gyro)* anguſto carminis breuioris et humilioris ſpatio me continere. Similiter Ouid. Remed. u. 398: *Attrahe lora Fortius, et gyro curre, poeta, tuo. Gyrum* explicanimus olim Tomo III. P. M. p. 379. et IV. p. 247.

227. *gracili conn. carmina filo)* tenue carmen componere. *fili* in his locutionibus uſum et rationem ſemel notaui ad Calpurn IX, 11. In eundem modum Auſon. Moſell. 396: *Mollia ſubtili nebunt mihi carmina filo Pierides.*

228. *Quae canat inter opus)* Ruſtici labores olim ſuos agreſtibus cantionibus ſolebant demulcere et ſolari, ut loquitur Virgilius. (Ge. I, 293. auct. Mor. 30.) Ergo uinitores et putatores habebant peculiaria carmina, quae ſuo labori erant accommodata. Anacreon Oda 52. ubi uide, quae notat Barneſius. SCHOETTG. *Putator* affinis illi frondatori Virgiliano *alta ſub rupe canenti*, Ecl. I, 57. GESN.

229. *Pendulus arbuſtis)* Vites enim ita altis populis maritatae alicubi, u. g. in Campania, apud Plin. XIV, 1. ſ. 3, *ut uindemiator auctoratus rogum ac tumulum excipiat.* Hic, qui opus facit, *pendulus* eſt. GESN. Sed non neceſſe eſt putatorem uitium intelligere. nam etiam, qui aliarum arborum frondes putant, (et hic *arbuſta* no-

Quare age, quod ſequitur, paruo diſcrimine ſulci
Spargantur caecis naſturcia dira colubris,
Indomito maleſana cibo quas educat aluus,
Et ſatureia thymi referens thymbraeque ſaporem,
Et

231) *cecis* et *naſturtia* Dem. 232) *aluos* Dem. et omnes excuſi praeter H. Com. et Vict. in calce Gryph. 1541. et *aluus* Sa. et V. D. ad Ald.

nominantur) *penduli* ex iis ſunt. Calpurn. II, 44: *Me teneras ſalices iuuat, aut oleaſtra putare, Et gregibus portare* caet.

231. *naſturtia dira col.)* *Naſturtium* (noſtris *Kreſſe*) *nomen accepit a narium tormento.* Plin. XIX, 8. ſ. 44. Inde auctor Moreti u. 84: *Quaeque trahunt acri uultus naſturtia morſu.*

232. *Indomito maleſ. cibo* h. e. immodica ciborum copia ob famem indomitam ingeſtorum.

Ibid. *quas educat aluus)* Aperit Columella, quas caecas colubras hic appellet, nempe lumbricos, qui coecis in alui uiſceribus aluntur. Serenus Samon. u. 564 de iis: *interno quum uiſcere taenia ſerpens, Et lumbricus edax uiuunt inimica creanti.* Dioſcorides etiam naſturtium pellere ipſos tradidit. Et Plin. XX, 12. ſ. 50: *Semen* naſturtii *ex uino omnia inteſtinorum animalia pellit: efficacius, addito mentaſtro.*

233. *Et ſatureia thymi)* *Thymus* in condimentario tantum genere erat, quo et ſales condiebant. *Thymbra* uero non ad condimenta, ſed ad cibos adhibita eſt, et praecipue a ruſticis. Vnde Attici ruſticos populares ſuos θυμβροφάγας et θυμβρεπιδείπνας ioco uocabant. Eius uero ſpecies Latinis erat *Satureia*, a ſaturando dicta, quod eadem ſaturarentur. Haec multis uerbis Salmaſius ad Solin. c. 56. p. 907. SCH. Vid. not. ad u. 113.

Et tenero cucumis, fragilique cucurbita collo.
Hiſpida ponatur cinara, quae dulcis Iaccho
Potanti ueniat, nec Phoebo grata canenti,
Haec modo purpureo ſurgit glomerata corymbo,
Myr-

235) *iacho* L. B. R.

235. *Hiſpida ponatur cinara)* Intelligitur carduus ſatiuus, Graecis κάκτος et κινάρα, ut oſtendit Salmaſ. ad Sol. c. 19. p. 159 et 160, et ad Tertull. de pall. c. 2. de quo ferendo multis agit Palladius Mart. cap. 9, item Plinius XIX. ſ. 43. Graecis *ſcolymon* uocari carduum hortenſem notat Plin. XX. ſ. 99. Galli *articactum* uocant, *artichaut*, noſtri *Artiſchocken*. Pomum habet, ſine capitulum ſquamatim compactum ad inſtar nucis pineae, et aculeatum, ut monet Harduinus Not. ad librum octauum LXXXIII.

236. *dulcis Iaccho Potanti)* Confirmat Plin. XX. 33. ſ. 99: *Radix cuiuſcunque ex aqua decocta potoribus ſitim facere narratur.*

Ibid. *nec Phoebo grata canenti*) i. e. cantori cuilibet, uel canere ſatagenti, ingrata eſt cinara, quod arterias offendit propter ſuam amaritiem, et conſequenter uocem ſtrangulat. *Cantor Apollo* notus eſt ex Horatio A. P. 407.

237. *Haec modo*) Videtur auctor diuerſa quaedam genera deſcribere cinarae, hortenſis quidem et eſculentae, quam recentiores rei hortenſis periti, Linneo auctore pag. 728, antiquo uocabulo *Scolymus* deſignant, et duabus formis diſtinctam eſſe tradunt. Vna eſt *aculeata*, altera *foliis non aculeatis*. Illam dicunt eſſe foliis ſpinoſis, corpore uel capitulo ouali, ſquamis anguſtis et extrorſum flexis, colore ſubuiridi; alteram ſine aculeis, corpore globoſo, ſquamis latis et introrſum uerſis, colore ſubfuſco. Vtriuſque ſigna reperies in

Myrtiolo modo crine uiret, deflexaque collo
Nunc adoperta manet, nunc pinea uertice pungit,
Nunc ſimilis calatho, ſpiniſque minantibus horret,
Pallida nonnunquam tortos imitatur acanthos.
Mox ubi ſanguineis ſe floribus induit arbos
Puni-

238) *murteolo* L. et V. D. ad Ald. *Myrteolo* Sa. *Myrtiolio* Arg. *myrtiolo* edid. Geſn. 239) *aduperta* L. Sa, *pingit* I. B. R. *fingit* coni. Pius. 240) *imitantibus* Pol. 241) *ashantes* omnes praeter Com. 242) *imbuit arbor* a. P.

in deſcriptione Columellae.

Ibid. *purpureo ſurgit glomerata cor.) glomerata*, denſis foliis compacta, florem purpureum inſtar corymbi emittit. Plinius XX. ſ. 99: *alter* (carduorum) *florem purpureum mittit inter medios aculeos, celeriter caneſcentem et abeuntem cum aura.*

238. *Myrteolo modo crine) myrteolum* uocat uerticem cardui a colore myrti arboris, qui alias myrteus. Conf. Salmaſ. ad Tertull. de pall. p. 180.

239. *Nunc adoperta manet*) i. e. nunc foliis uel ſquamis ſuis undique concluſa et operta manet ad modum globi; *nunc pinea uertice pungit*, in acutum uerticem inſtar nucis pineae aſſurgens pungit.

240. *ſimilis calatho*) apertis et diſtantibus foliis in modum calycis. *ſpinis min. horret*, ſpinas arrectas habet.

241. *Pallida nonn.*) de colore ſubuiridi intelligo, quomodo *pallentes herbas* et *hederam pallentem* dixit Virgilius. *tortos acanthos*, inflexos, ſicut Virgil. G. IV, 123, *flexi uimen acanthi* appellat. *Acanthus*, herbae nomen, (noſtris *Baerenklau*) cuius adultior caulis reflectit ſe et uergit ad humum, ut annotat Heynius ad Virg. l. c hunc ipſum Columellae locum comparans.

Punica, quae rutilo miteſcit tegmine grani,
Tempus haris ſatio, famoſaque tunc coriandra
Naſcuntur, gracilique melanthia grata cumino,
Et

244) *aris* L. quod et uidetur Vrſino. *Tertia erit ſatio* V. D.
245) *Naſcantur* P. *gracili* omnes, exceptis P. St. Com. cum Sa. *melantia* omnes praeter Com. *camino* P. D. et Sa.

243. *rutilo mit. tegmine grani*) *examina flammea* granorum mali Punici dicebat Auienus in carm. ad Flauian. u. 17. Quaſdam herbas tempore florentis mali Punici ſerendas praecipiunt ueteres ruſtici. Colum. XI, 3, 42: *Beta florente Punico malo ſemine obruitur*, caet.

244. *Tempus haris ſatio*) Verba obſcura et corrupta, quae nemo explicet. Etiamſi *aris* legatur cum Vrſino et uet. cod. intelligaturque *aron* bulbi genus, de quo Plin. XIX, 5. ſ. 30, ipſa tamen uerborum coniunctio dura. De *Aro* diſſertationem Ge. Wolfg. Wedelii Ienae 1701 habitam citat Th. Crenius, Animadu. Phil. P. X. p. 15. Elegans coniectura eſt uiri docti: *Tertia erit ſatio*, quam tamen nullius libri ſcriptura iuuante aegre ſequor. Colum. XI, 3, 18: *Auguſto circa Vulcanalia tertia ſatio eſt*: *eaque optima radicis et rapae, itemque napi et ſiſeris* caet.

245. *grac. melanthia grata cumino) Melanthion* Graecis et *melanſpermon*, alias *Gith*, ut ait Plin. XX, 17. ſ 71, *Optimum, quam excitatiſſimi odoris, et quam nigerrimum.* Vulgo *Nigella*. Auſon. in Technop. de cibis: *Eſt inter fruges morſu piper aequiparans git. gratum melanthium cumino* dicitur, puto, quod coniunctum cumino gratum cenſetur ad condiendum, uel gratiorem ſaporem habet.

Et bacca aſparagi ſpinoſa proſilit herba,
Et malache, prono ſequitur quae uertice ſolem:
Quaeque tuas audax imitatur Nyſie uites,
Nec metuit ſentes: nam uepribus improba ſurgens
Achra-

246) *baca* ant. P. et Iunt. *bacas* noua P. *bachas* D. Pro *bacca uirga* V. D. *aſpargi* P. D. 247) *molohech* P. a. *noloche* P. *moloche* D. L. Iunt. *malohae* Sa. *uertice molem* Sa. P. 248) *nyſiae* D. Arg. *Niſi* Gryph. 249) *ſentis* D.

246. *Et bacca aſparagi)* De ſatiuo uel hortenſi genere aſparagi loquitur. Nam alterum eſt ſilueſtre, quod *corrudam* uocant, atque infra deſcribit noſter u. 375, et lib. XI, 3, 43. *ſpinoſa herba* ei tribuitur, quia tantum ſpinas pro foliis habet. Plinius XXI, 15. ſ. 54: *Spinoſarum herbarum multae ſpecies. In totum ſpina eſt aſparagus, ſcorpio: nullum enim folium habet.* Hinc ſimpliciter *ſpina* dicitur apud Martial. XIII, 21: *Mollis in aequorea quae creuit ſpina Rauenna.* Noſtris eſt *Spargel.*

247. *Et malache, prono ſeq.)* Plinius auctor eſt, *maluae ſpeciem uocari malachen.* Ne *malachen* olim pro malua interpretarer, hoc in cauſſa erat, quod apud neminem auctorem deprehenderam, maluam ad ſolem uerti: ſed quod uſu nuper diſcimus, id reprobari non poſſe cenſemus. Vidimus oculata fide, maluam ſolem ſequi, ut heliotropium, helioſcopium, et intibum ſiue cichoreum: quod facere reor has herbas, quoniam frigidiſſimae ſunt, ſolemque, ſine quo intermoriuntur, ſectari ſolent. PIVS. Theophraſtus et Columella ex maluarum foliis circumactis ad ſolem, diei horas nobis oſtendi teſtantur. Et ea de cauſſa ἡλιότροφος uocata eſt. Conſule et Plinium XX, 21. ſ. 84, qui *malachen* ab emolliendo uentre dictam tradit.

249. *nam uepribus improba ſurgens)* creſcit, exuberans et luxurians inter uepres adeo. nam Plinius de *bryonia* ſ. uite nigra XXIII,

Achrados, indomitasque bryonias alligat alnos.
Nomine tum Graio, ceu littera proxima primae
Pangitur in cera docti mucrone magiſtri;
Sic et humo pingui ferratae cuſpidis ictu
Deprimitur folio uiridis, pede candida, beta.
Quin

250) *archados* D. *Achrados* uulgatae. *Achradas* uult Vrſ. *byonias* Dem. *byſonias* P. *biomas* R. *bionias* L. I. B. H. A. Arg. Gr. G. St. Riu. *bronias* Iunt. *bryonias* Vict. in emendandis. ſic etiam Sa. *brionias* V. D. 251) *cum Gr.* D. I. B. R. 252) *Panguntur* H. *Pangutur* A. *docto* P. L. D. Sa. 254) *ſolio* B. R.

XXIII, 1. ſ 17: *In fructetis et arundinetis maxime naſcitur.*

250. *Achradas)* De his uit. not. ad u. 15. *Achradas* caſu quarto legendum eſſe, non *achrados*, quod in editis eſt, prorſus exiſtimo, quamuis improbante Geſnero. Nam genitiuus a uepribus pendens eſſe non poteſt. qui enim uepres achradi attribuerit Columella. Sed achradas aeque ac alnos dicitur bryonias, in ſiluis creſcens, alligare. *Bryonias*, ut Plinius l. c. tradit, uitis nigra, ab aliis Chironia, aliis gynaecanthe, aut apronia dicitur, ſimilis, praeter colorem, uiti albae, cuius *ſarmenta*, ut idem ſ. 16, *longis et exilibus internodiis geniculata ſcandunt. folia pampinoſa ad magnitudinem ederae, diuiduntur, ut uitium.*

251. *ceu littera proxima primae)* quae dicitur *beta.* Symphoſii aenigma 42: *Tota uocor Graece, ſed non ſum tota Latine.* (quia latine tantum *be* dicitur.)

252. *mucrone magiſtri)* ſtilo uel graphio. *docto* malim ſcribere, quam *docti.*

254. *pede candida)* i. e. caule, ſtipite uel radice alba. Idem ſignificant u. 326, *pallentia robora betae.*
Su-

Quin et odoratis meſſis iam floribus inſtat:
Iam uer purpureum, iam uerſicoloribus anni
Fetibus alma parens cingi ſua tempora gaudet.
Iam Phrygiae loti gemmantia lumina promunt,

Et

255) *inſtant* Dem. 256) *annis* Dem. *annus* Sa. 257) *pinnigi* (fortaſ. *pingi)* ant. Pol. *pingi* Sa. 258) *lotae* Sa. D. L. I. B. R. *geminantia* P. L. *promant* I. B. R.

Supra u. 188 dicebat *crure lactea*. Beta noſtris *Bete oder Mangold.*

256. *Iam uer purpureum)* E Virgil. Ecl. IX, 40.

258. *Iam Phrygiae loti) Lotus* arbor eſt Aegypti et Africae, cum herba cognomine non confundenda. De utraque agit Theophr. hiſt. plant. IV, 4, et Plin. XIII, 17, et 18. Videtur autem iſtius herbae magnus in Phrygia fuiſſe prouentus, unde a noſtro *Phrygiae loti.* Flos eius lilio fere ſimilis eſt, et conſpicitur in imaguncula Harpocratis apud Cuperum in Harpocr. caet. SCHOETTG. *Phrygia lotos* a poëtis ſubinde dicitur tibia, et tum reſpicere epitheton illud Geſnerus putat ad arborem, e cuius cortice factae ſunt tibiae. Ego potius cum Dan. Heinſio ad Sil. Ital. XI, 432, arbitror loton ſimpliciter et metonymice dici tibiam, ſine reſpectu materiae, quemadmodum *pinus* et *buxus*, Phrygiam autem appellari, quod in ea regione primum inuenta et maxime uſitata fuit. Sic enim et Phrygius ſonus et cantus nominatus. Columella ubi Phrygiam loton de herba dicit, haud dubie deceptus eſt uſitata illa tibiae Phrygiae appellatione. Plantam enim loton in Phrygia naſci, nemo ueterum, quantum ſcio, prodidit. Fortaſſe non aliam, quam *meliloton* intelligit, quam *ubique naſci* et *croco ſimillimam eſſe* tradit Plinius XXI, 11. ſ. 37. Et haec inter flores lectiores refertur apud Ouid.

Faſt.

Et conniuentes oculos uiolaria ſoluunt,
Oſcitat et leo, et ingenuo confuſa rubore
Virgineas adaperta genas roſa praebet honores
Caelitibus, templiſque Sabaeum miſcet odorem.

Nunc

259) *conruentis* L. *conniuentis* D. *uixaria* Sa. P. *in uaria* D. 261) *ad aperta* D. *adaperta* Sa. et V. D. *adoperta* Geſn. *prebet* D. *praeſtet* Sa. *praeſtat* I. B. R. et V. D. 262) *Celitibus* I. B. R. H. *coelitibus* I. I. A. Arg. Gr. G. *Sabeum* I. B. R. *honorem* Dem.

Faſt. IV, 440: *Pars thyma, pars caſiam, pars meliloton amat.*

Ibid. *gemmantia lumina*) uid. ad u. 37.

260. *Oſcitat et leo*) uid. ad u. 98.

261. *Virgineas adaperta genas*) Praetuli lectionem *adaperta* uulgatae *adoperta*, non ſolum quia ſic in cod. Scalig. et S Germani legitur, teſtante Burmanno ad Anthol. Lat. III, 289. 8, ſed et quia haec melius congruit cum reliquis hactenus dictis *ſoluunt oculos*, *oſcitat leo*; et alii ſimiliter de roſis loquuntur. Sic in epigr. cit. Anthol: *Huic dum uirgineus pudor exſinuatur amictu*, et in Auſon. Idyll. de roſis u. 31: *Nec mora ridentis calathi patefecit honorem.* Scilicet roſa, ubi adulta eſt, aperiri, ſoluere ruborem uel pudorem, hactenus tectum et concluſum, dicitur. Quod luculenter exprimit Peruig. Ven. u. 25: *Cras ruborem qui latebat ueſte tectus ignea, Vuido marita nodo non pudebit ſoluere.*

262. *praebet honorem Caelitibus*) nempe coronis et fertis, e roſa praeſertim nexis; quibus in feſtis Deorum ſacris poſtes templorum, altaria et ſtatuae Deorum ornantur. Virgil. Aen. II, 249 Ouid. Met. VIII, 264: *Templa coronantur.* Virg G. IV, 276: *Saepe Deûm nexis ornatae torquibus arae.* Ouid. Faſt. IV, 138, de Veneris ſtatuis: *Aurea ſiccato redimicula ſoluite collo:*

Nunc

Nunc uos Pegaſidum comites Acheloidas oro,
Maenalidumque choros Dryadum, nymphaſque Napaeas,

Quae

263) *comitis atheloidas* Dem. 264) *menalioſque* D. P. L. *Maenalioſque* Sa. *Menaliumque* I. *Menalidumque* B. R. *Maenalidumque* Buchn. et Iunt. *Maenaliûm* A. Arg. Riu. et al. *driadum* I. B. R. *napeas* D. I. B. R. I. L. H. A. Arg. Gr. St.

Nunc alii flores, nunc noua danda roſa eſt.

Ibid. *templiſque Sabaeum miſcet odorem)* atque una cum ture Sabaeo, quo incenduntur arae, templa fragrantia ſui odoris implet. Turis et florum odores in ſacris Deorum ſaepe coniunguntur. Virg. Aen. I, 417: *Sabaeo Ture calent arae, ſertiſque recentibus halant*

263. *Pegaſ. comites Acheloidas)* Acheloides proprie quidem ſunt nymphae Acheloi, qui fluuius eſt, Aetoliam ab Acarnania diuidens; ſed metonymice omnes Naiades, nymphae fontanae uel amnicolae, ut una earum *Achelois* dicitur ab auctore Copae, u. 15. Nam Achelous pro quauis aqua ponitur a poëtis. *Comites Pegaſidum* uel Muſarum dici Acheloidas arbitror, quia Muſae, Pegaſides ab Hippocrene, Heliconis fonte, dictae, eius fontis nymphae ſunt, eoque ſociae aliarum. Nymphas cum Muſis in Helicone choros ducere ex antiqua Aeſopi fabula narrat Himerius Orat. XX, 2.

264. *Maenalidumque choros Dryadum)* Inuocat poëta in ſequentibus *Dryadas*, quae ſaltuum, et *Napaeas*, quae florum Nymphae ſunt, plurium regionum, nemorum et fluminum, quae ab amoenitate et florum fertilitate celebrantur. Quas omnes ubi poëta in hortos ſuos inuitat, ut flores legant, poëtica quadam phantaſia nihil aliud, quam copiam, uarietatem amoenitatemque florum nunc in hortis uernantium, uariamque ex iis capiendam uoluptatem et oblectationem pingere conatur.

Quae colitis nemus Amphryſi, quae Theſſala Tempe,
Quae iuga Cyllenes, et opaci rura Lycaei,
Antraque Caſtaliis ſemper rorantia guttis,
Et quae Sicanii flores legiſtis Haleſi,
Cum Cereris proles ueſtris intenta choreis
Aequoris Ennaei uernantia lilia carpſit,

Rapta-

265) *amphryſique et* Ienſ. B. R. *amphryſſi* L. D. *theſala* R. *teſalla* L. 266) *lycei* B. R. *litei* L. *licaei* D. 267) *caſis* P. *caſtaleis* Ienſ. 268) *ſiccani* D. *ſiccanii* H. G. 269) *intecta* D. *noſtris intacta* L. 270) *Aetnei* I. B. R. H. Gr. *Aethnei* I. I. A. G. *hemiei* a. P. *hetnei* Dem. *Ennei* etiam Vict. in emendandis. *Aetnaei* St. *et nei* L. *Hennaei* Sa. et V. D. u. Heinſ. ad Claud. R. P. I, 122.

265. *Quae colitis nemus*) *Amphryſus* eſt fluuius Theſſaliae, *Cyllene* et *Lycaeus* montes Arcadiae. *Caſtalius* uel *Caſtalia* fons in radicibus Parnaſſi, Muſis ſacer. *Haleſus* uel *Alaeſus* fluuius Siciliae, cum *Haleſa* urbe, ubi Proſerpina flores legebat. Diuerſus ab eo fons mirabilis in agro Haleſino, quem Priſcianus in Perieg. ex Solino deſcribit u. 499 ſeq. Claudianus de R. P. lib. II, 57 ſeqq. aliorum fontium et fluminum Nymphas Proſerpinae comites, non Haleſi, nominat, ut Criniſi, Pantagiae, Gelae, Arethuſae, Cyanes.

270. *Aequoris Hennaei*) planiſſimi campi apud Hennam Siciliae urbem. Ibi Proſerpinam comitantibus Nymphis flores legiſſe fuſius narrat Claudian. R. P. II, 55. Antiquiores editiones omnes hic *Aetnaei* ſcripſerunt, unde Pomponius hic de planitie uertici Aetnae uicina loquitur. Idem accidit loco Claudiani de R. P. I, 122, et uicinia celebritaſque Aetnae montis, incendio ſuo nobiliſſimi, induxit librarios, ut Hennam in Aet-

Raptaque, Lethaei coniux mox facta tyranni,
Sideribus triſtes umbras, et tartara caelo
Praepoſuit, Ditemque Ioui, lethumque ſaluti,
Et nunc inferno potitur Proſerpina regno:
Vos quoque iam poſito luctu, moeſtoque timore,
Huc facili greſſu teneras aduertite plantas,
Tellurisque comas ſacris aptate caniſtris.

Hic

271) *laethei* I. B. R. *lethei* D. H. *lites* L. *coniunx* I. B. R. I. I. *tiranni* D. R. 272) *imbres* Dem. *umbraſſet tartura* I. B. R. 273) *prepoſuit* D. *laetumque* D. I. B. R. *letumque* I. I. H. A. Arg. Gr. G. *luctumque* L. 276) *tenera auertite* D. 277) *artate* P. n. L. *aptate* Sa. Dem. etiam MS. Heinſii ad Ouid. Faſt. IV, 451, et ita uidetur Vrſino. *optate* I. B. R. A. Arg. H. G. Riu. Geſnero placet *artate*.

Aetnam mutarent. Sed Hennam, Hennaeam Cererem et Hennaeos campos reſtituit N. Heinſius ad d. l. Claudiani, quos etiam raptu Proſerpinae inſignes faciunt Ouid. Faſt. IV, 422, et Claud. R. P. II, 72.

275. *Vos quoque*) Haec allocutio refert ſe ad uerſ. 268, et Nymphas Haleſi ſigillatim aduocat eo fine, ut amoenitatem et laetitiam in hortis capiendam hoc efficacius et diſertius commendet. Iſtae enim Nymphae quod ob raptam Proſerpinam conſternatae metu diffugerant, et diu luxerant, nunc contra in hortis nulli timori locum eſſe, ſed omnia plena iocis et deliciis eſſe affirmat.

277. *ſacris aptate caniſtris)* reponite et apte collocate caniſtris, ut multos flores capiant. Sic conuenit cum Ouidio, qui de iiſdem Nymphis Faſt. IV, 451: *At chorus aequalis cumulatis flore caniſtris*. Addit *ſacris*, quia Nympharum caniſtra ſunt. Et fortaſſe reſpicit uirgines κανη-

φό-

Hic nullae inſidiae nymphis, non ulla rapina,
Caſta Fides nobis colitur, ſanctique Penates.
Omnia plena iocis, ſecuro plena cachinno,
Plena mero, laetiſque uirent conuiuia pratis.

Nunc

278) *Hinc* A. Arg. Gr. Riu. *Hic* St. Com. Geſn. 280) *chachinno* L. Ie. *chachino* D. 281) *uigent conu.* Sa. et ſic uidetur Vrſino.

φόρας; quae in ſacris Cereris, Palladis, Bacchi, caniſtra frugibus et floribus plena ceruice portabant, quas deſcribit Ouid. Met. II, 713: *Illo forte die caſtae de more puellae Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.* Copioſius de iis agit Spanhem. ad Callim. in Cer. u. 127.

280. *ſecuro plena cachinno) ſecuro*, qui non metuat, ne ſiniſtre a quopiam excipiatur. qualem ſecuritatem coenae ſuae promittit Martial. X, 48, 21: *Accedent ſine felle ioci, nec mane timenda Libertas, et nil, quod tacuiſſe uelis. cachinni*, riſus ſolutiores et ioci, condimenta liberiorum coenarum habebantur, ut Catullus carm. XIII, *coenam* poſcit *non ſine candida puella, Et uino et ſale; et omnibus cachinnis.*

281 *uirent conuiuia pratis)* Pronum erat hic legere *uigent conuiuia*, i. e. excercentur et celebrantur, ut *ſcena uiget* apud Ouid. Triſt. III, 12, 23. Atque exhibet hoc optimus cod. S. Germani, probauitque olim Vrſinus; Ego tamen praefero uulgatum *uiret*, ut exquiſitius. Quod quia de iuuenili aetate frequentatur a poëtis, ut Horat. C. I, 9, 17. et Epod. XIII, 4. et Ouid. Faſt. V, 174, iam nihil uetat, quominus *uirere* etiam de iuuenilis aetatis adiunctis accipiamus, idemque exiſtimemus, quod iuuenari, laſciuire, luxuriare. *Virent* igitur conuiuia, quae laſciue et genialiter aguntur; idque

hos

Nunc uer egelidum, nunc eſt molliſſimus annus,
Dum Phoebus tener, ac tenera decumbere in herba
Suadet, et arguto fugientes gramine fontes

Nec

282) *eſt gelidum* D. L. I. B. R. u. Beroald. 283) *tenerans* P. Sa. *at ten.* lenſ. *decumbit* Sa. Dem. L. I. B. R. 284) *Gaudet* I. B. R. et Gr. St. in margine. *fugientis gramine fontis* D. Sa. et V. D. pro *gramine gurgite* V. D. *carmine* uel *murmure* coni. Geſn.

hoc aptius dicitur hoc loco, quod de pratis ſermo eſt, et laute conuiuantes flores et coronas ſibi recentes aptant, quos ipſos noſter u. 99 *uirentes* appellat, licet minime uirides.

282. *Nunc uer eſt gelidum)* Lego: *Nunc uer egelidum*, quae lectio elegantior et nitidior: namque optimo epitheto *uer egelidum* dicitur quaſi intepeſcens. Catullus: (carm. 47.) *Iam uer egelidos refert tepores.* Egelidus dicitur tepidus, quaſi ſine gelu. Ouidius *gelidum* et *egelidum* tanquam contraria ſcitiſſime diſparauit illo uerſu: (Am. II, 11, 10.) *Et gelidum Borean, egelidumque Notum.* BEROALD.

283. *Dum Phoebus tener)* Dum Solis calor adhuc moderatus, inualidus, minus uehemens eſt. Ipſum uer *annus tener* dicitur Ouidio Met. XV, 201: *Nam* (annus) *tener, et lactens, puerique ſimillimus aeuo Vere nouo eſt. Iouem tenerum* i. e. aëra tenuem, ſerenum et tranquillum, uidimus in Lucil. Aetn. u. 374.

284. *decumbere in herba Suadet)* Simili dictione Calpurn. VIII, 8: *uiridique greges permittere campo Et ros, et primi ſuadet clementia ſolis.*

Ibid. *arguto fugientes gramine fontes)* Ex Virgilio Ecl. VIII, 22: *Maenalus argutumque nemus, pinoſque loquentes Semper habet.* ubi Seruius: *Argutum,*

Nec rigidos potare iuuat, nec ſole tepentes.
Iamque Dionaeis redimitur floribus hortus,
Iam roſa miteſcit Sarrano clarior oſtro.
Nec tam nubifugo Borea Latonia Phoebe
Purpureo radiat uultu, nec Sirius ardor

Sic

285) *potat latices* V. D. 286) *Dioneis* praet. Com. omnes. *redimitur* omnes excepto Com. et Geſn. qui *ridimitur*. *herbis* a. P. Sa. 287) *niteſcit* I. B. R. u. Beroald. 288) *Nec iam* a. P. *nabifico* Ienſ. et nouus Pol. it. Lipſ. *nubifico* Dem. 289) *ſyrius* I. B. R. I. I. H. A. G.

tum, garrulum, ſtridulum, ut *Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis*. SCHOETTG. *Argutum* etiam dici locum arbitror, qui aliquo ſono perſtrepit, ut *argutum forum* Ouidii A. A. I, 80. Et *gramen* hic accipiendum eſt pro loco graminoſo.

286. *Dionaeis redim. floribus)* Dione mater Veneris, et ipſa Venus, ut in Peruig. Ven. u. 7. 11. 47. Et omnes horti in tutela Veneris eſſe dicebantur, ut aiunt M. Varro lib. V, de L. L. p. 48. et Feſtus in *Ruſtica Vinalia*.

287. *Iam roſa miteſcit)* matureſcit, adoleſcit. *Sarrano oſtro* i. e. Tyrio, ab antiquo urbis nomine, Sarra ſeu Tſor. Virg. G. II, 506.

288. *nubifugo Borea)* Ouid. Met. I, 262: *Aeoliis Aquilonem claudit in antris, Et quaecunque fugant inductas flamina nubes.* Cum pluribus deinceps ſideribus auctor comparat nitentes in hortis flores, quos ſupra u. 96 *terreſtria ſidera* uocauit.

289. *Sirius ardor)* pro ſtella ardente Sirii. et adiectiue etiam Nemeſianus laud. Herc. u. 124: *iam Siria ceſſant ſidera,* et *ardere* uelut proprium de Sirio. Lucilius Aetn. 597: *feruens cum Sirius ardet.* Virg. G. IV, 425: *torrens ſitientes Sirius Indos Ardebat.*

Sic micat, aut rutilus Pyrois, aut ore coruſco
Heſperus, Eoo remeat cum Lucifer ortu;
Nec tam ſidereo fulget Thaumantias arcu:
Quam nitidis hilares collucent fetibus horti.
Quare age uel iubare exorto, iam nocte ſuprema,
Vel cum Phoebus equos in gurgite merſat Hibero,
Sicubi odoratas praetexit amaracus umbras,

Car-

290) *ut rutilus* D. *Pyrous* omnes excuſi. *Pyrois* Sa. et V. D. 292) *figet* a. P. *fulgeat* D. *taumantias* I. B. R. *thaumacias* L. *arquu* Ienſ. 293) *hylares conlucent* Dem. 295) *Vel quom* I. B. R. *dum* P. Sa. 296) *Sic ubi odor.* Dem.

290. *aut rutilus Pyrois)* Πυρόεις ſtella Martis ipſi etiam Ciceroni eſt de N. D. II, 20, itemque Mart. Capellae lib. VIII, p. 287, quem laudat Schoettgenius. GESN.

291. *Eoo remeat cum Lucifer ortu)* Seneca Hippol. 750: *Qualis eſt primas referens tenebras Nuntius noctis, modo lotus undis Heſperus, pulſis iterum tenebris Lucifer idem.*

292. *Thaumantias arcu)* Plene *Thaumantias Iris* apud Ouid. Met. IV, 479. *cinctam Thaumantida nimbis* uocat Claudian. R. P. III, 1. Thaumantis et Electrae filiam, Harpyiarum ſororem, faciunt mythologi, et Thaumantis quidem, quia θαῦμα eſt, ſpectaculum admirabile, τέρας ut uocat Homerus Il. XVII, 548 Ita Geſnerus ad Claudiani l. c.

295. *in gurgite merſ. Hibero)* i e. Hiſpanico et occidentali. *Hiberia* Hiſpania a flumine Hibero. De uſu τῦ *merſare* in deſcriptione ſolis occidentis dixi ad Sal. Baſſi carm. u. 197.

296. *praetexit amaracus umbras)* *Amaracus*, Aegy-

Carpite, narciſſique comas, ſterilisque balauſti.
Et tu, ne Corydonis opes deſpernat Alexis,
Formoſo Nais puero formoſior ipſa
Fer calathis uiolam, et nigro permiſta liguſtro
Balſama cum caſia nectens, croceoſque corymbos,
Spar-

297) *balauſi* omnes praeter Com. *balauſti* iuſſit Vict. in emendandis. et ſic Sa. 298) *Et tunc* I. B. R. *et tunc corydonis* Dem. 299) *Nays* I. B. R. I. I. H, A. Arg. Gr. G. 300) *permixta* D. *niueo* pro *nigro* corrigit Geſn. 301) *corimbos* I. B. R.

gyptiis ſampſuchum, de quo u. 171. Vulgo *Maiorana.* Virg. Aen. I, 693.

297. *ſterilisque balauſti*) *Balauſtium eſt flos mali Punicae ſilueſtris*, ut Plinius docet XIII, 19, unde et ſterile noſtro uocatur. Iſidorus Orig. XVII, 7: *Agreſtium malorum flores Graeci βαλαύστιον appellauerunt, quorum alii albi, alii roſei reperiuntur, ſimiles floribus mali Punici.* SCH.

298. *ne Coryd. opes deſpernat Alexis*) Reſpicit uerſum Virgilii Ecl. II, 56: *Ruſticus es Corydon; nec munera curat Alexis. deſpernat* pro deſpiciat, uel ualde ſpernat, rarum eſſe exiſtimo, fortaſſe unius Columellae.

299. *Formoſo Nais*) Imitatur Virgilium Ecl. V, 44: *Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe.* SCHOETTG.

300. *nigro perm. liguſtro*) Quidquid arbuſculae ſit liguſtrum, album certe eſt, quod euincunt loca a Lud. Cerda ad Virg. Ecl. II, 18, conducta. Itaque placet Parrhaſii correctio huius loci a diligentiſſimo Cerda laudata, *niueo liguſtro.* GESN.

301. *Balſama cum caſia*) *Caſia* alias cortex eſt arboris, qui inter odores adhibitus eſt: hic uero eſt herba, quae alias *libanotis*, nobis *roſmarinus* dicitur, et uocatur *libanotis coronaria.* SCHOETTG. *croceoſque corymbos*, flores croci ad ſpeciem corymbi creſcentes. Vid. u. 237.

Sparge mero Bacchi: nam Bacchus condit odores.
Et uos agreſtes, duro qui pollice molles
Demetitis flores, cano iam uimine textum
Sirpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis.
Iam roſa diſtendat contorti ſtamina iunci,
Preſſaque flammeola rumpatur fiſcina caltha,

Mer-

303) *mollis* D. 304) *raro iam uimine* coni. Heinſ. 305) *ſurpiculum* D. I. B. R. *ſyrpiculum* I. I. A. Arg. Gr. G. *hiacynthis* Ienſ. *hiacyntis* B. *hiacintys* R. 306) *contorto* D. *tinctores* L. 307) *flameola* I. B. R. *calta* D. I. B. R. I. I. H. A. G. *culta* L.

303. *pollice flores Demetitis*) Phraſin a Virgilio petiit Aen. XI, 68: *Qualem uirgineo demeſſum pollice florem.*

305. *Sirpiculum*) i. e. caniſtrum e ſirpis confectum, uel cophinum uimine textum. Eſt diminutiuum, deſcendens a *ſirpis*, quia ex illis h. e. iuncis fiebant *ſirpicula*, ſiue *ſirpiculae*, πλέγματα. Propertius lib. IV, el. 2, 40: *Sirpiculus medio puluere ferre roſam.* Hinc et uerbum *ſirpare*, quod eſt alligare, πλέκειν. Varro IV de L. L. p. 34, exponit *conligando implicare*. CRENIVS in Animadu. P. X. p. 16. *ſcirpea* uel *ſirpea fiſcina* in Copa u. 17 legunt quaedam antiqua exemplaria, pro quo alia habent *iuncea fiſcina*, forte interpretamenti loco.

306. *Iam roſa diſtendat*) nempe fartu, conſtipatione et pondere. Supra u. 83 *diductos pondere qualos* dicebat.

307. *flammeola caltha*) *Flammeum* appellatur, quod colore flammeo tinctum eſt. Diminutiuo utitur Columella, ut blandius et delicatius eloquatur, Virgilium imitatus, qui Ecl. II, 50: *Mollia luteola pingit uaccinia caltha.* quae hic *luteola* dicitur, noſtro *flammeola* eſt. Ipſe noſter ſupra u. 238: *Myrteolo modo crine uiret.*

Mercibus et uernis diues Vortumnus abundet,
Et titubante gradu, multo madefactus Iaccho,
Aere ſinus gerulus plenos grauis urbe reportet.
Sed

308) *ut uernis* D. Sa. I. B. R. quod fere praeferam uulgatae. *portunnus* Sa. I. I. I. H. A. Arg. Gr. G. St. *portunus* Dem. Riu. et al. *portanus* L. *Vertumnus* V. D. 310) Pro *gerulus* habet *genus* D. et *olitor* uult V. D. *plenus* Sa. D.

308. *Mercibus et uernis diu. Vortumnus ab.)* Sic emenda meo periculo: *Mercibus ut uernis*. Columellae enim ſenſus eſt: Et hortulani accingant ſe ad calathos roſis et calthis implendos, pomis onerandos et reliquis fructibus; ut his uernis mercibus Vertumnus, Deus fori habitator, Pomonae amator, abundet: quibus mercibus in foro apud Vertumnum diuenditis, grauis aere ex urbe Roma redeat manus agricolarum. caet. PIVS, Annotat. poſter. c. 33. *Vertumnum* Deum praeſidem fuiſſe rerum uertendarum, emendarum ac uendendarum, id eſt mercaturae, cuius ſignum in uico Tuſco uel Turario fuit, docent Aſconius ad Cic. Verr. I, cap. 59, et Porphyrio ad Horat. Epiſt. I, 20, 1. Ibi igitur merces uariae exponebantur uenales, praecipue hortorum et pomariorum fetus, quorum primitiae offerebantur Vertumno, quia uertentis anni ſymbolum eſſe, et pro uaria caeli facie et tempeſtate, uariis etiam hortorum et uinearum fructibus gaudere credebatur. Propertius lib. IV, 2, 41, in perſona Vertumni: *Nam quid ego adiiciam, de quo mihi maxima cura, Hortorum in manibus dona probata meis*. Quocum confer. Ouid. Met. XIV, 689.

310. *Aere ſinus gerulus)* Ex Virg. Ecl. I, 36: *Non unquam grauis aere domum mihi dextra redibat*. *Gerulus* hortulanus ille, qui flores ſuos ad forum portauit, ibique uendit, et cum crapula et pecunia domum redit. Ita quoque
hunc

Sed cum maturis flauebit meſſis ariſtis,

Atque diem gemino Titan extenderit aſtro,

Hauſerit et flammis Lernaei brachia cancri,

Allia cum cepis, cereale papauer anetho

Iun-

311) *quom mat.* I. B. R. *in* inſ. B. R. *maturis* I. B. R. I. I. H. A. Arg. G. *maturae* Gr. St. Com. *flammebit* P. *miſſis* H. A. 312) *expenderit* P. Sa. 313) *et terris* I. B. R. et V. D. ad Ald. *ternaei* B. R. *laernei* D. I. I. H. A. Arg. G. 314) *Alia* R. *Alia tunc* Sa. *caepis* I. B. R. *aneto* praeter Commelinum omnes.

hunc locum explicat Scheffeꝛus de re uehic. II, 2. p. 26. SCHOETTG: Formula illa *grauis aere* ex mercibus uenditis pluribus uſurpata, ut Catullo XX, 13: *Meiſque pinguis agnus ex ouilibus Grauem domum remittit aere dexteram.* Et uid. not. noſtr. ad Moreti u. 81.

311. *flauebit meſſis ariſtis*) Virg. Ecl. IV, 28: *Molli paullatim flaueſcet campus ariſta.*

312. *gemino Titan extenderit aſtro)* h. e. in ſigno Geminorum, quod fit menſe Iunio, et cum deinceps *brachia Cancri* ſubiicit, Iulium menſem deſignat. Ouid. Faſt. VI, 727, de die XX Iulii: *Sol abit e Geminis, et Cancri ſigna rubeſcunt.*

313. *Hauſerit et flammis Lernaei)* i. e. attigerit, occupauerit, intrauerit, ut Virg. Ge. IV, 426: *caelo et medium ſol igneus orbem Hauſerat.* Heynius ibi, hoc etiam Columellae loco adducto, *hauſerat* explicat peragrauerat, emenſus erat, quod Virgiliano loco aptius, noſtro minus eſt. Supra noſter u. 41: *Oceani ſitiens cum iam Canis hauſerit undas. Lernaeus* dicitur Cancer caeleſtis, auctore Hygino, quia Herculis contra hydram Lernaeam pugnantis pedem momordit, et ab Hercule interfectus, a Iunone autem inter ſidera conſtitutus eſt.

314. *Cereale papauer)* Epitheton Virgilii Ge. I, 211, ubi Seruius: Cereale pa-

Iungite, dumque uirent nexos deferte manipłos,
Et celebres Fortis Fortunae dicite laudes,
Mer-

315) *adferte* Dem.

papauer, uel quod eſt eſui, ſicut frumentum, uel quo Ceres uſa eſt ad obliuionem doloris. SCH. Addit Heynius, quia Cereris ornamentum ſymbolicum eſſe ſolet, in ſignis, apud poëtas.

315. *nexos deferte manipłos)* Venales in urbem ad macellum portate. Sic Seneca Epiſt. 42: *Videamus, hoc, quod concupiſcimus, quanti referatur*, i. e. quanti uendatur. Poteſt tamen etiam exponi, quanti ematur. Rem, inquit Salmaſ. in Tertull. de pall. p. 454, domo in macellum defert uenditor, e macello domum emtor. hinc deferre et pro uendere, et pro emere poſitum. mercem defert uenditor, pretium emtor, hoc eſt *κομίζει*. caet. CREN. Mihi uidetur *deferre* hoc loco ſimpliciter notare *deportare* in urbem uel forum ad uendendum; ut auctor Moreti u. 80: *Venales olerum faſces portabat in urbem.*

316. *Et celebres Fortis Fortunae)* Deam intelligit, Fortis Fortunae nomine, (hinc litteris initialibus maioribus ſcripſi) cui dies feſtus et fanum ſecundum Tiberim extra urbem ſacratum a Seruio Tullio rege eſt menſe Iunio, teſte Varrone lib. V de L. L. p. 47. Et Donatus ad Terent. Phorm. V, 6, 1: *Fors Fortuna eſt, cuius diem feſtum colunt, qui ſine arte aliqua uiuunt.* Eſt Dea proſperi euentus, diſtincta ab ea, quae Fortuna ſimpliciter dicitur et dubia eſt, eique gratias agebant, quibus aliquid proſpere ſucceſſerat. Sed a ruſticis et olitoribus maxime cultam eſſe, hic locus Columellae docet. Nam et tempus, quo Forti Fortunae laudes eſſe dicendas ait, cum menſe, quo eius dies feſtus erat, congruit. Menſem Iunium ſupra u. 313 deſigna-

Mercibus exactis, hilareſque recurrite in hortos.
Tum quoque proſciſſo riguoque inſperſa nouali
Ocima comprimite, et grauibus denſate cylindris,

Exu-

317) *hilariſque* D. 318) *inſparſa* D. 319) *Ocima* Sa. D. *Ocyma* B. R. Riu. *Ozima* I. 1. I. H. A. Arg. Gr. G. St. *chylindris* L. B. R.

gnauit noſter, et Ouidius honores annuos Fortis Fortunae VIII Cal. Iul. uenire dicit Faſt. VI, 773, ritusque eo die celebratos deſcribit. Pari ſignificatione *Bonus Euentus* eſt inter Deos ruſticos cultus, quem inuocat Varro R. R. I, 1, 6.

317. *Mercibus exactis*) Exigere merces eſt extrudere, ut in illo Horatii Epiſt. II, 2, 11: *Plenius aequo laudat, uenales qui uult extrudere merces*.. GESN.

319. *Ocima comprimite*) Non *ocyma* legendum eſt, ſed *ozyma* pro herba odorata, et condimentis idonea; quae deriuatur ab ὄζειν redolere. --- Nos *ozymum* lingua uernacula dicimus *baſilicum*. *Ocymum* uero inter pabularia numeratur, tantum ab *ozymo* diſtans, quantum ab Eridano Hypanis. De *ozymo* Plinius meminit lib. 21 inter hortenſia, de *ocymo* uero lib. 8: *Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato Ocymum uocat, quo ſiſtebant aluum bubus. Id erat e pabulis ſegete uiridi deſecta, antequam gelaret.* Varro a celeritate proueniendi dicit dictum; quod ὠκὺς *ocyos* celer dicatur. PIVS annot. poſt c. 169. *Ocinum* pabulum et *ocimum* hortenſe diſtinguit Varro I, 31, 4. *Ocinus* ut ταχινός. Sed Graeci etiam ὤκιμος. *Ocymum* eſſe pabuli genus, *ocinum* plantam odoratam, uult Bodaeus ad Theophr. 7, 3, p. 75. (laudante etiam Burmanno, ad Samon. 441.) Sed certe contra Varronem eſt Bodaei pariter, ac Pii, quam retulimus, ſententia. Herba odorata, ὤκιμος Graecis, uulgo *Baſilicum*. Certe Dioſcorides 2, 171, ὤκιμον ſuum ſcribit. GESN. in Indice.

Ibid.

Exurat ſata ne reſoluti pulueris aeſtus,
Paruulus aut pulex irrepens dente laceſſat,
Neu formica rapax populari ſemina poſſit.
Nec ſolum teneras audent erodere frondes
Implicitus conchae limax, hirſutaque campe:
Sed cum iam ualido turgeſcit lurida caule

Braſ-

320) *eſtus* B. R. *aeſtu* D. 321) *laceſſet* B. R. *irrepens* D. 324) *campae* Dem. 325) *Sed quoniam* I. B. R. *tureſcit* D. *pingueſcit* P. Sa. *lurida cauſae* I. B. R.

Ibid. *grauibus denſate cylindris)* Cylindrus inſtrumentum rusticanum ad premendum ſolum terrae Virg G. I, 178: *Area cum primis ingenti aequanda cylindro.* Rotundum lapidem, uel columnae quodcunque fragmentum interpretatur Pallad. VII. tit. 1. Caeterum planius hoc de ocimis comprimendis exponit ipſe noſter XI, 3, 34.

320. *reſoluti pulueris aeſtus*) nempe aeſtus, quo terra in puluerem ſoluitur. Conf. Virg. G. I, 180 ſeq quem hoc loco reſpexit et imitatus eſt Columella.

322. *formica rapax populari ſemina*) E Virgilio Aen. IV, 403: *Ac ueluti ingentem formicae farris aceruum Quum populant.*

324. *hirſutaque campe*) Puto hanc eſſe, qui alias *Inuolulus* dicitur, quod ipſa Graecorum origo in uoce *campe* non refugit, et Columella de eadem infra (u. 366) ſic: *Voluitur ad terram diſtorto corpore campe.* Nimirum ex uineis, uel aliis fructibus incidit in flores, uel ad illos, ubi decidit, repit. FRVTER. Veriſim. 2, 19. Noſter lib. XI, 3, 63: *ubi apricis regionibus poſt pluuias noxia inceſſerunt animalia, quae a nobis appellantur erucae, Graece autem* κάμπαι *nominantur.*

Braſſica, cumque tument pallentia robora betae,
Mercibus atque olitor gaudet ſecurus adultis,
Et iam maturis quaerit ſupponere falcem,
Saepe ferus duros iaculatur Iupiter imbres,
Grandine dilapidans hominumque boumque labores:
Saepe etiam grauidis irrorat peſtifer undis,
Ex quibus infeſtae Baccho, glauciſque ſalictis,
Naſcuntur uolucres, ſerpitque eruca per hortos;
Quos

326) *pallentes uerbere b.* V. D. *tubera b.* legebat Heinſius. 329) *diros* coni. Buchn. *ignes* D. P. et V. D. 330) *hominum* D. I. B. R. *bouumque* Heru. 331) *inrorat* D. 332) *E quibus* Sa. D. *infeſte* D. *Et quibus* I. B. R. 333) *uolucrae* V. D. pro *eruca urica* V. D. *erugo* L.

326. *pallentia robora betae)* Vid. ad u. 254. *pallentia tubera*, uel *pallentes ubere betae* emendabat N. Heinſius, referente Burmanno ad Anthol. lat. Tom. II. p. 523.

328. *mat. quaerit ſupponere falcem)* Virg. G. I, 348: *neque ante Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis.*

329. *duros iacul. Iup. imbres)* duros dicit, quia grando nihil aliud, quam imber gelu induratus. GESN.

330. *Grandine dilapidans)* diuerberans, uſque quaque percutiens, quaſi lapidibus. *lapidoſos grandinis ictus* dicit Claudian. bell Get. u. 240. Idem *ſaxa grandinis* de Mall. Conſ. u. 109. *boumque labores* e Virgilio, Aen. II, 306: *Sternit agros, ſternit ſata laeta, boumque labores.*

332. *glauciſque ſalictis)* Virg. G. II, 13: *glauca canentia fronde ſalicta.*

333. *Naſcuntur uolucres)* Pius annot. poſt c. 170, exiſtimat, nec Geſnerus diſ-

Quos ſuper ingrediens exurit ſemina morſu,
Quae capitis uiduata coma, ſpoliataque nudo
Vertice, trunca iacent triſti conſumpta ueneno.
Haec ne ruricolae paterentur monſtra, ſalutis
Ipſa nouas artes uaria experientia rerum,
Et labor oſtendit miſeris, uſuſque magiſter

Tra-

334) *foemina uiſu* I. B. R. et V. D. inepta lectio, ex uerſu Virgiliano huc traducta, Ge. III, 215: *Carpit enim uires paulatim uritque uidendo Femina.* 335) *comis* P. *comas* Sa. 337) *ruriculae* R.

diſſentit, quia *uolucres* hoc loco *infeſtae Baccho* nominantur, commode legi poſſe *uolucrae*, quo nomine dicuntur uermiculi, diuerſi a conuoluulo, uolatici, uaginipennes, qui uitibus nocent. Suadet ipſe Columella, qui libro de arbor. c. 15: *Genus eſt animalis, uolucra appellatur, id fere praerodit teneros adhuc pampinos, et uuas* caet. (Columellam eo nomine intelligere, qui noſtra uernacula dicuntur *die Rebſticher*, curcul. Bacch. exiſtimat Riemius V. C. qui nuper librum Columellae de arb. Germanice conuerſum cum annotat. edidit.) Sed *uolucre* tamen idem animal appellat Plinius XVII, 28. ſ. 47: *Alii uolucre appellant animal praerodens pubeſcentes uuas.* Vnde et uulgata lectio *uolucres* non indigna eſt, quae retineatur.

338. *uaria experientia rerum)* Experientiam in primis laudare ſolent ruſtici, in artibus et remediis malorum reperiundis. Vid. Virgil. Ge. IV, 315 ſeq. et Gratius Cyneg. 427. Manilius I, 61: *Per uarios uſus artem experientia fecit, Exemplo monſtrante uiam.*

339. *uſuſque magiſter)* Virg. Ge. I, 133: *Vt uarias uſus meditando extunderet artes Paullatim. arte magiſtra* Aen. XII, 427. Manilius I, 80: *Et labor ingenium miſeris dedit.*

Tradidit agricolis, uentos ſedare furentes,
Et tempeſtatem Thuſcis auertere ſacris.
Hinc mala Rubigo uirides ne torreat herbas,
Sanguine lactentis catuli placatur et extis.

Hinc

341) *tuſcis* D. I. B. R. *aduertere* Gryph. 343) *lactantis* I. B. R.

341. *Tuſcis auertere ſacris)* i. e. magicis ſacrificiis et aruſpicina, quae a Tuſcis, omnium ſuperſtitionum auctoribus, profecta, et a Tyrrheno Tage inuenta ferebantur, de quo u. 345.

342. *Hinc mala Rubigo)* Rubiginem Deam fecerunt Romani, qui et *Rubigum Deum* uocant, eique Robigalia celebrarunt VII Cal. Maii, uel circa finem Aprilis, ut a frumentis rubiginem auerteret. Ouid. Faſt. IV, 907 ſeqq. Varro de L. L. lib. V. p. 47. Plinius XVIII, 29. ſ. 69. n. 3. Feſtus in *Robigalia*. Arnobius lib. II. p 86.

343. *Sanguine lactentis catuli)* Canis immolabatur in Robigalibus. Cauſſam eius ritus bene deducit Harduinus e Plinii loco cit. dicentis: *quia per id quatriduum*, a VII ad IV Cal. Maii, *Canis occidit, ſidus et per ſe uehemens, et cui praeoccidere caniculam neceſſe ſit.* Nempe ob commune nomen cum canicula ſidere, cuius occaſus in id tempus incidebat, canis lactens mactabatur. Quod confirmat Ouid Faſt. IV, 941: *Pro cane ſidereo canis hic imponitur arae, Et, quare pereat, nil niſi nomen habet.* Ob eundem reſpectum *rutila canis* electa Feſtus: *Rutilae canes, id eſt, non procul a rubro colore, immolantur, ut ait Ateius Capito canario ſacrificio pro frugibus, deprecandae ſaeuitiae cauſſa ſideris caniculae.* Nec ſine cauſſa lactens catulus Plinius XXIX, 4. ſ. 14: *Catulos lactentes adeo puros exiſtimabant ad cibum, ut etiam placandis numinibus, hoſtiarum uice, uterentur his.*

Hinc caput Arcadici nudum cute fertur aſelli
Tyrrhenus fixiſſe Tages in limite ruris.
Vtque Iouis magni prohiberet fulmina Tarchon,
Saepe ſuas ſedes praecinxit uitibus albis.

Hinc

344) *Archadici* L. 345) *Tirrhenus* I. B. R. *Tirchenus* L. pro *ruris rurſus* Sa. 346) *fulgura* Sa. D. L. I. B. R. *Tarcho* Sa. *tarcon* B. R. 347) *precinxit* Sa. *praetinxit* Dem. *Saepe* et *percinxit* omnes editi. *ſepe* uulgauit Geſn.

344. *Arcadici - - aſelli*) Parum abludit, quod Palladius lib. I. tit. 35, 16, *equae caluariam, ſed non uirginis, uel etiam aſinae, intra hortum ponendam ſuadet.*

345. *Tages*) In Hetruria aliquando, ruſticus cum agrum ſuum araret, ex ſulco ſurrexit puer, Tages nomine, qui eius regionis incolis ad ſe congregatis haruſpicinae diſciplinam tradidit, quae poſtea a Tuſcis ad Romanos peruenit. Cicero de diuin. II, 23. SCHOETTG. Add. Lucan. I, 637.

346. *Tarchon*) Memoriam illius ex Strabone aliiſque repetit la Cerda ad Virg. Aen. VIII, 506. Scripturam antiquam *Tarcon* non eſſe contemnendam, cum Drakenborchius ad Sil. VIII, 474 obſeruat, tum Graeca ratio docet, Τάρκων.

347. *Sepe - praecinxit*) Ita reponere auſus ſum inuitis libris omnibus, ſed non inuito ipſo, credo, ſi uiueret, Columella. *Sepe* et *uitibus albis* per appoſitionem dicuntur, uel ἐπεξήγησιν: *praecinxit* eſt Palladii, qui hunc locum παραφράζει, I, 35, 1: *Omne horti ſpatium alba uite praecingitur.* Plinius XXIII, 1, ſ. 16: *De uite nigra ſ. bryonia aiunt, ſi quis uillam ea praecinxerit, fugere accipitres, tutaſque fieri uillaticas alites* De uitis albae nominibus et uirtutibus eodem loco praecipit. GESN. *praecinxit* etiam antiquis codicibus firmatur, ut in V. L. notauimus. Sed *ſepe* ut contra

Hinc Amythaonius, docuit quem plurima Chiron,
Nocturnas crucibus uolucres ſuſpendit, et altis
Culminibus uetuit feralia carmina flere.
Sed ne dira nouas ſegetes animalia carpant,
Profuit interdum medicantem ſemina pingui

Pal-

348) *amynthanus* P. D. *Aminthanus* Sa. *amytaonius* B. R. *amythonius* L. *quem* D. Sa. L. I. B. R. *quae* al. 349) *ſuſpendit* D. 350) *metuit* ſphalma Gy. et Com. 351) *ni dira* Gryph. *diras* D. *carpent* H. A. Gr. G. 352) pro *ſemina ſanguinem* Dem. ſed *m* punctis notatum, ut uitioſum.

tra omnes libros recipiam, et cum *uitibus albis* per appoſitionem dictum putem, nullam cauſſam uideo. *Saepe* interdum pro diu, ſemper, aſſidue poni, uidimus aliquoties in Auieno. *Vitis alba* Graecis ἄμπελος λευκὴ. a noſtris *Stickwurz* aiunt appellari.

348. *Hinc Amythaonius --- Chiron)* Haec ſunt duorum uirorum diſparata nomina, neque lectio, plurium licet librorum, *docuit quae plurima*, admittenda eſt. Ambo coniunguntur a Virgilio Ge. III, 550: *Phillyrides Chiron, Amythaoniuſque Melampus*. Nempe Melampus Amythaonis filius, a Chirone multa doctus, atque auguriis et καθάρμοις maxime illuſtris apud poëtas, aues nocturnas et inauſpicatas cruci ſuffixit, ut ne amplius ferali carmine triſtia facerent omina.

349. *Nocturnas crucibus uolucres)* Appuleius Met. III, p. 58: *Quid quod iſtas nocturnas aues, cum penetrauerint larem quempiam, ſollicite prehenſas foribus uidemus affigi, ut quod infauſtis uolatibus familiae minantur exitium, ſuis luant cruciatibus.* Palladius I, 35, 1: *Noctua pennis patentibus extenſa ſuffigitur.*

350. *feralia carmina flere)* Virgil. Aen. IV, 462: *Solaque culminibus ferali carmine bubo Saepe queri, et longas in fletum ducere uoces.*

Palladia ſine fruge ſalis conſpergere amurca,
Innataue laris nigra ſatiare fauilla.
Profuit et plantis latices infundere amaros
Marrubii, multoque ſedi contingere ſucco.

At

353) *conſpargere* D. 354) *Innatam uel* P. *Innata ue* diuiſ. I. B. R. *Et nata in cameris* V. D. pro *laris aris* P. *aeris* I. B. R. 356) *multoque ſeri* I. B. R. *ſeri* Sa. D. L. *contigere* R. *ſuco* D.

353. *Palladia conſperg. amurca)* Sequitur Virgilium, qui idem praecipit Georg. I, 193 ſeq. *amurca* ſedimentum olei eſt, quae *Palladia* a Pallade oleae inuentrice. amurca *ſine fruge ſalis*, inſulſa, quam *recentem* in pari praeceptione uocat Palladius I, 35, 2: *Contra culices et limaces, uel amurcam recentem, uel ex cameris fuliginem ſpargimus.* (Quo in loco *contra pulices*, pro *culices*, legendum uidetur, ex noſtri u. 321 et 324.) Plinius lib. XVIII, 18. ſ. 45. *puram amurcam* uocat: *Si dulcedo* (ſoli, uermes generans) *noceat, et uermes radicibus inhaereant, remedium eſt, amurca pura ac ſine ſale ſpargere, deinde ſarrire.*

354. *Innataue laris)* Quid ſi *lari* legamus, et intelligamus focum, cui innaſcitur ſiue adhaereſcit fauilla. Pallad. l. c. commentarii uicem praeſtat, cum nominat *ex cameris fuliginem.* Clarius ipſe noſter, XI, 3, 60: *puluis, qui ſupra cameram inuenitur, uel etiam fuligo, quae ſupra focos tectis inhaeret.* GESN. Pius, qui ex antiquioribus editionibus legit *Innataue aeris*, aeruginem dictam putat pro fuligine.

356. *Marrubii)* Marrubium Graeci praſion uocant, noſtri interpretantur *Andorn.* De eo Plin. XX, 22. ſ. 89.

Ibid. *multoque ſedi cont. ſucco)* Ipſe Colum. XI, 3, 61: *Veteres quidam auctores, ut Democritus, praecipi-*

At ſi nulla ualet medicina repellere peſtem,
Dardaniae ueniant artes, nudataque plantas
Femina, quae iuſtis tum demum operata iuuentae
Legi-

358) *ueniunt* I. B. R. I. I. H. A. Arg. G. Riu. 359) *inuenta* B. R. *iuuencae* Dem. *inuentae* Gr. G. *inuencae* Sa.

cipiunt, ſemina omnia ſucco herbae, quae ſedum appellatur, medicare, eodemque remedio aduerſus beſtiolas uti: quod uerum eſſe nos experientia docuit. Plinius docet XVIII, 17. ſ. 45, *eam herbam in tegulis tubuliſue naſci*, latine etiam *digitellum* dici, Graecis *aizoon, ſemper uirens.* Palladius eadem praecipiens, I, 35, 3, latina dictione id nomen extulit: *Contra erucas ſemina quae ſpargenda ſunt*, ſemperuiuae *ſucco madefiant, uel erucarum ſanguine.*

358. *Dardaniae ueniant artes*) i. e. magicae, a Dardano, inſigni, ut tradunt, mago, cuius commentariis diligenter perlectis, longe doctiſſimus euaſiſſe Democritus memoratur. Conſule Plinium XXX, 1. ſ. 2. Appuleius: *Vel ipſe Dardanus, uel quicunque alius poſt Zoroaſtrem.* SCH.

359. *Femina, quae iuſtis tum demum*) Iuſta, nulla addita uoce alia, ſunt menſes muliebres apud Latinos. Plinius Valerianus 4, 50. de amygdalis: *urinam mouent, feminarum iuſta praecipitant.* BARTH. I, 2. et IV, 14. *Operari* inter alias ſignificationes eſt alicui rei operam dare, eamque debito modo peragere, et conſtruitur cum tertio caſu, ut *operari ſtudiis.* Virg. Aen. III, 136: *Connubiis aruiſque nouis operata iuuentus.* SCH. Quando addit *tum demum oper.* prima menſtrua ſignificat, quibus incipit iuuentae legibus ſatiſfacere, et *iuuentae* aſſignantur, quaecunque ad uim et facultatem generandi pertinent, ut annotauimus ad Calpurn. IX, 9. Idem Plinius XVII, 28, ſignificare uidetur, ubi de eodem remedio lo-

Legibus, obſcaeno manat pudibunda cruore,
Sed reſoluta ſinus, reſoluto moeſta capillo,
Ter circum areolas, et ſepem ducitur horti.
Quae cum luſtrauit gradiens, (mirabile uiſu)
Non aliter, quam decuſſa pluit arbore nimbus

Vel

360) *obſceno* D. I. B. R. *mandat* D. 362) *hortis* D. 363) *Quem* P. *quom* I. B. R. 364) *pluit ab arbore* D.

quens, *mulierem incitati menſis* appellat, i. e. cui tum primum menſis coepit incitari; neque Barthio accedere poſſum, qui ad Stat. Theb. VI, 217, hic emendat *a muliere initiante menſes*. Similiter alium corrigere locum cupit, Columellae XI, 3, 64, quem, quia ſequentes loci noſtri uerſus exponit, integrum appono: *Democritus affirmat, has ipſas beſtiolas enecari, ſi mulier quae in menſtruis (in primis menſtr.* [illegible] *Barthius) eſt, ſolutis crinibus et nudo pede unamquamque aream ter circumeat; poſt hoc enim decidere omnes uermiculos, et ita emori.* Alios auctorum locos, quibus hoc remedium ſatis ridiculum deſcribitur, citanit Geſnerus, ut Plin. XXVIII, 7. ſ. 23. Pallad. I, 35, 3. Aelian. H. An. 6, 36. et Apulei. in Geop. 12, 8.

364. *quam decuſſa pluit arb. nimbus) concuſſa* ponit Virgilius, e quo totum hoc expreſſit Moderatus, Ge. IV, 81: *Non denſior aëre grando, Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis.* Suſpicor ad hunc modum Columellam ſcripſiſſe *de excuſſa* uel *de quaſſa pluit arbore.* Nam *decuſſa arbor* pro ea, cuius poma decuſſa ſunt, neſcio an ſatis bene dicatur. *pluere* dicuntur, quae copioſe ſparſa e ſuperiore loco cadunt. Stat. Silu. I, 6, 10: *Iam bellaria adorea pluebant.* Et eadem de re *nimbos* uſurpat Martial. VIII, 78, 9: *Nunc ueniunt ſubiti, laſciua numiſmata, nimbi.*

Vel teretis mali, uel tectae cortice glandis,
Voluitur ad terram diſtorto corpore campe.
Sic quondam magicis ſopitum cantibus anguem
Vellere Phryxeo delapſum uidit Iolcos.
Sed iam prototomos tempus decidere caules,

Et

366) *in terram* Sa. D. P. *campae* D. 368) *phrixeo* R. *Phryxaeo* Riu. *iolchos* omnes excepto Com. *Iaſon* V. D. 369) *protocomos* D. I. B. R. Riu. *prothocomos* D. *cautes* Arg.

366. *diſtorto corpore campe)* In etymo ludit, κάμπη enim ἀπὸ τοῦ κάμπτειν dicta. GESN. de campe egimus ad u. 324.

368. *Vellere Phryxeo delapſum)* delapſum arbore luci Colchici, in qua ſuſpenſum uellus aureum draco ſpiris complexus cuſtodiebat. Ita enim ſopitum anguem deſcribit Val. Flaccus VIII, 89, ut ingens eius ceruix, ſomno uicta et languida, ab arbore, in qua uigilans erecto capite ſedebat, iam demiſſa uerſus humum longius, atque extra uellus porrigeretur: *Iamque altae cecidere iubae, nutatque coactum Iam caput, atque ingens extra ſua uellera ceruix.* Sic etiam draconem a Medea ſopitum, et ex arbore defluentem ſiſtit antiquum monumentum, quod exponit L. Begerus Spicil. antiq. p. 120.

Ibid. *uidit Iolcos)* Eſt urbs Theſſaliae et patria Iaſonis, ad quam Phryxeum uellus, raptum e Colchis, rediens portauit. Ouid. Met. VII, 158: *auro Heros Aeſonius potitur, ſpolioque ſuperbus, Victor Iolciacos tetigit cum coniuge portus.*

369. *Sed iam prototomos-caules)* *Prototomos coliculos* dicit Martial. XIV, 101. Sunt caules braſſicae, qui primi et adhuc teneri ſucciduntur. Simpliciter *prototomos* dicit idem X, 48, 16. et Marcellus de Medic. u. 37: *coriandrum, prototomumque.*

Et Tarteſiacos, Paphioſque reuellere thyrſos,
Atque apio faſces, et ſecto cingere porro.
Iamque eruca ſalax fecundo prouenit horto.
Lubrica iam lapathos, iam rhamni ſponte uireſcunt,

Et

370) *tartheſiacos* I. I. H. A. Arg. G. *Tartheſiachos* Steph. *parteſiacos* Sa. *turſos* I. B. R. *thirſos* H. A. Arg. G. 373) *laphatos* Sa. *thami* I. B. R. *thamni* D. I. I. H. A. Arg. Gr. G. St. *tamni* Lipſ.

370. *Et Tarteſ. Paphioſque)* Vid. ſupra u. 185 et 187. *thyrſos* pro caulibus, ut u. 186.

371. *ſecto cingere porro)* *ſectum porrum*, ut auctor Moreti u. 83 uocat, quod alias *ſectile*, *ſectiuum*, item *tonſile* dicitur, ut a Martial. X, 48, 10, diſtinguiturque a capitato, de quo ſupra ad u. 167, et Moret. 74. Vnde *utrumque porrum* nominat Martial. III, 47, 8. *faſces cingere porro* explico faſces porri et apii colligatos rotundare, implere; niſi *faſces* de praecedente lactuca Paphia et Tharteſſiaca intelligendi, quos fortaſſe mos erat porro, uel apio, uel eiuſmodi herbis cingere uel includere.

372. *Iamque eruca ſalax)* De ea diximus ad u. 109.

373. *Lubrica iam lapathos)* *Lapathum* alii dixere *rumicem*, quem *ſecundum* appellat auctor Mor. u. 73. *Ampfer*. *Lubrica* hoc loco dici uidetur, quod uentrem laxat. Horatius Serm. II, 4, 29: *ſi dura morabitur aluus*, *Mitulus et uiles pellent obſtantia conchae*. *Et lapathi breuis herba; ſed albo non ſine Coo.* Scilicet lapathus ἀπὸ τοῦ λαπάζειν dicta uidetur, quod ualet exinanire.

Ibid. *iam rhamni ſp. uireſc.)* *thamni* legit Pius, ueuſtarum editionum exemplo inductus, ſed illud aegre explicat. Quin *thamni* inauditam Latio uocem putat Geſnerus. qui propterea

Et ſcylla, hirſuta ſepes nunc horrida ruſco
Prodit, et aſparagi corruda ſimillima filo,
Humidaque andrachne ſitientes protegit antes,
Et grauis atriplici conſurgit longa faſelus,

Tum

374) *ſcyla tyrſuto* B. R. *ſcila tirſuto* L. *Et ſtila tirſuto* Dem. *ſepe* L. I. *ſaepae* B. *ſaepe* D. R. 375) *corruba* B. R. *curruda* Sa. 376) *andrachiae* Dem. *andrachniae* Sa. *antas* Sa. *anctus* L. 377) *attriplici* R. *a tripilici* Arg. *faſelus* I. I. H. A. Arg. Gr. G. *faſellus* Geſn. *phaſelus* L. D. *phaſelos* Sa.

pterea *rhamni* ſeruandum putat, ſentis genus ſepibus faciendis adhiberi ſolitum, cum praeſertim inferius de aliis in altitudinem uirgultorum creſcentibus agat.

374. *Et ſcilla)* quae nobiliſſima eſt e genere bulborum. *ſcillae caput* Calpurn. V, 79. *hirſuta ruſco* plurima quidem exemplaria ſcribunt, ſed maſculino uel neutro genere *ruſcus* et *ruſcum* uſurpant alii. De *ruſco* diximus ad Calp. III, 4. *hirſuta* propter acuta folia. Vnde Virgilio Ecl. VII, 42, *horridus ruſcus*, et Ge. II, 413, *aſpera ruſci Vimina.*

375. *aſpar. corruda ſimill. filo)* De *corruda* ſilueſtri genere aſparagi diximus ad u. 246. *filo*, ob tenuia folia; ut in Mor. u. 90 *exiguo coriandra trementia filo.* et Martial. XI, 53, 6, *porris fila reſecta ſuis.*

376. *Humidaque andrachne) Andrachne* Graecorum, Latinis *portulaca*, (*Burtzelkraut*) de qua agit Plinius XIII, 22. ſ. 40. uidetur ſepiendis uel inumbrandis areolis uel ſulcis hortorum adhibita. ſic enim interpretor *antes ſitientes.*

377. *Et grauis atriplici) Olus atriplicis* Graecis uocari ἀτράφαξυν, monet noſter XI, 42. Alii ἀνδράφαξυ ſcribunt. Graeci etiam χρυσολάχανον appellant. Germanice interpretantur *Melden.* Silueſtre et ſatiuum eſt Plinio XX, 20. ſ. 83. Cognatum atriplici olus al-

Tum modo dependens trichilis, modo more chelydri

Sole

378) *Tu* Ienſ. *dependes* Dem. *ricini* I. B. R. *richili* L. D. *triplicis* Pol. *trichili* al. *trichilis* induxit Geſn. bona ratione. *cylindri* Ienſ. et Gryph. in marg. et V. D.

alterum dicunt *atriplicem uiridem*, *Spinachiam*, *Spinat*. *Faſellus*, quod aliis ſemper *faſelus*, uel *phaſelus*, gr. φάσηλος, ſcribitur, genus fabarum putatur eſſe, quod nos *Türkiſche oder Saubohnen*, uocare ſolemus. *Vilem* dicit faſelum Maro Ge. I, 227, propter frequentiam.

378. *dependens trichilis)* Sic edidit Geſnerus, quia hoc propius a *trichili* editorum, et a *triplicis* Medicei codicis abeſt, quam, quod alii uoluerunt, *trichila*. Ego uero uulgatum *trichili* ſpernere nolim, quia et *trichile* uſitatum fuiſſe puto. Gloſſ. Iſid. *trichilia*, *ubi pendent uatiae*. Eſt autem *trichila* porticus uel pergula uiridis, e uitium uel aliarum arborum brachiis, pedamento et iugo arundinum ſubnixis, contexta et concamerata. De qua dudum diximus ad Copae u 8: *Eſt trichila umbriferis frigida arundinibus*. Solebant in primis his trichilis conficiendis cucumeres et cucurbitae adhiberi, quod reptantibus flagellis uelociter in ſublime ſcandunt, et latiora folia ad faciendam umbram habent; quod genus cucurbitae *camerarium*, *leui umbra cameras et pergulas operiens*, uocat Plinius XIX, 5. ſ. 24, cui opponit *plebeium*, *quod humi repit*. Alio loco, XIX, 4. ſ. 22, ſcribit: *Quaedam iacent creſcuntque, ut cucurbita et cucumis. eadem pendent*, *quamquam grauiora multo etiam iis*, *quae in arboribus gignuntur*. Hos duo modos creſcendi cucurbitarum deſcribit Columella.

Ibid. *modo more chelydri)* Ille nimirum eſt *anguinus cucumis* uel *erraticus* Plin. XX, 2. ſ. 4. GESN. Quem etiam nominant Varro R. R. I, 2, 25. et Colum. II, 9, 10.

Sole ſub aeſtiuo gelidas per graminis umbras
Intortus cucumis, praegnanſque cucurbita ſerpit.
Vna neque eſt illis facies. nam ſi tibi cordi
Longior eſt, gracili capitis quae uertice pendet,
E tenui collo ſemen lege: ſiue globoſi
Corporis, atque utero nimium quae uaſta tumeſcit;
Ventre leges medio, ſobolem dabit illa capacem
Nar-

380) *in tortos* Dem. *pregnaſque* idem. 383) *Et ten.* L. B. R.

379. *per graminis umbras Intortus)* Ductum e Virgilio Ge. IV, 121: *tortusque per herbas Creſceret in uentrem cucumis.*

380. *praegnanſque cucurbita)* quia in ſe multa habet grana, quae ſunt inſtar embryonum uel ouorum. SCH. Hinc *ſeminoſa* dicitur cucurbita in Priapeiis.

382 *gracili capitis quae uertice)* Supra u. 234: *Et tenero cucumis, gracilique cucurbita collo.*

383. *E tenui collo ſemen lege)* Plin. XIX, 5. ſ. 24: *Semina, quae proxima collo fuerint, proceras pariunt: item ab imis, ſed non comparandas ſupra dictis: quae in medio, rotundas: quae in lateribus, craſſas breuioreſque.* Eadem habet Pall. Mart. 9, 16. Add. Col. XI, 3, 49 ſeq. GESN.

384. *utero nim. quae uaſta tum.)* Propert. IV, 2, 43: *tumidoque cucurbita uentre.* et conf. Moret. u. 77.

375. *ſobolem dabit illa capacem)* creabit cucurbitam tam amplo et duro cortice, ut capere et ſeruare in uſus diuturnos picis liquidae, aut mellis copiam poſſit. Noſter lib. XI, 3, 49: *Sunt ad uſum uaſo-rum*

Naryciae picis, aut Actaei mellis Hymetti,
Aut habilem lymphis hamulam, Bacchoue lagenam:
Tum pueros eadem fluuiis innare docebit.
Liuidus at cucumis grauida qui naſcitur aluo,
Hirtus et, ut coluber nodoſo gramine tectus,
Ventre cubat flexo, ſemper collectus in orbem,
No-

386) *naritiae* D. *hactei* idem. *hymeti* idem. 387) *lagoenam* Geſn. cum Gr. St. Com. et al. *lagaenam* A. *lagenam* Arg. *bacco uel lagenam* B. R. *bacchoque lagoenam* D. 389) *ac cunante* Vict. 391) *Venere* H. A.

rum ſatis idoneae, ſicut Alexandrinae cucurbitae, cum exaruerint.

386. *Naryciae picis) Narycium* Locrorum oppidum Plin. IV, 7, ubi pix optima e piceis arboribus colligebatur, unde Maro Ge. II, 438, *Naryciae picis lucos* laudat. Adde Plinium XIV, 20. SCHOETTG.

387. *hamulam)* Vas minus aquis hauriendis aptum, cuius primitiuum *hama* eſt apud Iuuen. XIV, 305: *Diſpoſitis praediues hamis* Varium cucurbitarum uſum recenſet Plin. XIX, 5. ſ. 24: *Nuper in balinearum uſum uenere urceorum uice, iam pridem uero etiam cadorum — condendis hortenſiorum ſeminibus, ruſticae ſupellectili.*

388. *pueros fluuiis innare docebit)* nempe ſi cucurbita ſupponatur uentri natantis. Hunc in uſum alias adhibitos cortices uel ſuberes, ex Horatio cognoſcimus, Serm. I, 4, 121, *nabis ſine cortice.* Et rates ſcirpeas ſuppoſitas meminit Plautus Aulul. IV, 1, 9: *Quaſi pueri, qui nare diſcunt, ſcirpea induitur ratis, Qui laborent minus, facilius ut nent, et moueant manus.*

389. *Liuidus at cucumis)* Nunc de eo agit, quem u. 379 more chelydri ſerpere dixerat, GESN.

Noxius exacuit morbos aeſtatis iniquae.
Foetidus hic ſucco, pingui quoque ſemine fartus.
At qui ſub trichila manantem repit ad undam,
Labentemque ſequens nimio tenuatur amore,
Candidus, effetae tremebundior ubere porcae,
Mollior infuſo calathis modo lacte gelato,
Dulcis erit, riguoque madeſcit luteus aruo,

Et

392) *morbus* Dem. 393) *Fetidus hic ſuco* Dem. *Foetibus* Sa. Arg. et V. D. *ſuccoque et pingui ſemine* P. Sa. 394) *tricleam* a. P. Sa. 395) *nimium* P. Sa. 396) *effoetae* Geſn. cum al. *effetae* Dem.

392. *Noxius exacuit morbos)* Stomacho graues eſſe cucumeres obſeruat Plin. XIX, 5. ſ. 23: *Viuunt hauſti in ſtomacho in poſterum diem, nec perfici queunt in cibis, non inſalubres tamen plurimum.*

394. *manantem repit ad undam)* Iam ſermo eſt de pendente in trichila cucumere. Hunc dicit, ſi aqua uicina contingat, eam mire amare et ſequi, eaque re tenuari, candidum, mollem dulcemque fieri. Vt ea melius intelligantur, audiendus eſt Plinius loc. cit: *Natura oleum odere mire: nec minus aquas diligunt. Deſecti quoque ad eas modice diſtantes adrepunt: aut ſi quid obſtet, uerſi pandantur, curuanturque: id uel una nocte deprehenditur, ſi uas cum aqua ſubiiciatur a quatuor digitorum interuallo, deſcendentibus ante poſterum diem; at ſi oleum eodem modo ſit, in hamos curuatis.* Idem paullo poſt ſ. 24. *cucurbitas* ait *ſalubriores eſſe, quae pendendo creuere.*

396. *tremebundior ubere)* ſic *tremebunda coagula lactis* Calpurn. V, 65.

397. *Mollior — modo lacte gelato)* Martial. VIII, 64. 8: *Vincas mollitie tremente plumas, Aut maſſam modo lactis alligati.*

398. *madeſcit luteus)* madidus, mollis et ſucculen-

Et feret auxilium quondam mortalibus aegris.
Cum canis Erigones flagrans Hyperionis aeſtu
Arboreos aperit fetus, cumulataque moris
Candida ſanguineo manat fiſcella cruore,
Tunc praecox bifera deſcendit ab arbore ficus,
Ar-

399) *fert* H. A. Gr. G. 400) *origones* B. R. 401) *fetus* Dem. *foetus* uulgatae.

lentus fit ſub maturitatem, quam luteus uel flaueſcens color indicat.

400. *Cum canis Erigones*) Erigone, Icarii a ruſticis Athenienſibus occiſi, filia, et canis eius, Maera nomine, quae ei patris occiſi corpus oſtendit, ex petito Bacchi inter ſidera relatae. *Erigone* Virgo caeleſtis dicitur, (Virg. G. I, 33.) *canis* Sirius.

401. *Arboreos aperit fetus*) aperit tempus legendorum ex arboribus fetuum, primam maturitatem pomis adfert: ut *aperit annum Taurus* apud Virg. G. I, 217 Sic dies caniculares et aeſtiuum tempus a prima ficu deſcribit Horat. Epiſt. I, 7, 5. Similis huic formula apud Calpurn. V, 96: *aperit cum uinea ſepes.*

402. *ſanguineo manat fiſc. cruore*) Ne pleonaſtice hoc dictum putes *ſanguineo cruore*, cruorem uel ſanguinem notes de quouis ſucco herbarum, baccarum et pomorum uſurpari. Vid. not. noſtr. ad Calpurn. IX, 50. Sed moris cruor ueluti proprius, quorum ſuccus ſanguini colore ſimillimus, et in fabula ſanguine humano tinctus dicitur; hinc ad augendam ſignificationem additur *ſanguineus.* Alias ſimpliciter *mora cruenta*, ut in Copa u. 21, et in Petronianis *ſanguineo male mora rubentia ſucco.* Propertius *aeſtiuo die mora rubere* ait IV, 2, 13.

403. *Tunc praecox bifera*) Quoniam ficus eſt inter arbores biferas, quae quotannis fructum bis ferunt,

Armeniiſque, et cereolis, pruniſque Damaſci
Stipantur calathi, et pomis, quae barbara Perſis
Miſe-

runt, hinc earum fici ſunt praecoces, quae iam diebus canicularibus carpuntur. Earum mentionem facit Suetonius in Aug. c. 76: *ficos uirides biferas maxime appetebat.* Et *praecoces* cum biferis memorat Plinius XVI, 26 extr. et 27 princ. *Ficus et praecoces habet, quas Athenis prodromos uocant. In Laconico genere maximae ſunt. Sunt et biferae in iisdem. In Cea inſula caprifici triferae ſunt.* Biferas Suetonii Torrentius pro certo genere eius pomi accipit, ſicut et Macrob. Saturn. II, 16, eas aliis generibus ficorum annumerat.

404. *Armeniiſque*) Videtur intelligere pomum, quod lib. V, 10, 19, *ſorbum Armeniacum* uocat, atque, ut hic, cum Perſico coniungit. Nempe pruna ea, quae alias *praecoqua*, uulgo *Abricots*, appellantur. Hinc et *cereolis* puto indicari pruni genus. *cerea pruna* effert Maro Ecl. II, 53, *cerina* Plinius XV. ſ. 12. *nouas imitantia ceras* Ouid. Met. XIII, 818. quamquam noſter deinde u. 417 inter ficus refert, quae *ſeruant flauae cognomina cerae.*

Ibid. *pruniſque Damaſci*) Adduntur pruna Damaſcena, quia et praecedentia erant e genere prunorum. Inter peculiares Syriae arbores Plinius XIII, 5. ſ. 10, refert *pruna in Damaſco monte nata*, quae et *Damaſcena* appellat XV, ſ. 12. Eadem ſunt *pruna Syriaca* apud Petron. cap. 31.

405. *et pomis quae barbara Perſis Miſerat*) *Perſeam* arborem Theophraſtus, recentiores etiam *Perſicam* nominarunt, putaruntque in Perſide fuiſſe uenenatam, atque hanc naturam mutato ſolo depoſuiſſe. Sed poſtquam Perſica in Graeciam et reliquam Europam illata eſt, arbor haec et poma poſtea ſollennius *Medica*, item *Citrea* dicta, uetus nomen amiſere, fama illa de ueneno eius naturali apud non-

Miſerat (ut fama eſt) patriis armata uenenis.
At nunc expoſiti paruo diſcrimine lethi

Am-

407) *Ac.* I. B. R. *expoſito patriae* Sa. *laeti* Sa. Dem. I. B. R. I. I. A. Arg. Gr. G. *leti* Heru. *laeta* Salmaſ. Plin. pag. 426.

nonnullos in *Perſea* Theophraſti haeſit; quamquam et hoc deinceps falſo prodi, et Perſeam a Perſica perperam diſtingui cognitum eſt. Quae tamen perſuaſio de ueneno Perſeae, a Perſica diuerſae, tantum ualuit, ut contra malum Medicum, olim Perſicum, non modo admodum ſalubre, ſed ipſis etiam uenenis reſiſtere crederent. Teſtis eſt Virgil. Ge. II, 126 ſeqq. Plinius de Perſicis agens Columellam reprehendere uidetur, XV, 13. ſ. 13: *Falſum eſt uenenata cum cruciatu in Perſis gigni, et poenarum cauſſa a regibus in Aegyptum translata, terra mitigata. Id enim de Perſea diligentiores tradunt, quae in totum alia eſt, myxis rubentibus ſimilis, nec extra Orientem naſci uoluit.* Copioſe de Perſicis diſputantem uideas Salmaſ. Homon. hyl. iatr. c. 68. et Spanhem. de uſu et pr. num. Diſſ. VI. p. 328.

407. *expoſiti paruo diſcrimine lethi*) Salmaſius ſequentem in modum legit et diſtinguit: *At nunc expoſito patriae diſcrimine, laeta Ambroſios praebent ſuccos.* additque; *expoſito diſcrimine patriae*, exuto ac depoſito patriae ueneno: *exponere* pro deponere tralatitium. At *exponere* pro deponere poſitum me non legere memini; nec *diſcrimen patriae* de ueneno intellectum, quod a patria habet, admodum placet. Mihi ſeruanda lectio uulgata uidetur, uerbaque eius plana ſunt. *Diſcrimen lethi* eſt periculum mortis e malo Perſico metuendae, et *lethum expoſitum*, frequenti eius uerbi uſu, eſt obuium, paratum, facile; ut ſententia Moderati haec ſit, nunc non cenſeri praeſens adeo mortis periculum a Perſica

ca

Ambroſios praebent ſuccos, oblita nocendi.
Quin etiam eiuſdem gentis de nomine dicta,
Exiguo properant miteſcere praecoqua malo:
Tempeſtiua madent, quae maxima Gallia donat;
Fri-

410) *Perſica malo* uulgatae. *praecoca* Sa. *praecoqua* legunt Salmaſ. et al. 411) *manent* pleraeque uulgatae. *madent* Sa. Dem. I. B. R. et V. D. *mandent* L.

ca metuendum eſſe, eam potius *ambroſios praebere ſuccos*, i. e. admodum ſalubres, qui uigorem afferant corpori. Conf. Virg. G. IV, 415 et 418. et Aen. XII, 419.

410. *properant miteſcere Perſica*) Sic quidem omnes editi. Sed mihi non eſt dubium, quod Salmaſius contendit, et Geſnerus probat, legendum eſſe *praecoca* uel *praecoqua*. Nam quia praecedente uerſu auctor iam poma propoſuit de Perſicae gentis nomine dicta, non uidetur hic denuo nomen gentis *Perſica* inculcaſſe. *praecoqua* etiam flagitant uerba adiecta *properant miteſcere*. nam hoc ipſo nomen illud accipiunt, quod celeriter miteſcunt. Tum uero codex S. Germani hoc ipſum prae ſe fert *praecoca*. Et quod maximum eſt, Plinius ita corrigendum cogit, qui lib. XV, c 12, duo genera Perſicorum facit, *duracina* et *praecocia*. et *duracina*, inquit, *poſt autumnum matureſcunt*, *aeſtate praecocia* Miteſcere ea dicit *Exiguo malo: exiguo* quidem, ut diſtinguat a maioribus Perſicis, quae mox memorat, et quae ſerius matureſcunt; *malo* autem, ut a prunis praecocibus ſiue Armeniis, de quibus u. 404. *Praecocia* enim, tanquam generali uocabulo, dicebantur omnes fetus arborei, qui aeſtate maturеſcunt, et ex Oriente uenerunt. Hic *praecoqua* Columella, ut et Plinius, uocat Perſica, quae ad mala referuntur; Palladius Nou. 7, 6, *praecoqua* Armenia, quae ad pruna.

411. *Tempeſtiua manent, quae max.*) Lego cum optimis

Frigoribus pigro ueniunt Aſiatica fetu.
At grauis Arcturi ſub ſidere parturit arbos
Liuia, Chalcidicis et caunis aemula Chiis,
Pur-

414) *Linia* I. B. R. *caumis* Dem. Arg. *sannis* V. D. *Caunias* uidetur Vrſino.

tinis codd. et primis edd. *madent*, h. e. ſucco maturescente implentur, molleſcunt, tempeſtiue, quemadmodum *madeſcit* ſupra u. 398 uſurpauit de maturitate cucumeris. Quae e Gallia ueniunt, et maxima eſſe ſolent, Perſica maturius molleſcunt, ſed quae Aſiatica, ſegnius, iam frigore ingruente. Eadem duo genera Perſicorum memorat Plinius, et duracinorum nomine complectitur, XV, c. 12: *Perſicorum palma duracinis. nationum habent cognomen Gallica et Aſiatica. Poſt autumnum matureſcunt, aeſtate pracocia.* Ex his uerbis ſic interpretandus eſt Columella, ut Perſica Gallica tempeſtiuius tantum matureſcere aiat, quam Aſiatica, etſi utraque poſt autumnum.

413. *grauis Arcturi ſub ſidere*) Arcturus exoritur Non. Septembr.

414. *parturit arbos Liuia*) nempe ficus. Iam enim incipit de ficorum prouentu dicere, quarum uaria genera et nomina enumerant Plin. XV, 18. ſ. 19. et Macrob. Sat. II, 16. Et ille: *Sunt et auctorum nomina iis, Liuiae, Pompeiae*, quibus addi poſſit e Macrobio *Culpurniana, alba et nigra.* Dedere iis ſua nomina, quibus eae maxime placuere. Et Liuiis quidem Liuia, quae Auguſta maritum ficubus uenenatis ſuſtuliſſe ferebatur, inquit Dio lib. 56. pag. 589, (ut ſcribit Harduinus). Et Macrobius *Liuianas* et *Pompeianas* memorat.

Ibid. *Chalcidicis et Caunis aemula Chiis*) Liuiam ficum cum aliis duabus, *quae ex aliis tranſiere gentibus, Chalcide, Chio*, ut ait Plinius, comparare uidetur, quas et Macrobius memorat. Hoc ſenſu *caunis,*

Purpureaeque Chelidoniae, pingueſque Mariſcae,

Et

nis, quod plurimae editiones habent, accipiendum eſſet pro generali uocabulo ficuum, quae, ut Caricae, ita *Cauniae*, *Cauneae*, uel *Caunae*, a Cauno urbe Cariae dictae ſunt; quaſque Salmaſ. ad Solin. cap. 46. p. 658, in uerſu Statii: *Et quas percoquit Eboſea caunas*, nominari contendit. Alii *cannis* legiſſe, et de arundine ſacharifera intellexiſſe uidentur, quod certe Pomponium ſenſiſſe ex eius nota colligo. Alii, qui nominatiuum fici, quae Chiis aequipararetur, requiri crederent, *Caunias* cenſuerunt legendum, ut Vrſinus et Geſnerus, qua forma Columella plura plantarum nomina poſuit, ut *bryonias* u. 250, *bunias* 422. Sed tamen magis ueriſimile eſt, unam Liuiam cum duabus peregrinis, quam peregrinam unam cum altera ab auctore comparatam eſſe. Et quamquam olim in Exercit. de Antiq. Balear. p. 34, a *caunis* hoc in loco agnoſcendis alienior fuerim, nunc tamen aeque commodum aliud uix reperio.

415. *Purpureaeque chelidoniae)* Plinius l. c. *Nouiſſima ſub hieme maturatur Chelidonia.* Quidam interpretes Macrobii *harundineam* ab eo memoratam in *hirundineam* conuertunt, putantque eſſe Columellae chelidoniam, ſed falſo. Nam Macrobius genera ficuum ſecundum ſeriem elementorum enumerans, non potuit *hirundineam* ponere, ſequente *aſinaſtra, atra*. *Arundinea* uero eius eſt, quam Plinius dicit *arundinum folii macula uariari*.

Ibid. *pingueſque Mariſcae)* Et has nominat Plinius, nulla tamen earum proprietate adiecta. Harduinus autem monet ſapore iniucundo, ſtolida magnitudine, pinguedine eximia eſſe. Idcirco *fatuas* appellari Mariſcas a Martiale, VII, 24: *Infanti melimela dato, fatuaſque mariſcas, Nam mihi, quae nouit pungere, Chia ſapit.*

Et Calliſtruthis roſeo quae ſemine ridet,
Albaque, quae ſeruat flauae cognomina cerae,
Sciſſa Libyſca ſimul, picto quoque Lydia tergo.
Quin et Tardipedi ſacris iam rite ſolutis

Nu-

416) *calliſchrutis* Dem. *caliſtrutis* Ienſ. *caliſtrutiis* B. R. Iunt. *challiſtrutis* L. I. I. H. Gr. St. *challi ſtrutis* diuiſ. A. G. 418) *Libyſſa* V. D. et hoc Geſnerus cenſet haud dubie rectius eſſe, quamuis *Libyſca* habeant omnes libri.

416. *Et Calliſtruthis)* Plinius: *Calliſtruthiae parum ſapore praeſtantiores, ficorum omnium frigidiſſimae.* Iulius Capitolinus in Albino c. II. memorat: *Quingentas ficus paſſarias, quas Graeci calliſtruthias uocant, ieiunum comediſſe.*

417. *Albaque, quae ſeruat fl. cognomina cerae)* Haec uidetur eſſe, quam Plinius *albiceratam* uocat, quia ſcilicet ex albo cerino colore eſt.

418. *Sciſſa Libyſſa) Libyſſa* a noſtro dicitur, quae Plinio (et Macrobio) Africana, a ſolo natali: *ſciſſa* autem, quia habet candicantem rimam. Aliam cauſſam ex noſtri lib. XII, 15, adducit Bodaeus ad Theophr. 4, 6, p. 385, ſed noſtra e Plinio deſumta uerior eſt. SCHOETTG. *Africanae* etiam meminit noſter V, 10, 11. et Varro I, c. 41. Martialis VII, 52: *Et Libycae fici pondere teſta grauis.*

Ibid. *picto Lydia tergo)* i. e. tergore uel corio, pro quo poëtae ſaepe *tergum* ponunt. Plinius Lydias ficus dicit eſſe *purpureas et ſimilitudinem Chiarum habere.* Eaſdem memorat Varro, et noſter, et Macrobius ll. cc.

419. *Quin et Tardipedi)* Vulcano, quem claudum fingunt poëtae e caſu, quo praecipitatus a Ioue irato in Lemnum decidit. quam fabulam refert Val. Flaccus II, 82 ſeqq. Deſcribit auctor Vulcanalia ſacra, quae menſe Auguſto fiebant ad X Cal. Septembr. Circa quae, ut ſcribit noſter XI, 3, 18, *tertia ſatio*

in

Nube noua ſeritur, caeli pendentibus undis,
Gongylis, illuſtri mittit quam Nurſia campo,
Quaeque Amiterninis defertur bunias aruis.
Sed iam maturis nos flagitat anxius uuis
Euius,

420) *Pube noua* coni. Heinſius. 421) *congilis* Dem. *congrlis* L. 422) *a myrtenimis* Ienſ. *amiturninis* B. R. *burnias* L. 423) *non flag.* Arg. *amixius* L. *anuxius* D.

in hortis *eſt*, *eaque optima radicis et rapae*, *itemque napi et ſiſeris*, *nec minus oleris atri.* Ita hic auctor rapi atque napi ſationem praecipit, tanquam ultimum in horto excolendo negotium.

420. *caeli pendentibus undis)* quando nubes quidem obducuntur caelo, necdum tamen in imbres ſoluuntur. Expreſſit e Virgilio G. I, 214: *Dum ſicca tellure licet, dum nubila pendent.*

421. *Gongylis)* rapae nomen Graecum, quod ab aliis Latinis non reperio uſurpatum. Dioſcorides libro II nominat, et Romanorum rapam eſſe interpretatur. *Nurſia* oppidum Italiae in Sabinis, ſicut et *Amiternum*, quod ſequitur. Vtriuſque agri rapis napiſque educandis celebres. Martialis XIII, 20, de napis: *Nos Amiternus ager felicibus educat hortis: Nurſinas poteris parcius eſſe pilas. Pilas* dicere uidetur raporum, quod haec latius in orbem creſcebant in Nurſiae agro.

422. *bunias)* Graecum nomen, a Dioſcoride uſurpatum, Latinorum napus eſt. Plinius XX, 4 ſ. 11: *Naporum duas differentias et in medicina Graeci ſeruant: Anguloſis foliorum caulibus florentis, quod bunion uocant, purgationibus feminarum utile --- --- Alterum genus buniada appellant, et raphano et rapo ſimile.*

423. *Sed iam maturis)* Sed iam tempus illud adeſt, quo, maturis iam uuis, uindemia noſtram operam flagitat, et labor excolendi horti finiendus.

Euius, excultoſque iubet claudamus ut hortos.
Claudimus, imperioque tuo paremus agreſtes,
Ac metimus laeti tua munera, dulcis Iacche,
Inter laſciuos Satyros, Panaſque biformes
Brachia iactantes uetulo marcentia uino.
Et te Maenalium, te Bacchum, teque Lyaeum,
Lenaeumque patrem canimus ſub tecta uocantes,

Fer-

424) *Euhius* I. B. R. I. I. H. A. Arg. *Euhius* Gr. G. *Euhios* L. D. 426) *iam nun.* Sa. 429) *menalium* D. *Nyctilium* V. D.. *te laetum atque lienum* L. *lyeum* D. 430) *lenaeumque* D,

A tempore imminentis uindemiae, quod eſt autumni in hiemem declinantis, ſumit occaſionem ſcriptor finiendi operis ſui de cura hortorum. Meminiſſe enim debemus, initium operis ſui et laboris in horto exercendi ſumſiſſe eum ab aequinoctio autumnali, et tempore uindemiae. Vid. u. 43 ſeq. Igitur ſub idem tempus claudit. Commode uerba Calpurnii V, 96, autumnum deſcribentis: *aperit cum uinea ſepes*, cum his noſtri componas *excultoſque iubet claudamus ut hortos*. Caeterum in *iubet ut claud.* ſyntaxin τῦ *iubet* obſerues, quam in bonis ſcriptoribus raram eſſe putant Grammatici.

427. *Inter laſciuos Sat.)* Vindemialia celebrantes, ubi laſciuos Satyrorum et Panum choros imitantur.

428. *Brachia iactantes)* nempe ſaltando, cui adiuncta eſt brachiorum iactatio. Ouid. A. A. III, 350: *Quis dubitet, quin ſcire uelim ſaltare puellam; Vt moueat poſito brachia iuſſa mero.*

Ibid. *uetulo marcentia uino)* Sic Ouid. ex Pont. I, 5, 45: *Nec iuuat in lucem nimio marceſcere uino. uetulum Falernum* laudat Catullus carm. 27, 1.

Ferueat ut lacus, et multo completa Falerno
Exundent pingui ſpumantia dolia muſto.
Hactenus aruorum cultus, Siluine, docebam,
Side-

431) *ac* V. D. *et muſto* Sa. D. et V. D. 432) *Exundent* D. L. I. B. I. I. H. A. G. *Exundet* R. *exudent* al, 433) *agrorum* Sa. L. I. B. R. *hortorum* V. D.

431. *Ferueat ut lacus*) Lacus dicitur uas uel receptaculum muſti in torculari recens expreſſi. *feruet* ille, cum muſtum copioſe defluens fluctus et ſpumas agit. Calpurn. I, 3: *Et ſpumant rauco ferventia muſta ſuſurro.* Virg. G. II, 6: *ſpumat plenis uindemia labris.*

Ibid. *et multo compl. Fal*) Duo codd. Mſſ. habent *et muſto*, quod placeret, niſi idem *muſto* recurreret uerſu ſeq. *muſto Falerno* coniunxit Prudent. in Symm. I, 127, de Baccho loquens: *Gemmantis paterae ſpumis muſtoque Falerno Perfundens biiugum rorantia terga ferarum.* Idem reponere Bentleius uolebat pro *miſto* in illo Horatii Serm. II, 4, 19: *Doctus eris uiuam* (gallinam) *miſto merſare Falerno.*

432. *Exundent*) Sunt quidam libri, qui *exudent* habeant, ſed *exundent* ſine dubio rectius, quia de affluentia et redundantia muſti ſermo eſt. Sic Lucanus IX, 798: *Spumeus accenſo non ſic exundat aheno Vndarum cumulus.* Pariter olim apud Calpurn. Ecl. IV, 104, *τὸ exundent* praetuli *τῷ exudent*, quod alia exemplaria offerunt.

Ibid. *pingui ſpum. dolia muſto*) Similiter Tibull. I, 1, 10: *pleno pinguia muſta lacu.*

433. *Hactenus aruorum cultus*) Debebat *hortorum*. ſed hoc nulla exemplaria praeferunt, nonnulla *agrorum*, quod non melius. Et uidetur Columella, ſtudio Virgilii imitandi, illud exordium libri eius II Georg. retinere integrum uoluiſſe, quo etiam utitur initio libri ſui III.

Siderei uatis referens praecepta Maronis,
Qui primus, ueteres auſus recludere fontes,
Aſcraeum cecinit Romana per oppida carmen.

436) *aſtreum* D. *Atreum* Ienſ. *Aſtrēum* L.

436. *Aſcraeum cecinit*) Integros uerſus ipſius Maronis repetit G. II, 175. Aſcraeum carmen eſt agricolare, quale fuit Heſiodi ex Aſcra, Boeotiae uico, oriundi.

II.

II.

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI
DE INSITIONIBVS *)
AD PASIPHILVM
Virum doctiſſimum
(De Re ruſtica liber XIV.)

PASIPHILE, ornatus fidei, cui iure fatemur,
Si quid in arcano pectoris umbra tegit,

Bis

*) Vulgata exemplaria librorum Palladii omnia titulum praeponunt: *De inſitione liber ad Paſiphilum, uirum doctiſſimum,* deinde ſequens carmen inſcribunt *de inſitionibus.* Riuinus hanc conſuetudinem deſeruit, inſcripſitque *de arte inſitionis.* Ipſe quidem Palladius in praeſat. libro XIV praepoſita *opus de arte inſitionis* appellat, ſed haec praefatio olim ad librum proſa ſcriptum, hodie deperditum, qui omnia praecepta de arte et uariis modis exercendae inſitionis continebat, pertinuit, non item ad carmen, quod ei ſucceſſit, quodque inſerendi modis breuiſſime indicatis, tantum, quae arbores, et quibus aliarum uirgultis, inſeri queant, recenſet, atque hinc de *inſitionibus* inſcribitur.

1. *ornatus fidei*) per Graeciſmum dixit, pro *ornatus fide*, h. e. qui hoc praecipuum animi tui ornamentum habes, quod fidei obſeruantiſſimus es. Refragari tamen Geſnero nolo, qui *ornatum fidei* ſubſtantiue dictum putat, ut *decus patriae. cui iure fatemur* i. e. aperimus, committimus, declaramus.

2. *umbra tegit*, receſſus quidam animi et ſecretior con-

Bis ſeptem paruos, opus agricolare, libellos,
Quos manus haec ſcripſit, parte ſilente pedum,
Nec ſtrictos numeris, nec Apollinis amne fluentes,
Sed pura tantum ruſticitate rudes,
Commendas, dignaris, amas, et ruſtica dicta
Affectu ſocii ſollicitante colis.

Nunc

conſcientia. quemadmodum contra *in aprico* poſita dicuntur, quae ſunt aperta et clara. Compares hoc Perſii V, 28: *totumque hoc uerba reſignent, Quod latet arcana non enarrabile fibra.*

3. *Bis ſeptem paruos, opus agric. lib.*) Dicit, ſe Paſiphilo ante XIV libros de re ruſtica miſiſſe, benigne ab eo exceptos, proſa oratione ſcriptos, nunc ſe eius fauore et beneuolentia excitatum amplius mittere carmen de inſitione, quod libro XIV eiuſdem argumenti quaſi ἐπίμετρον accedat. Hunc librum XIV proſa ſcriptum intercidiſſe, aut neglectum poſtea, putamus, quum eius loco carmen ſucceſſiſſet. Qua ratione Palladius uidetur Columellam imitari uoluiſſe, qui cum ſuaſu Siluini materiam de cultu hortenſi carmine expoſuiſſet, non minus eandem, rite continuandi operis cauſſa, ex uoluntate Claudii Auguſtalis ſoluta oratione exſecutus eſt libro XI.

4. *parte ſilente pedum)* Elegans, (pro illius certe aetatis guſtu) aequiuocatio: Manus meae hos libros ſcripſerunt, parte pedum ſilente, iſt eſt, ceſſantibus uel abſentibus pedibus, ſeu ligata oratione, quod ex ſequentibus diſtichis apparet. SCHOETTG.

6. *pura tantum ruſticitate)* ſimplici et incomta, et rebus ruſticis apta, oratione. Sic Calpurn. IV, 14: *Dum mea ruſticitas, ſi non ualet arte polita Carminis* etc.

8. *Affectu ſocii ſollicitante)* Prout te affectus et amor ſodalis (erga me, ſocium tuum) ſollicitat et commouet.

Nunc ideo modicum creſcens fiducia carmen
  Obtulit, arbitrio laetificanda tuo.
Eſt noſtrae ſtudium non condemnabile muſae,
  Vrbanum fari ruſticitatis opus:
Sub thalami ſpecie felices iungere ſiluas,

Vt

10. *arbitrio laetificanda tuo)* quae fiducia aſſenſu iudicioque tuo laetior fortiorque erit, ſi boni conſulas.

12. *Vrbanum ruſticitatis opus* appellat, quod quidem res ad rus pertinentes, ſed eaſdem arte et induſtria urbanorum hominum excultas, exercet, quale in primis eſt inſitionis opus. unde arbores *urbanas* appellant domeſticas, ſatiuas, inſitas, ad fructum et uſum excultas. Plinius XVI, c. 19. ſ. 32: *Sunt arbòres quaedam urbaniores --- Hae mites, quae fructu, aut aliqua dote, umbrarumque officio humanius iuuant, non improbe dicantur urbanae.* Similiter in Anthol. Burm. lib. III, ep. 48, balnea in agro exſtructa *urbani lacus* uocantur, quia humanius et urbanius officium praeſtant, commoditatem et ſalutem: *Paruula ſuccinctis ornauit iugera Baiis, Vrbanos callens fundere uita lacus.* quomodo ſcilicet emendat Burmannus.

13. *Sub thalami ſpecie)* i. e. ſpecie connubii. Quemadmodum duo parentes diuerſi generis unam ſobolem procreant; ita duae arborum ſpecies in ſe inuicem inſitae unum eundemque fructum proferunt. SCH. Sollennes poëtis ſunt in deſcribendis inſitionibus metaphorae connubii, amoris, foederis, adoptionis, pignorum, hoſpitii, laris, commercii, quibus omnibus etiam deinceps noſter utitur. Suauiter in primis Plinius lib. XVI pr.: *Pomiferae arbores --- ſiue illae ultro, ſiue ab homine didicere blandos ſapores adoptione et connubio.*

Ibid. *felices iungere ſiluas)* Horat. Epod. II, 12: *Inutileſque falce ramos*

 am-

Vt ſoboli miſtus creſcat utrinque decor:
Connexumque nemus ueſtire affinibus umbris,
Et gemina partum nobilitare coma:
Foederibus blandis dulces confundere ſuccos,
Et fetum duplici fruge ſaporis ali:
Quae quibus hoſpitium praeſtent uirgulta docebo,
Quae ſit adoptiuis arbor onuſta comis.
Ipſe poli rector, quo lucida ſidera currunt,
Quo fixa eſt tellus, quo fluit unda maris,
Cum poſſet miſtos ramis inducere flores,

Et

18) *Et laetum* edidit Geſn. cum Ald. St. Gr. Com. ſed *foetum* Riu. rectius. quod ipſum etiam Geſnerus ſuſpicatur, ut modo *partum*.

amputans Feliciores inſerit. Et Virg. G. II, 82, de inſitione: *nec longum tempus, et ingens Exiit ad caelum ramis felicibus arbor.* Sunt uero ſiluae et rami *felices* arboris feracis.

15. *affinibus umbris)* quia in inſitione quaerendum eſt, quae cuique magis arbor conueniat. Lege Plinium 17, 13. Docet tamen Columella, ex omnibus arboribus in omnes arbores fieri poſſe inſitiones. CODRVS. Conf. Heynii annot. ad Virg. Georg. II, 69.

19. *Quae quibus hoſpitium praeſtent)* Ita u. 100. et 116 *larem* uocat. Ita u. 33 *hoſpitem gemmam* appellat, et Zeno de reſurrect. ſub fin. *hoſpitis germinis adoptiua pinguedine.* BVCHN.

20. *adoptatis arbor onuſta comis)* Colum. Hort. u. 39: *aliena ſtirpe grauata Mitis adoptatis curuetur frugibus arbos.* Iterum hoc utitur noſter u. 144 et 160. *onuſta comis* non ſatis apte dictum uidetur: melius Ouid. Rem. 196: *peregrinis arbor operta comis.*

Et uaria grauidum pingere fronde nemus,
Dignatus noſtros hoc inſignire labores,
Naturam fieri ſanxit ab arte nouam.
Non ſegne officium noſtrae reor eſſe Camenae,
Aut operis parui gratia fiet inops.
Si uelocis equae pigro miſcetur aſello
Ardor, ut in ſterilem res cadat acta gradum,

Fe-

25. *noſtros hoc inſignire labores)* hoc fructu uel honore inſignes facere. Virg. Aen. V, 705: *Pallas Quem docuit multaque inſignem reddidit arte.*

30. *ut in ſterilem res cadat acta gradum)* Impeditiſſimum ſenſum huius uerſiculi fecit imperitia dicendi et difficilis uena poëtae noſtri. *res acta*, non eſt dubium, quin ſignificet admiſſuram aſini ad equam, ſiue id ipſum, quod ante dixit, quando *aſello miſcetur equa.* Sed per *gradum* quin intelligeret expetitum mulae, ex hac miſtura procreatae, molliorem gradum, ſiue moderatiorem paſſum, ſibi cauere non potuit Bapt. Pius, Annot. poſter. c. 35, et, qui ex parte conſentit, Geſnerus. Et tamen hoc admiſſo quomodo *ſterilis* appellari ille *gradus* poſſit, difficile explicatu eſt. Expeditiſſimum eſt, ſi, quod ipſe Geſnerus demum obſeruat, *gradum* intelligamus de natiuitate, uel genitura, ſiue de eo, quem mox *heredem* et *prolem* dicit, et in quem quaſi gradus et progreſſio fit generationis. Sic enim a Ictis etiam *gradus* natiuitatis et cognationis appellari, notum eſt, et ipſe auctor uerſu 98 denuo hoc ſenſu uſurpauit. Igitur uerborum *in ſterilem res cadit acta gradum* hic ſenſus eſt: hac admiſſura equae et aſini euenit, ut proles inde nata ſterilis ſit, nec amplius generare poſſit. Vniuerſe Plinius VIII, 44, ſ. 69, affirmat, *quae e duobus diuerſis generibus nata ſint animalia, non gignere: idcirco mulas non parere.*

Fecundumque genus productus deleat haeres,
Et ſibi defectum copia prolis agat:
Cur non arbor inops pingueſcat ab hoſpite gemma,
Et decus externi floris adepta micet?
Incipiam, quidquid ueteres ſcripſere coloni,
Sacraque priſcorum uerba labore ſequar.

*

Principio multas ſpecies induſtria ſollers

Pro-

32. *Et ſibi defectum copia prolis agat*) et ut prole, quamuis copioſe proueniente, nihil agatur aliud, quam ut ipſum genus deficiat. *agat*, ut modo *res acta*.

33. *Cur non arbor inops*) Perinde, ut hic cum mixto aſini et equae genere fit, olitor apud Calpurn. II, 36 ſeq. inſitionem comparat cum arte paſtoris, e nigro ariete et alba oue uerſicolorem agnum procreandi.

Ibid. *ab hoſpite gemma*) Propterea quod eſt ſpecies inſitionis, quae uocatur inoculatio. Caeterum *gemma* proprie uitium eſt, ſicut *oculi* arborum. auctor Plinius. GESN.

36. *Sacraque priſcorum uerba*) quia in honore ſunt, et ſancte obſeruari ſolent, quae ab antiquis et maioribus tradita ſunt, et omnis antiquitas ueneranda eſt. *labore ſequar*, i. e. ſtudioſe et cum labore, ut explicat Buchnerus, qui et uſum caſus ſexti pro aduerbio in Venantii Fortunati hymno de Reſurr. u. 46, notauit: *Si tibi nunc auium reſonant uirgulta ſuſurro, Has inter minimus paſſer amore cano.*

37. *induſtria ſollers Protulit*) Similiter Gratius Cyn. 12: *partes quiſque ſecutus Exegere ſuas, tetigitque induſtria finem.*

Protulit, et doctam iuſſit inire manum.
Nam quaecunque uirens alienis frondibus arbos
Comitur, his diſcit credita ferre modis.
Aut noua diſcreto figuntur germina libro,
Aut aliud ſummo robore fiſſa capit,
Aut uirides oculos externi gemma tumoris

Acci-

43) *extremi* A. St. Gr. Com. Riu. *externi* I. B. R. Geſn.

38. *doctam iuſſit inire manum) inire*, quod ad *ſpecies* referendum eſt, eo modo dixit, pro ſuſcipere, agere, exercere, quo alias rationem, modum, foedus, certamen inire dicimus. *docta manus* i. è. artis periti. ut Colum. hort. 252: *Pangitur in cera docto mucrone magiſtri.*

40. *Comitur* i. e. exornatur, quo ſenſu ſaepe illud uerbum a ſequioris aetatis ſcriptoribus uſurpatur. Auctor Epithal. Laur. u. 37: *Atque alias comit, per te componitur aurum. Comtum ſolum* pro bene exculto agris et uiridariis dixit Auien. D. O. 663. *credita* i. e. ſurculos uel germina, quae immiſſa, commiſſa, inſita ſunt arboribus. *diſcit ferre*, arte et diſciplina cogitur, adſueſcit ferre. conf. u. 98. et infra u. 54, *ferre docet*. Verbum *docere* in eadem re adhibet Maro G. II, 77: *huc alieno ex arbore germen Includunt, udoque docent inoleſcere libro.*

43. *externi gemma tum.)* Videtur ſcribendum non *extremi*, ſed *externi*. hoc eſt, gemma accipit oculos uirides externae arboris. Eodem modo paullo ſupra: *et decus externi floris adepta micat*. Sic de cydonio loquitur: *Roboris externi librum aſpernata ſuperbit*. Item de Punica: *nec externis aſſociata comis*. Vetus autem lectio in excuſis libris, *extremi* pro *externi*, fortaſſe ob operarum uitium. PONTED.

Accipit, et lento ſtringitur uda ſinu.

*

Primus Echionii palmes ſe iungere Bacchi
Nouit, et externo tenditur uua mero.
Nexilibus gemmis ſecundos implicat artus
Vitis, et amplexum paſcit adulta genus,

De-

44. *et lento ſtringitur uda ſinu*) Puto hunc ſenſum eſſe: *gemma*, quae exciſa uel auulſa ex udo libro eſt, eoque ipſa uda, accipit eo loco, quo exciſa eſt, *uirides oculos* externae arboris, (uel loco gemmae auulſae inſeruntur oculi alienae arboris) et tum gemma recepta *lento ſinu*, uel eo loco, quo uulnus factum eſt per inciſionem, quod uulnus propter interiorem humiditatem *lentum* uel tenax eſt, et facile adhaereſcit germini inſerto, *ſtringitur*, h. e. uinculis circumligatur et conſtringitur, ut firmius adhaereat et coaleſcat. *ſinum* dixit cauitatem facti uulneris, ex imitatione Virgilii, qui Ge. II, 76: *qua ſe medio trudunt de cortice gemmae, Et tenues rumpunt tunicas, anguſtus in ipſo Fit nodo ſinus.* Infra etiam u. 126 noſter *ſinus* appellat, fortaſſe eodem ſenſu.

45. *Echionii Bacchi*) i. e. Thebani. Echion ſocius Cadmi, quo adiuuante hic Thebas condidit. Ouid. Met. III, 126 ſeqq. Ipſae *Thebae Echioniae* dicuntur Horatio Carm. IV, 4, 64.

46. *tenditur*) diſtenditur, h. e. impletur per inſitionem ſcil. externo mero. SCHOETTG. Conf. u. 83. 153.

47. *Nexilibus gemmis*, quae facile connectuntur atque implicant ſe alienis palmitibus.

48. *amplexum paſcit ad. gen.*) *amplexum* uidetur ſenſu paſſiuo poſitum. nempe uitis adulta genus aliud uitis, quod amplexa eſt inſitione, paſcit. Ouid. Her. IV, 139: *Viderit amplexos aliquis, laudabimur ambo.*

Degenerіſque comae ueſtigia mitis inumbrat
Pampinus, et pingui curuat onuſta deo.

*

Robora Palladii decorat ſilueſtria rami,
Nobilitat partus bacca ſuperba feros.
Fecundat ſterilis pingues oleaſter oliuas,
Et quae non nouit munera, ferre docet.

Ger-

49. *Degeneriſque comae ueſtigia*) i. e. eum locum, ubi *degeneris*, ignobilioris, rudis et incultae uitis pampinus ſteterat, uel ſtirpem ipſam uitis degeneris, cui mitior pampinus inſiſtit. *Degenerem* uocat ſecundum Virgilium, qui G. II, 59, de arboribus e ſemine natis, nec inſitione emendatis, pronuntiat: *Pomaque degenerant, ſuccos oblita priores.*

50. *pingui Deo*, Baccho, i. e. uino largo et generoſo. Tibull. I, 1, 6: *pleno pinguia muſta lacu*, et Colum. u. 432. Errat haud dubie Schoettgenius, qui Bacchum hoc loco pinguem uocari arbitratur, quod cum magno abdomine pingatur. Nam hoc commentum pictorum eſt, nullum in antiquitate fundamentum habens.

51. *decorat ſilueſtria*) Legerem *decorant*, uidelicet: *rami Palladii decorant robora ſilueſtria*; quod eſt, olea decorat robur, in quo feritur. PONTED. Etiam Buchnerus legendum cenſuerat *decorant*, ſed Geſnerus noluit quidquam mutare, cum etiam ad *bacca* hoc uerbum ἀσυνδέτως referri queat. Quae ſint *ſilueſtria robora*, declarat auctor deinceps per *oleaſtrum.*

54. *Et quae non nouit munera*) Calpurn. II, 41: *induit arbos Ignotas frondes et non gentilia poma.* Virg. G. II, 82: *Miraturque nouas frondes et non ſua poma. ferre docet* uid. ad u. 40.

Germine cana Pirvs, niueos haud inuida flores
Commodat, et uarium nectit amore nemus.
Nunc rapit hirſutis horrenda ſororibus arma,
Et docet indomitas ponere tela piros.
Nunc teretem pingui producit acumine malum,
Fraxineaſque nouo flectit honore manus.
Phyllida quin etiam grandi miteſcere fructu

Inſti-

55. *Germine cana pirus*) Virg. G. II, 71: *ornuſque incanuit albo Flore piri.* CODRVS.

56. *nectit amore*) h. e. amabiliter, iucunde, ut u. 36 *labore*. Vel reſpicit ad *thalami* h. e. coniugii *ſpeciem*, de qua uerſu 13. GESN.

57. *hirſutis horr. ſororibus*) Hirſutae ſorores ſunt piri ſilueſtres, ſpinis horridae.

59. *teretem pingui prod. acum. malum*) Haec uerba interpretor e uerſu plane gemino, qui eſt Anthol. lat. lib. III, 61, 4: *Palladiumque nemus pingui ſe uertice frangit.* Nam quod ibi *pinguis uertex*, hoc noſtro loco *pingue acumen* eſſe uidetur, ut ſenſus ſit, malum arborem piro inſitam, *teretem* quidem infra eſſe, ramis circum circa aequaliter in orbem expanſis, ſed produci et faſtigiari in *pingue acumen*, h. e. pomis denſis et confertis grauatum, ita ut grauitate eorum flectatur, et obtuſum fiat. quod in epigrammate eſt *pingui ſe uertice frangit*. Fere ſimiliter deſcribi uidetur pinus in uerſibus Petronii cap. 131: *Et circum tonſae trepidanti uertice pinus.*

60. *nouo flectit honore manus*) *flectit*, quod u. 50 *curuat*. *manus fraxineae* ſunt rami fraxini, ſicut *brachia roboris* infra u. 115, *brachia platani* u. 124, et *brachia ſiluarum* in Lucilii Aetn. u. 361.

61 *Phyllida* uocat amygdalum, quia Phyllis, Si-

tho-

Inſtituens, durae dat ſua membra cuti.
Et ſteriles ſpinos, et inertem fetibus ornum
Dotat, et ignotum cogit amare decus.
Huius et immiſſi uertere cydonia rami,
Pomaque confuſus blanda creauit odor.

Ca-

66) *confuſus* a. V. A. St. Gr. Miz. Riu. *confuſis* Com. et al. *confuſus* rectum uidetur, et ita legendum coniecit etiam, cum ſolam Commelinianam haberet, Buchnerus, et contulit u. 17. Geſn.

thonis Thracum regis filia, quae amore Demophoontis deperibat, in illam arborem mutata ferebatur. Referunt fabulam Hyginus fab. 59, et Seruius ad Virg. Ecl. V, 10. Recurrit infra u. 97.

63. *Et ſteriles ſpinos*) ſpecies pruni. De ſpinis ſterilibus Virgilius G. IV, 145: *Eduramque pirum, et ſpinos iam pruna ferentes.* Ad quae uerba Seruius, *Prunorum*, inquit, *arbor uocatur ſpinus genere maſculino*: *nam ſentes* has ſpinas *dicimus.* Falſo haberi pro *oxyacantha uulgari* obſeruat Geſn. in Indice. Spino piros inſeri, ut et caeterarum, quas hic enumerat, arborum truncis docet Pallad. Febr. tit. 25, 6.

Ibid. *inertem fetibus ornum*) Virg. G. II, 71: *ornuſque incanuit albo Flore piri.*

65. *Huius et immiſſi rami*) Sic Virg. G. II, 80, inſitionem proprie dictam deſcribit: *alte Finditur in ſolidum cuneis uia; deinde feraces Plantae immittuntur.*

Ibid. *uertere cydonia*) mutarunt, acerbitatem cydoniorum temperarunt piri inſertae. Malum Cydonium a Cydone, urbe Cretae, nomen habet, unde tranſlatum eſſe dicitur. Latinis cotoneum uocatur. *Cydonia tenui lana* uel lanugine ueſtita dicit Calpurn. II, 91.

Caſtaneae ſeptos aſpro uelamine fetus
Exuit, et placido pondere mutat onus.
Meſpilaque exarmat pugnacibus horrida membris,
Et mala tranquillo cortice uota premit.
Creditur in Libycis ſua germina nectere ramis,
Laetaque puniceo poſſe decore frui.

*

PVNICA non alios unquam dignata ſapores
Ma-

70) *uota* A. St. Gr. Com. Miz. Geſn. *ſota* B. R. Riu.

67. *ſeptos aſpro uelamine*) cortice ſpinoſo, quo incluſi ſunt fetus caſtaneae, quem uocare ſolent *echinum*, ab echino piſce, uel ab erinaceo. Hinc Virgilio Ecl. VII, 53 dicuntur *caſtaneae hirſutae* Et Calpurn. II, 82: *Caſtaneaſque nuces totidem, cum ſole Nouembri Maturis nucibus uirides rumpentur echini.* Vid. infra u. 115.

68. *Exuit)* Efficit, ut tales aſperi fetus nulli proueniant. *et placido pondere mutat onus*, et ut ramorum onus, poma, quibus rami granantur, ſint placido pondere, miti, innoxio, minus aſpero, nam *placido* opponitur praecedenti *aſpro.*

70. *Et mala tranquillo cort. uota premit)* Buchnerus, cui merito hic uerſus obſcuriſſimus, aut corruptus uiſus eſt, poſt tentatas aliquot mutationes, hunc demum ſenſum eius, repetita conſideratione, conſtituit, quem ipſe probo: *mala uota* reſpectu meſpili dixit, quae uouet *pugnacibus horrida membris* naſci, ſed opprimitur ab inſita piro. Adiicit Geſnerus, *uota* pro inſtituto et uoluntate poni, huic aetati nouum non eſt.

71. *in Libycis ramis*) in arbore mali Punici.

72 *puniceo decore)* Intelligit pira purpurea. CODRVS.

73. *Punica)* De malo Pu-

Mala, nec externis aſſociata comis,
Ipſa ſuas augent mutato ſemine gemmas,
Et ſibi cognato picta rubore placent.

*

Inſita proceris pergit concreſcere ramis,
Et ſociam mutat Malvs amica pirum.
Seque feros ſiluis hortatur linquere mores,
Et partu gaudet nobiliore frui.

Spi-

78) *ſocia* I. B. R. *ſocium* reliquae, quae praeſto ſunt, A. St. Gr. Miz. Riu.

Punico Plinius ſcribit XIII, 19. ſ. 34: *Sed circa Carthaginem*, inquit, *malum Punicum ſibi cognomen uindicat*, *aliqui granatum appellant*. *Apyrinon* dicitur, cuius nucleus lignum non habet. Martialis in diſtichis. CODRVS. De malo Punico multa dicendi uſus nobis fuit ad carmen Auieni pag. 1296. Tomi V. P. M. ubi et copioſior eius deſcriptio legitur a uerſu 13 ſeqq.

74. *nec externis aſſociata comis*) Non contradicit Palladius his, quae modo de piri inſitione in Punicas dixerat. Pirus inſeri poteſt in Punicam, non contra in pirum ipſa. GESN.

77 *Inſita proceris* caet.) Conferendus Palladius Febr. tit. 25, 17, ubi arbores ſingulas, quibus inſeri malus poteſt, ordine, quo hic loci, enumerat.

78. *mutat malus amica pirum*) Frequentiſſima et uulgatiſſima haec inſitio fuiſſe uidetur, mali in pirum, quia haec fere ſigillatim laudari, prae aliis generibus, a poëtis ſolet. Vid. Virg. G. II, 33. Propert. IV, 2, 18. Calpurn. II, 42.

79. *Seque feros ſiluis*) i. e. malus ſatiua inſeritur malo ſiluestri. CODRVS.

Spiniferas prunos, armataque robora ſentes
  Leuigat, et pulchris ueſtit adulta comis.
Exiguam ſorbum dulci diſtendere ſucco
  Nouit, et ad cupidas flectere poma manus.
Stipitibus gaudet nomen mutare ſalignis,
  Et gratum Nymphis ſpargere flore nemus.
Robora thyrſigero platani concordia Baccho
Feti-

81. *Spiniferas prunos*) De his ad u. 63. *armataque robora ſentes*, i. e. ſentibus, per Graeciſmum, uel per appoſitionem *ſentes* nominat ipſas prunos ſpinif. et *armata robora.*

82. *Leuigat*, iis ſpinas uel aſperitatem demit.

83. *Exiguam ſorbum*) Sorbus noſtris *Sperberbaum*, *Arlesbeer. diſtendere*, ut Virg. de apibus G. IV, 164: *liquido diſtendunt nectare cellas.* Conf. ſupra u. 46. et Colum. hort. u. 306.

84. *ad cupidas flectere poma manus*) Eleganter. Poma grauiora multo ſorbis exiguis inflectunt ramos, ut cupida manus contingere eas facilius queat. GESN.

87. *concordia Baccho*) Hoc dicit propterea, ut recte obſeruat Codrus, quod antiqui ſub umbra platani conuiuari ſolebant. Virg. G. IV, 146: *Iamque miniſtrantem platanum potantibus umbras.* Notauimus hoc dudum ad Pentadii Eleg. de uere, Tom. III. P. M. p. 272. Et conf. noſtrum infra u. 123. Sed maxime ſignificare Palladius hoc loco illud uidetur, quod platanus ipſum uinum amare, eoque radicibus eius infuſo bene nutriri credebatur. Plinius de platanis XII, 1. ſ. 4: *Tantumque poſtea honoris increuit, ut mero infuſo nutriantur. Compertum id maxime prodeſſe radicibus; docuimuſque etiam arbores uina potare.* Martial. IX, 62, 16: *Creuit et affuſo laetior umbra mero.* Et nota eſt Q. Hortenſii ſingularis

Fetibus inſtituit plena rubere nouis.
Illius inſolitas miratur Perſicus umbras,
Populeaeque ferunt candida dona comae.
Meſpilus huic paret, lapidoſaque uiſcera mutans
Tenditur, et niueo plena liquore rubet.
Pro ſudibus fetis, et pro praegnantibus armis,
Caſtaneae fuluum dant noua mala decus.

Ipſa

88) *rubore* omnes editt. ſed *rubere* legendum, erudita emendatio eſt I. Fr. Gronouii Obſeru. I, 5. p. 52. Venit idem in mentem Cl. Morgagno I, 95. Geſn.

laris in platanis ſuis uino irrigandis cura et conſuetudo, de qua refert Macrob. Sat. II, 9.

88. *Fetibus inſtituit pl. rubere nouis*) *inſtituit*, quod ſupra u. 54 *docet.* Virgilius etiam de platanis malo inſitis G. II, 70: *Et ſteriles platani malos geſſere ualentes*

89. *inſolitas miratur*) E Virgilio G. II, 82: *Miraturque nouas frondes et non ſua poma.*

91. *lapidoſaque uiſcera*, quae carne pariter ac nucleis duris conſtant. Vid. not. ad Colum. hort. u. 15.

92. *Tenditur*, ſucco mitiore turget. uid. u. 46.

94. *Pro ſudibus fetis et pro praegn. armis*) Pro ligno et materia caſtaneae, quae alias tantum in ſudes et arma agreſtia inde fabricanda fecunda eſt. Nempe, ut Geſnerus monet, uult indicare, uilem ante caſtaneam, et armis ruſticis adhiberi ſolitam, inſitis malis fieri honoratiorem. Palladius Nou. 15, 2: *Caſtanea mira ſoliditate perdurat in agris, tectis et operibus caeteris inteſtinis, cuius ſolum pondus in uitio eſt.* Pro *praegnantibus* Ianus Vlitius in ſuo exemplari correxerat *pungentibus armis*, ut refert Burmann. ad Anthol. Tom. I. p. 701. Sed *praegnantia arma* ſunt largi-

 ter

*

Ipſa ſuos onerat meliori germine ramos
  Persicvs, et pruno ſcit ſociare genus,
Imponitque leues in ſtipite Phyllidis umbras,
  Et tali diſcit fortior eſſe gradu.

*

Cum praeſtet cunctis ſe fulua Cydonia pomis,
  Alterius nullo creditur hoſpitio.
Roboris externi librum aſpernata ſuperbit,
  Scit tantum nullo creſcere poſſe decus,
Sed propriis pandens cognata cubilia ramis,

Stat,

ter naſcentia e caſtanea, ut *ſudes ſetae*, et quia his reſpondent, tollenda aut mutanda non ſunt.

95. *Ipſa ſuos onerat)* Breuius haec tradit Pallad. Nou. 7, 6: *Inſeritur* (Perſicus) *in ſe, in amygdalo, in pruno: ſed Armenia uel praecoqua prunis, duracina amygdalis, melius adhaereſcunt, et tempus aetatis acquirunt.*

97. *Phyllidis* Vid. ad u. 61.

98. *tali gradu)* i. e. natiuitate, generatione, uel cognatione. uid. ad u. 30.

99. *fulua Cydonia)* intellige arbor, mala Cydonia ferens. *Cum praeſtet cunctis ſe pomis*, hoc explicat ipſe Pallad. Febr. 25, 24: *Menſe Februario cydonia inſeruntur, melius in trunco, quam cortice. recipiunt in ſe ſurculos prope omnis generis Punici, ſorbi, omnium malorum, quae meliora producunt.*

100. *Alterius nullo)* i. e. nulli alteri arbori inſeri poteſt, ſed tantum in ſe. *nullo* pro *nulli* poſitum, more illius aetatis. *creditur*, committitur. de *hoſpitio* uid. u. 19.

103. *pandens cogn. cubilia)* *cubilia* nunc dicit, quae u 49 *ueſtigia*, paullo ante *hoſpitium*, et mox *larem* u. 116, et *gremium* u. 118.

Digitized by Google

Stat, contenta ſuum nobilitare bonum.

*

Aemula dura piri deſpecti mala ſaporis
MESPILVS admiſſo germine tuta ſubit.
Et geminis ſe ſe uiolentior inſerit armis,
Atque auidas terrent robora ſaeua manus.

*

Nec non et CITREI patiuntur mutua rami
Pignora, quae grauido cortice morus alit.
Pomaque paſturi blando redolentia ſucco,

Arma-

106. *tuta ſubit)* h. e. ita, ut ipſa meſpilus inſerta nihil amittat aſperitatis uel ſaporis ſui. Satis bene cepiſſe ſenſum obſcuri uerſus uidetur Codrus: Meſpilus inſeritur piro ſilueſtri, cuius aemula eſt; et cum utraque arbor aſpera ſit, fructus inde fiunt aſperiores.

107. *Et geminis ſe ſe uiolentior)* Et cum utriuſque arboris poma ſint aſpero ſapore armata, hinc meſpilus cum piro coaleſcens quaſi geminata acerbitate ſit uiolentior, aſperior, ut manum carpentium fere deterreat.

108. *Atque auidas --- manus)* Vid. ad uerſ. 84.

109. *Nec non et citrei patiuntur)* Etiam mali citreae rami mutuo ſibi recipiunt ſurculos mori, et morus citri, h. e. inſeruntur moro, ſicut morus citro. De malo citrea ſiue Medica diximus ad Colum. hort. u. 405.

110. *Pignora)* Surculi inſiti ſunt quaſi liberi adoptiui: pignora autem uocari liberos, tralatitium eſt. GESN.

111. *Pomaque paſturi)* Iidem rami citrei *paſturi* h. e. nutrituri (uid. u. 118 et 162.) *poma ſua redolentia, piris,* quibus inſiti ſunt.

ſunt.

Armatis mutant ſpicula nota piris.

*

Prvna ſuis addunt felicia germina membris,
Donaque cognato corpore laeta ferunt.
Exarmat fetus, ſed brachia roboris armat,
Caſtaneae prunus iuſſa tenere larem.

*

Aſſueſcunt Siliqvae uiridi molleſcere ſucco,
Et gremio paſcunt caetera poma ſuo.

Per-

ſunt, *mutant ſpicula;* ramus citreus piro inſitus non erit ſpinoſus, ut alias piri ſolent. GESN.

113. *Pruna ſuis addunt fel. germ. membris)* h. e. in ſe inſeruntur, ut ait noſter Nou. 7, 15. GESN.

115. *Exarmat fetus)* Prunus caſtaneae inſita facit, ut fructus non ſint hirſuti, uel durum corium habentes. *ſed brachia roboris armat*, facit, ut rami fiant ſpinoſi, quales nimirum ſunt pruni.

117. *Aſſueſcunt ſiliquae)* Non hic de ſiliquis leguminum agitur, quales habent piſa, fabae, lupini, phaſeoli, et quarum meminit Virgilius; ſed de *Siliqua Graeca*, quam Graecis κεράτιον uocari Colum. V, 10, 20, et de arb. c. 25 monet, Gloſſae etiam ξυλόγλυκον a ſuauitate fructus. Gallis dicitur *carouge*, Germanis *Iohannisbrodt* uel *Bocksborn*, relataque a nonnullis eſt inter ficos, ficus Aegyptia uocata, (quamquam falſo, cum in Syria Ioniaque maxime naſcatur, Plin. XIII, 8. ſ. 16.) quia nempe non ramis, ſed ipſo caudice fert pomum. Amplius deſcribit Plinius XV, 23. ſ. 26: *Haud procul abeſſe uideantur et praedulces ſiliquae, niſi quod in iis cortex ipſe manditur: Digitorum omnis longitudo illis, et interim falcata pollicari latitudine.*

Perſuadet moris tetrum mutare colorem
  FICVS; et inuaſis dat ſua iura comis.
Se quoque miratur pingui grandeſcere ſucco,
  Et ſolitum gaudet uincere poma modum.
Inſignes foliis platanos, felicia menſis
  Brachia, gaudentes uitis honore comas,
Ingrediens pingui ſe cortice maxima ficus

Ser-

120) *in uaſis* diuiſ. I. B. R.

119. *Perſuadet*, eo ſenſu, quo ſupra *docet* u. 54, *hortatur* 79, *inſtituit* 88. *tetrum color.* i. e. nigrum uel fuſcum, ut Auienus uſurpauit D. O. u. 777. et 1311. *piceum partum* infra uocat u. 133.

120. *inuaſis dat ſua iura comis)* *comae inuaſae* ſunt rami, quos praeter naturam inuaſit ficus illis inſita. GESN.

124. *felicia menſis Brachia)* rami, qui felices et in honore habentur, quod hilaritati conuiuiorum ſeruiunt, quae ſub iis agi ſolent. Vid. u. 87. *gaudentes uitis honore* interpretor, quae amant uino affuſo rigari et nutriri. Vt *honor* alias poëtis pro frondibus et pomis arborum ponitur, ita hic *uitis honor* eius fructus uel uinum eſſe uideatur. Supra u. 60, *nouo flectit honore manus*, i. e. pomo. Plane eloquitur Ouid. Remed. 141: *Quam platanus uino gaudet, quam populus unda.* Hoc loco et alia ratio *honoris* nominati accedit, quia platano uino affuſo ſingularis honor habebatur. Diſerte Plinius XII, 1, de platanis: *Tantumque poſtea honoris increuit, ut mero infuſo nutriantur.*

125. *Ingrediens* h. e. immiſſa, uel inſita in platanum ficus, *pingui* eius *cortice* ita *ſe ſeruat*, creſcit, alitur, ut *maxima* fiat.

Seruat, et optatos implet adepta ſinus.

*

Mutua quin etiam Moris commercia ficus
Praeſtat, et oblatum robore germen alit.
Fraxinus huic auidae confert ſua membra ſorori,
Et metuit fetus ſparſa cruore nouos.
Proceras fagos, et poma hirſuta uirentis
Caſtaneae, duris aſpera mala comis
Inficiens, monſtrat piceo nigreſcére partu,
Et

129) *auide* I. I. A. *auidae* St. Gr. Com. Miz. Riu. Geſn. Ego praetulérim *auide*.

126. *optatos implet adepta ſinus) ſinus* intelligo de ambitu, orbe, amplitudine fici, quos *optatos implet*, ita ut maxime optari poterat implet, ſucco diſtendit, dum fit ampliſſima.

127. *quin etiam moris)* De moris adi Plin. XV, 24. it. XVI, 26. ait enim, quod *non niſi exacto frigore germinat, ob id ſapientiſſima arbor dicta.* (ὀξύμωρον adfectat Plinius, cum *morum ſapientiſſimam* uocat) Palladius autem Febr. 25, *inſeritur*, inquit, *in fico, et in ſe tantum ſub cortice.* Graece dicitur συκάμινος, ut Celſ. 3, 18, et μῶρον fructus, unde medicinalis compoſitio διαμόρων, quod ex ſucco mororum fit. GESN.

130. *Et metuit)* ut ante *miratur* u. 89 et 121. ſed hic *metuit* ponere maluit, quia *cruore ſparſam*, quaſi caedis indicia habentem, dicit. *cruore* uero reſpicit ad cruentum colorem mororum. Colum. hort. 402: *cumulataque moris Candida ſanguineo manat fiſcella cruore.*

131. *poma hirſuta uirentis Caſtaneae)* Vid. ad u. 67.

133. *Inficiens* ſcil. ſucco ſuo per inſitionem. *monſtrat*

Et ſucco paſcit turgida poma nouo.
Obſequitur moris blando terebinthus odore,
Et geminis ueniunt munera miſta bonis.

*

Sorba ſuos partus merito maioris honeſtant
Seminis, et pulchro curua labore nitent.
Haec arbos ſpinae duros mucronibus artus
Exuit, ac libris mitibus arma tegit.

Aurea-

ſtrat idem eſt, ac, quod aliis locis occurrebat, *docet*, *inſtituit*. *piceo nigreſcere partu*, i. e. parturii edere, uel fructum ferre nigri coloris.

135. *blando terebinthus odore)* Terebinthus arbor, cuius quaedam ſpecies habet fructum faba maiorem, odore iucundiorem. Virg. Aen. X, 136: *aut Oricia terebintho*. Ex hac fluit reſina, quae eſt aliis odoratior, ut ſcribit Plin. XIV, 20, ideo Palladius *blandum* appellat terebinthi *odorem*. GESN.

136. *Et geminis uen. m. m. bonis) Gemina* iſta *bona* intelligo eſſe ſuccum ex moro, et odorem e terebintho.

137. *Sorba ſuos partus)* Primum diſtichon intelligo de ſorbo in ſe inſito, qua ratione maiora, ut in caeteris, fiunt poma. GESN.

138. *et pulchro curua labore nitent)* h. e. et pulchrum aſpectum praebent, quando rami maioribus pomis curuati quodammodo laborare uidentur. Horat. C. I, 9: *nec iam ſuſtineant onus Siluae laborantes*.

139. *ſpinae*, intelligo *ſpiniferae pruno*, de qua u. 81. inſita *haec arbos* (ſorbus) *duros mucronibus artus Exuit*, ramos et corticem ſpinis liberat, eos leuiores facit, quod u. 81 dixit *armata robora leuigat*.

140. *libris mitibus arma tegit)* libro, cortice mitiore inducto, *tegit*, occul-

Aureaque annexo miſcere cydonia fetu
Gaudet, et externi dona coloris amat.

*

Inſeritur lauro CERASVS, partuque coacto
Tinguit adoptiuus uirginis ora pudor.
Vmbrantes platanos, et iniquam robore prunum
Compellit gemmis pingere membra ſuis.
Populeaſque nouo diſtinguit munere frondes,
Sic blandus ſpargit brachia cana rubor.

PHYL-

144) *Tingit* B. R. I. I. A. St. Gr. Miz. Riu. *Tinguit* Com. Geſn.

cultat uel opprimit, ne ſentiatur, aſperitatem, qua ueluti armata erat arbor ſpinifera.

143. *Inſeritur lauro ceraſus*) Plin. XXV, 25: *Minus quinquennium eſt, quod prodiere, quae uocant laurea*, (de ceraſis loquitur) *non ingratae amaritudinis, inſita in lauro.* His deſiccatis ſolent coqui noſtri altilia aſſanda replere. GESN. *partuque coacto* i. e. partu, qui ex utraque coaluit, fructu, qui ex utriuſque coniunctione prouenit.

144. *uirginis ora)* Daphnes, quae in laurum mutata. *pudor*, rubor qui in flore et pomo.

145. *iniquam robore prunum)* cortice aſpero. Verſu 81 *ſpiniferas prunos* et *armata robora* dixerat.

148 *Sic blandus ſpargit) blandus rubor*, qui eſt in ceraſis, *ſpargit*, ſparſim occupat et diſtinguit, *brachia cana*, ramos populi cana fronde inſignes. populus ipſa *candida* dicitur Virg. Ecl. IX, 41. *alba* Ouidio Her. IX, 64.

*

Phyllis odoratos primaeuis floribus artus
  Diſciſſi pruni cortice fixa tegit.
Pomaque permutat uelamine perſica miſto,
  Duritiemque docet tegminis eſſe loco.
In modicam tornat ſiliqua tendente figuram,
  Et frondes pulchro ditat odore feras.
Caſtaneamque trucem depulſis cogit echinis
  Mirari fructus leuia poma ſui.

Quin

149. *Phyllis)* amygdalus. Vid. u. 61 et 97. *odoratos primaeuis flor. art.* i. e. amygdalus pruno immiſſa, *artus* brachia, ramos, quos primitus et naturaliter *floribus odoratos* habebat, nunc *pruni* in *cortice fixa tegit*, amittit, euaneſcere facit. uid. u. 140. In Priapeiis: *Amygdalumue flore purpureo fulgens.*

152. *Duritiemque docet)* facit, ut loco tegminis uel corii, quod perſica habent molle et lanuginoſum, durum ligneumque tegmen euadat.

153. *In modicam tornat ſiliqua)* Quando amygdalus ſtirpi ſiliquae commiſſa eſt, fructum non alium, quam teretis et modicae figurae fert, quum contra ſiliqua figuram ſuam *tendat*, longa et falcata ſit. Vid. ad u. 117. *tornat*, rotundat et contrahit in teretem figuram. *tornus* de quauis rotunda breuitate adhiberi ſolet: de quo uid. not. ad Sal. Baſſi carm. ad Piſ. u. 84. *tornum anguſtum* dicit Propert. II, 34, 43.

155. *depulſis echinis)* dimiſſo cortice ſpinoſo, quo ueſtiuntur caſtaneae. Vid. ad u. 67.

*

Quin et amygdaleos ſubeunt PISTACIA ramos,
Et meritum maius de breuitate petunt.
Haec et cognato cingens terebinthus amictu
Nutrit adoptiuis nobilitanda comis.

*

Flumineam ſalicem fecundant ardua membra
Caſta-

158) *Et debitum maius* omnes edd. praeter Riuin. qui locum corruptum agnoſcens ſcribit *Atque decus maius*. Buchnerus *Et meritum* legendum putat, quod et ab aliis receptum uideo, qui uerſum hunc citant. *pretium* coni. Morgag.

158. *Et debitum maius)* Puto legendum *meritum*. Innuit *piſtacia* ob breuitatem amygdalis praeſtantiora. *Meritum* uirtus, pretium eſt. Vid. Hieron. uita Pauli Erem. extr. Sic Orientius ea uoce uſus eſt, ut notat Barthius 42, 17. ſic *merita negotiorum*, *merita chartarum*. Vid. Seuerus Dial. I. de Orient. mon. uirt: I, 3. it. Sauaro ad Sidon. 6, 3. Confirmat hanc emendationem noſtram ipſe Palladius, de ſorbis loquens, cum ait u. 137: *Sorba ſuos partus merito maioris honeſtant Seminis*. Add. I, 5, 6. I, 8, 1. I, 10, 1. BVCHN. Eadem emendatio etiam in mentem uenerat Bocharto Geogr. I, 10. p. 421, B. *Pretium* coniicit Cl. Morg. I, 95 GESN. Ego *meritum* excudendum putaui, quia uſus plurium ſcriptorum ſequioris aetatis, ipſiuſque Palladii, id uerbum poſcit, *debitum* uero non ſolum mendoſum eſt, ſed et hoc loco nullum ſenſum idoneum habet.

159. *cognato cingens amictu)* i. e. cortice, qui ſimilis eſt piſtaciorum illi.

161. *Flumineam ſalicem fecundant)* h. e. Caſtanea, ubi ſalici inſerta eſt, fecundior in arduos denſoſque ramos creſcit, et multo

Caſtaneae, et multo paſta liquore uigent.

*

Arbuteas frondes uaſtae nucis occupat umbra,
Pomaque ſub duplici cortice tuta refert.

*

Caetera, quae ſollers proceſſu temporis uſus
Exprimet, exemplis inſtituere nouis.
Haec ſat erit tenui uerſu memoraſſe poëtam,
Quem iuuat effoſſi terga mouere ſoli.
Carmina tu duros inter formata bidentes
Aſpera, ſed miti ruſticitate, leges.

---

to liquore e ſalicis ſtirpe pariter ac flumine alluente nutrita, bene uiget.

163. *Arbuteas frondes*) *Arbutus* arbor, Graecis κόμαρος, cuius fructus, fragis ſimiles, *arbuta* neutro genere dicuntur. *uaſtae nucis occupat umbra*, i. e. arbuto *nux uaſta*, nempe iuglans, quae et *magna* dicitur Varroni I, 16, 6, inſeri poteſt, quod et tradit Virg. G. II, 69: *Inſeritur uero et fetu nucis arbutus horrida.*

165. *Caetera*, i. e. Quod ad caetera attinet. *quae ſollers uſus exprimet*, de his *inſtitueris* alio tempore *nouis exemplis. exprimet* dixit, ut laborem et induſtriam in experiendo et inquirendo indicet, ſequens Virgilium, qui uerbo *extundere* uſus eſt G. I, 133: *Vt uarias uſus meditando extunderet artes.*

170. *Aſpera*, *ſed miti ruſticitate, leges*) Ruſticitas haec non de carmine Palladii, ut quidem Geſnerus uult, ſed de legente Paſiphilo intelligenda uidetur. Docent hoc oppoſita, *aſpera* et *miti*. Licet carmina mea ſint aſpera, tu tamen ea leges *miti ruſticitate*, nempe pro ſolito quidem illo tuo ſtudio

rei

rei ruſticae, uerum quod minime ruſticum eſt, ſed mite, coniunctum cum urbanitate, amore, humanitate. In hanc ſententiam Ouid. Am. III, 10, 17, de Cerere: *Nec tamen eſt, quamuis agros amet illa feraces, Ruſtica; nec uiduum pectus amoris habet.* Alio ſenſu *ruſticitatem* de libro ſuo uſurpabat u. 6.

III.

III.

VOMANI

DE LAVDIBVS HORTVLI.

Adeſte Muſae, maximi proles Iouis,
Laudes feracis praedicemus hortuli.
Hortus ſalubres corpori praebet cibos,
Varioſque fructus ſaepe cultori refert:
Olus ſüaue, multiplex herbae genus,
Vuas nitentes, atque fetus arborum.
Non deſit hortis et uoluptas maxima,

Mul-

4. *Varioſque cultus ſaepe cult. ref.)* Sic Will. Pith. Scal. et editiones uet. Catal. Virg. Burmannus coniecturam N. Heinſii in contextum admiſit *Varioſque fructus*, quae facile ſe cuique probabit, ſiquidem uulgata lectio non parum inepta et inconcinna eſt. Verbum *refert*, quod eſt rependit, redire facit, poſcit omnino *fructum*, qui cultori redit ex labore et cultu ſuo, non cultus ipſe. Videturque haec emendatio confirmari uerbis Virg. Ge. II, 36, *fructuſque feros mollite colendo*, ubi ſimiliter nonnulli librarii ueteres male ſcripſerunt *cultuſque feros.* Oudendorpius hoc loco coniiciebat *Varioſque luxus.*

7. *Non deſit hortis*) *deſit* Petau. cod. Lugd. et Geneu. edit. Pithoei, ſed Pariſina *deſit*, quod etiam Will. Scal. et editt. uet. Catal. Virg. dederunt. Et ſic ſaepe poëtae. Lucret. II, 1141: *Quandoquidem grandi cibus aeuo denique* de-

Multiſque miſta commodis iucunditas.
Aquae ſtrepentis uitreus lambit liquor,
Sulcoque ductus irrigat riuus ſata:
Flores niteſcunt diſcolore gramine,

Pin-

deſit. Virg. Ecl. II, 22: *Lac mihi non aeſtate nouum, non frigore deſit.* Prudent. Cathem. IV, 85: *Non deſit tamen anxiis medela.* :

8. *Multiſque miſta commodis) commixta modos* in Petau. et Thuan. cod. *Multiſque commixta modis* in edit. Vicet. Brix. et Ven. Willichius aptius ad metrum edidit *Multiſque commiſta eſt modis iucunditas.* Praeferenda tamen lectio, quam ipſi dedimus.

9. *uitreuſque lambit liquor)* Aliquot codd. et edit. antiquae habent *ambit*, quod metro minus aptum eſt. Sed huic conſulens Willichius edidit *Aquae ſtrepentes, uitreuſque ambit liquor.* Magis tamen arridet lectio uulgata. *lambit*, quod plures editiones praeferunt, ualde uſitatum poëtis de fluuiis et aquis alluentibus. Notum eſt Horatii C. I, 22, 7: *quae loca fabuloſus Lambit Hydaſpes.* Auienus frequentiſſime, ut D. O. 575. 694. 951. *praelambit* idem u. 495. 1076. 1329. Caeterum fluminis uel riui alluentis meminit hic auctor, quoniam ueteres olitores uiciniam riui uel aquae fontanae ad omnium culturam hortorum requirebant. Vid. not. ad Colum. Hort. 23

10. *Sulcoque ductus)* qui e proximo lacu uel amne, ſulco effoſſo, deductus eſt. Nam uerbo *deducere* uel *inducere* utuntur poëtae hac in re. Vid. Colum. Hort. 143. Virg. Ge. I, 106 et ibid. u. 269. Hinc *deductos fontes* uocat ep. 61 libri III Anthol. Lat. quod ipſi infra dabimus, et Martial. XII, 31, *ductile flumen aquae. Sulcus* hic dicitur, qui aliis *canalis.* Vid. Calpurn. II, 35. 96.

11. *Flores niteſcunt)* pro *nitent.* inchoatiuis uerbis pro ſimplicibus ſaepe utuntur ſerioris aetatis poëtae.

Iul-

Pinguntque terram gemmeis honoribus.
Apes ſuſurro murmurant gratae leui,
Cum ſumma florum, uel nouos rores legunt:
Fecunda uitis coniuges ulmos grauat,
Tex-

fulgeſcere pro fulgere uidimus in Nemeſiani Halieut. u. 87. Tomo I. p 184. antiquus auctor epigr. de Muſis: *Melpomene reboans Tragicis ferueſcit iambis.* Pro *gramine* Lindenbrogius uolebat *germine*, quod et nonnulli codices praeferunt. ſed *gramine* de floribus in uſu poëtarum bene fundatum eſt, et de cuiuſcumque herbae caulibus, foliis, fibris uſurpatur. Notauimus hoc ad Calpurn. II, 32. Hinc *gramen habentes herbas* dicit Ouid. in Ib. 403 *floreum gramen* Martial. IX, 91.

12. *Pinguntque terras*) *terram* rectius in Puteano, Voſſiano et Thuani codice, et ſic etiam Aldus. *gemmeis honor.* i e. foliis gemmarum inſtar nitentibus. Sic florum et hortorum pulchritudinem exprimere ſolent poëtae. Colum. Hort 37: *quo ſidere primum Naſcantur flores, Paeſtique roſaria gemmant.* Peruig. Ven. u. 13: *Ipſa gemmeis purpurantem pingit annum floribus.* Ipſe Vomanus in epigr. de quatuor anni tempeſt. apud Pith. lib. IV. p. 170: *Ver pingit uario gemmantia prata colore.*

13. *Apes ſuſurro murmurant*) Apum mentionem facit, quia apiaria in hortis, uel hortis uicina, ſtatuebant, ut haberent apes florum et herbarum copiam mellificio exercendo. Vid. Virg. Ge. IV, 109. *ſuſurro murmurant leui* expreſſa uidentur e Virgiliano loco Ecl. I, 56: *ſepes Hyblaeis apibus florem depaſta ſalicti Saepe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.*

15. *Fecunda uitis* caet.) Vitem in hortis dicit uel ulmis applicatam, uel trichilae contextis arundinibus nixam ſurgere. *Coniuges ulmos* uocat coniugatas et coniunctas uitibus, quam coniunctionem ſub con-

Textaſue inumbrat pampinis arundines,
Opaca praebent arbores umbracula,
Prohibentque denſis ſeruidum ſolem comis.
Aues canoros garrulae fundunt ſonos,
Et ſemper aures cantibus mulcent ſuis.

Ob-

coniugii et maritationis imagine deſcribunt. Columella XI, 2, 79: *Vlmi quoque recte uitibus maritantur.* Catullus in Carm. nuptiali LXII, poſtquam *uitem uiduam* dixerat nulli arbori allegatam, mox de eadem u. 54: *At ſi forte eadem eſt ulmo coniuncta marito.* Horat. Epod. II, 9: *adulta uitium propagine Altas maritat populos.*

16. *inumbrat pampinis arundines*) nempe *uitis inumbrat pampinis ſuis.* perperam *pampinus* ſcripſerunt cod. Thuan. Voſſ. et edit. Vicet. Brix. Venet. cum Will. Per *textas arundines* intelligit trichilam, uel pergulam, iugamento quodam arundinum contextam, cui arbores uariae, in primis uites applicari ad umbram faciendam ſolebant. Diximus de trichila ad uerſum 8 Copae: *Eſt trichila umbriferis frigida arundinibus*, et ad Colum. Hort. u. 378.

17. *praebent umbracula*) Beda de conſl. ueris et hiem. u. 49: *Et uirides rami praeſtent umbracula feſſis.*

18. *Prohibentque denſis ſeruidum*) Videtur alluſiſſe ad uerba Horatii C. II, 15, 9: *Tum ſpiſſa ramis laurea feruidos Excludet ictus.* Similiter Calpurn. V, 2: *Torrentem patula uitabant arbore ſolem.*

20. *Et ſemper aures cantibus*) Sic ediderunt Will. Pith. Scal. Plant. Riu. alii, quamquam cod. Voſſ. et Aldus uitioſe habent *Et ſeper auras cantibus mulcent ſuis.* Cantus auium inter oblectamenta hortorum etiam meminit auctor Eleg. in ob. Maec. u. 35: *Pieridas Phoebumque ciens in mollibus hortis Sederat argutas garrulus inter aues.*

Oblectat hortus, auocat, paſcit, tenet,
Animoque moeſto demit angores graues:
Membris uigorem reddit, et uiſum capit:
Refert labori pleniorem gratiam,

Tri-

21. *Oblectat hortus, auocat)* In pleriſque editionibus legitur *aduocat.* Sed Burmannus *auocat* excudendum curauit, auctoritate codic. Petau. et Thuan. item antiq. edit. Vicet. Brix. et Venet. Catalect. Virg. tum Heinſii et aliorum eruditorum, qui ſic emendandum cenſuerunt. Hunc egomet ſequor. *Aduocat* et *auocat* ſaepe permutari a librariis, iam notaui ad Calpurn. IV, 50. Aptius hoc loco *auocat,* quod notat animum paullum abducere a rebus negotiiſque feriis, eaque interrumpere ad tempus. E pluribus locis ueterum, quibus Burmannus hanc emendationem et uerbi ſignificatum illuſtrat, hunc ualde appoſitum Quinctiliani refero, Inſtit. X, cap. 3, 23, ubi de ſeceſſu ruris et hortorum: *Mihi certe iucundus hic magis, quam ſtudiorum hortator, uidetur eſſe ſeceſſus. Namque illa ipſa,* quae delectant, *neceſſe eſt* auocent *ab intentione operis deſtinati* caet. Addo Senec. Epiſt. LVI, prope finem: *nulla res nos auocabit, nullus hominum auiumque concentus interrumpet cogitationes bonas.* Hunc auocationes et auocamenta dicuntur, quae fiunt animi oblectandi cauſſa.

23. *Membris uigorem reddit)* Huic conuenit, quod Auſonius in Roſis u. 6. *per compita horti errat, Maturo cupiens ſe uegetare die.*

Ibid. *et uiſum capit) uiſus* cod. Pet. et Thuan. ed. Vicet. Brix. et Venet. *rapit* legit Chriſtius ad Villaticum pag. 273. quod probo. hoc eſt, ad ſe trahit, ut in loco Quintiliani ſupra prolato, *ſiluarum amoenitas et praeterlabentia flumina* caet. *et ipſa late circumſpiciendi libertas ad ſe trahunt.* BVRM.

Errabam riguis per quadrua compita in hortis,
Maturo cupiens me uegetare die.
Vidi concretas per gramina flexa pruinas
Pendere, aut olerum ſtare cacuminibus,
Caulibus et patulis teretes colludere guttas,
Et caeleſtis aquae pondere tunc grauidas.

Vidi

gas. Maximianus Eleg. I, u. 276: *Sed mihi uenturos melius praeuertere caſus, Atque infelices anticipare dies.* Plura exempla dabit Heinſius ad Ouid. Met. III, 235.

5. *per quadrua compita in hortis*) Recte ita edidit Scriuer. ſecundum plures edit. et codd. Willichius, ut et editt. Catalect. Virg. Vicet. Brix. Ven. et Iunt. *per quadrua compita in herbis.* Aldus in utraque editione an. 1517 et 1534 *per quadra et compita in hortis.* Sunt autem *quadrua*, ut explicat Vinetus, quadrata uel quadrangula, ueluti cum ambulationes duae, quaſi uiae duae, inter ſe ſecant in medio horto: uel ſunt uiae anguſtae, quae ſe permeant in quadrum et diſtinguunt areas. Haec quadrua deſcribi arbitror a Colum. Hort. u. 92: *Anguſtoſque fores aduerſo limite ducens, Rurſus in obliquum diſtinguat tramite paruo.*

9. *teretes colludere guttas)* Optima haec lectio plurimorum exemplarium. quidam codices *concludere*, alii *conducere*. Guttae colludere dicuntur, quando plures una haerentes in folio, turgentes humore et *teretes* micare inter ſe, concurrere atque una ludere uariante ſplendore uidentur.

10. *Et cael. aquae pondere tunc grauidas)* Scribendum eſt, ſi quid uideo, *nunc grauidas.* nempe *colludunt* guttae, quia nunc affluente rore uel caeleſti aqua grauidae fiunt, et pondus acquirunt, ut inclinare, ruere incipiant. Hoc idem eſt, quod Peruigilium Ven. ſignificat u. 17: *Lacrimae micant tremen-*

Vidi Paeſtano candere roſaria cultu,
  Exoriente nouo roſcida Lucifero.
Rara pruinoſis canebat gemma frutetis,
  Ad primi radios interitura die.
Ambigeres, raperetne roſis Aurora ruborem,
  An daret, et flores tingeret orta dies.

Ros

mentes de caduco pondere: Gutta praeceps orbe paruo ſuſtinet caſus ſuos.

11. *Paeſtano candere roſaria cultu)* *gaudere* edidit Tollius, ut legitur in Petau. Voſſ. Iun. cod. et omnibus edd. ueſuſtis. Sed quae eius uerbi ſatis apta uis huic loco eſſe poſſit, non uideo. Scriuerius edidit *candere*, quod magis placet. Vidi, inquit, roſaria huius horti eo *cultu*, decore, pulchritudine *candere*, nitere; quaſi eſſent ipſa Paeſtana, quandoquidem *nouo Lucifero exoriente* tota erant *roſcida*, roris guttis, quaſi gemmis diſtincta. quod ipſum deinceps declarat. Vid. notata ad uerba Columellae Hort. u. 37: *Paeſtique roſaria gemment.*

14. *Ad primi radios inter. die)* Vera haec lectio eſt codicis Iunian. et ed. Ald. Aſcenſ. Will. Scriu. Toll. et *die* poſitum pro *diei* ſecundum Virgil. G. I, 208: *Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas.* Sic in ſimilibus *fide* pro fidei, *acie* pro aciei, *requie* pro requiei apud Auſon. in Idyll. IV, 4, ubi uid. not. Tollii. Infra u. 47: *paucis licet interitura diebus.* Barthius hic legendum iudicat *Dei* pro *die*, et Deum pro Sole, ut alias ſaepe, dici κατ' ἐξοχήν.

15. *raperetne roſis Aurora ruborem)* Inepta eſt lectio, quae in Vicet. Brix. Venet. et Iunt. (item Willich.) ed. exſtat, *raperetne roſis tunc aura ruborem.* quod forte e uerſu tertio deriuatum, ſed omnem loci elegantiſſimi uenuſtatem turbat. BVRM.

Ros unus, color unus, et unum mane duorum;
Sideris et floris nam domina una Venus.
Forſan et unus odor; ſed celſior ille per auras
Difflatur: ſpirat proximus iſte magis:
Communis Paphie dea ſideris, et dea floris,
Praecipit unius muricis eſſe habitum.
Momentum intererat, quo ſe naſcentia florum
Germina comparibus diuiderent ſpatiis.

Haec

17. *unum mane duorum)* Roſae et Luciferi, ſeu Aurorae ipſius; cum qua Lucifer oritur. VIN. Sic Peruig. Ven. u. 21: *Humor ille, quem ſerenis aſtra rorant noctibus*, Mane *uirgines papillas ſoluit humenti peplo. Ipſa iuſſit* mane *ut udo uirgines nubant Roſae.*

19. *Forſan et unus odor)* nempe ſideris et floris.

20 *Difflatur: ſpirat prox)* Sic Scriuerius edidit, atque haec eſt lectio ueturum editionum. ſed in cod. Iuniano legitur *Effluit et ſpirat*, et in Leid. *Defluit*. Tollius hinc confecit aliam, quam genuinam putat: *Diffluit: exſpirat proximus iſte magis*; ſed cuius mihi uis et utilitas non ſatis apparet. Senſus eſt: ſed odor ille ſideris; quia celſior eſt, difflatur et euaneſcit per auras, ita ut non ſentiatur: iſte autem floris, quia proximus, ſpirat et ſentitur magis.

22. *Praecipit)* i. e. iubet, uult. nempe hoc eodem modo accipiendum eſt, quo auctor Peruigilii Ven. toties ſolet *iuſſit* de Venere praedicare. Vid. in primis not. ad u. 22. *unius muricis*, eiuſdem coloris purpurei.

23. *Momentum intererat) intereat* uitioſe nonnullae antiquae edit. *neſcentia florum* in Voſſiano ſcripto legi, notauit Tollius.

24. *comparibus diuiderent ſpatiis)* Sic uulgatae omnes. Sed quid ſit hoc loco

Haec uiret anguſto foliorum tecta galero;
  Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Haec aperit primi faſtigia celſa obeliſci,
  Mu-

loco *diuidere*, quid *ſpatia*, quid *comparia ſpatia*, difficulter explico. Poteſt hic ſenſus eſſe: *Momentum tantum temporis* intercedebat, quum ſe naſcentia florum germina, roſae naſcentes, quae *comparibus ſpatiis*, pari temporis momento, idem creſcendi ſpatium nactae eſſent, *diuiderent*, diſtinguerent ſe ab aliis nouo incrementi genere. Sed, ut Burmannus annotat, in cod. Leid. et Iuniano *diſparibus* extat, quod mihi fere ad ſenſum facilius et expeditius eſſe uidetur. Nempe paullum temporis intererat, quum ſe naſcentes roſae ita *diuiderent* paullatim, ac magis magiſque explicarent, ut pro *diſparibus ſpatiis* temporis, quibus ſingulae proceſſiſſent, diſpares etiam incrementi gradus et formas oſtenderent. Haec ſententia uidetur ſequentibus uerſibus declarari, tum etiam cum alius carminis, quod deinceps proponemus, uerſu conuenire: *Naſcebantur adhuc, neque erat par omnibus aetas.*

25. *Haec uiret anguſto)* h. e. Principio roſa *uiret* tantum, uiridem colorem habet, dum adhuc ſub anguſto et uiridi foliorum tegmine, tanquam *galero tecta*, latet. Quod *galerum* hic uocat auctor, in aliis carminibus *nodus* eſt, Appuleio *ſpineum tegmen* dicitur lib. X. p. 232 ed. Pric.

26. *hanc tenui folio)* Voſſianus ſcriptus: *Hanc tenus et folio.* Heinſius et Burmannus coniecerunt *Hanc tenui filo*, quod ſane placeret, ſi auctoritas ſuppeteret. Sed et uulgata lectio elegans eſt. Alius, quippe gradus incrementi roſae eſt, quando tenuis folii purpura, uelut nota aliqua, e uiridi tegmine emicat.

27. *faſtigia celſa obeliſci)* *Obeliſco* et metae ſimilis eſt roſa, ubi nata eſt, priuſ-

Mucronem abſoluens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exſinuabat amictus,
Iam meditans foliis ſe numerare ſuis.
Nec mora, ridentis calathi patefecit honorem,

Pro-

priuſquam tota aperiatur. VIN. Similiter *pyramidas* appellat carmen Flori de roſis, *papillatos corymbos* aliud. Plane aliter hunc uerſum legi in Voſſiano libro Tollius, et in Leidenſi Burmannus inuenit: *Haec aperit primae florens praeludia formae*. ſed haec interpolata uidentur.

28. *Mucronem abſoluens*) faſtigium, *uerticem* et quaſi cuſpidem *ſoluens*, laxans, aperiens. VIN. Heinſius emendare uoluit *Mucronem euoluens*. ſed hoc non opus eſt, et uulgata lectio idem uult, quod Heinſius, reſoluens, relaxans. quo ſenſu *abſoluere* occurrit in Lucilii Aetna u. 344. *Mucro* idem eſt, quod ante faſtigium. In alio carmine *ſpicula florum* dicuntur.

29. *illa exſinuabat*) Ita bene ediderunt Scriu. Toll. Burm. Willichiana editio et aliae uetuſtiores habent *exinuabat*, quod idem ſonat. Eſt autem *exſinuabat* explicabat, quaſi ſinu expanſo. In Epigrammate proxime proponendo: *Huic dum uirgineus pudor extenuatur amictu*, ubi Scriuerius poſt Salmaſium emendat *exſinuatur*. Quem hic auctor *amictum* roſae, Peruig. Ven. u. 22 nominat *humentem peplum*.

30. *foliis ſe numerare ſuis*) h. e. folia ſua ita laxare et explicare, ut numerari poſſint.

31. *ridentis calathi*) Laeti, iucundi, exhilarantis contemplantem calycis. Roſae enim ſe pandentis *calycem* uidetur dixiſſe Plinius, quem hic poëta *calathum*, eodemque tropo. VIN. *ridentem* calathum interpretor ſolutum et explicatum, quemadmodum ridentium uultus ſolui et explicari dicitur. Similiter carmen, mox ſecuturum, de roſis: *Tertia non totum calathi patefecerat orbem.*

Prodens incluſi ſemina denſa croci.
Haec modo, quae toto rutilauerat igne comarum,
Pallida collapſis deſeritur foliis.
Mirabar celerem fugitiua aetate rapinam;
Et dum naſcuntur, conſenuiſſe roſas.
Ecce et defluxit rutili coma punica floris,
Dum loquor, et tellus tecta rubore micat.

Tot

32. *ſemina denſa croci*) folia crocei coloris denſe conferta. infra u. 37, *coma punica floris. luteos apices* uocare Plinius uidetur lib. XXI, 4. ſ. 10: *Paullatim rubeſcens dehiſcit, ac ſe ſe pandit, in calycis medio ſui ſtantis complexa luteos apices.*

33. *Haec modo*) Sic omnes ſcripti et editi: tantum Leid. Mſ. *Nec modo.* Et Scriuerius edere maluit *Ac modo*, nulla cauſſa. *toto igne comarum,* i. e. omnibus comis, foliis, igneo colore rubentibus. Ouid. Met. XI, 385: *Proſilit et nondum totos ornata capillos.*

35 *fugitiua aetate rapinam*) Legendum *ruinam* uult Burm. quia innuat roſae ſubito marceſcentis interitum, illuſtratque loco Ouidii ex Pont. I, 4, 6: *Aetatis facta eſt tanta ruina meae.* Sed haec emendatio plane ſuperflua, et *rapina* aptius uocabulum roſae intereunti deſcribendae, quia interitus eius fit *rapina* et abſceſſu foliorum decidentium, quae et *defluere* dicuntur u. 37, et *rapi* u. 42. *cordis rapinam* dixit Cato Dir. u. 182.

37. *defluxit rut. coma punica fl.) punica* pro punicea, purpurea, rubra. *defluxit* i. e. decidit, hoc elegantius, quia proprie *defluere capillus* dicitur, Plin. X, 67. et *defluuium capillorum*, Plin. XXVIII, 11.

38. *Dum loquor*) Haec ſollennis formula, ad ſignandum breue temporis momentum. Horat. C. I, 11, in fine: *Dum loquimur,*

fuge-

Tot ſpecies, tantoſque ortus, uarioſque nouatus
Vna dies aperit, conficit una dies.
Conquerimur, Natura, breuis quod gratia florum eſt:
Oſtentata oculis illico dona rapis.
Quam longa una dies, aetas tam longa roſarum;
Quas

fugerit inuida Aetas, carpe diem, quam minimum credula poſtero. Ouid. ex Pont. IV, 3, 58: *et quae tibi laeta uidentur, Dum loqueris, fieri triſtia poſſe puta.* Plura affert Burm.

39. *carioſque nouatus)* *uarias* et *nouas* mutationes ac formas. Verbum ſatis nouum *nouatus*, uerbale quartae inflexionis. VIN.

40. *Vna dies aperit)* In uetuſtis edd. Vicet. Brix. Ven. et Iunt. (ut in Willich:) *Ipſa dies aperit, conficit ipſa dies.* ſed recte in Aldinis, Aſcenſ. et Tornaeſ.: *Vna dies aperit, conf. una d.* ut edidit Scriuer. et a codice Iuniano firmatur. *conficit* eleganter, pro enecat, proſternit. ſic Lucretio lib. I, 905: *ignes Conficerent uulgo ſiluas, arbuſta cremarent.* caet. BVRM. Mihi *conficit* hoc loco ſimpliciter eſt finit, abſoluit. Senſum enecandi non admittunt *ſpecies, ortus, nouatus.*

41. *breuis quod gratia florum eſt)* Suauiter Val. Flacc. VI, 492: *Lilia per uernos lucent uelut alba colores Praecipue, queis uita breuis, totuſque parumper Floret honor, fuſcis et iam Notus imminet alis.* Hinc Horatio C. I, 36, 16, *breue lilium*, et *nimium breues flores roſae* C. II, 3, 13. dicuntur.

42. *Oſtentata oculis)* h. e. Quin, cum uix oſtenderis tua dona oculis noſtris, illico rapis. Verbo *oſtentare* utitur ad eum ſenſum, quo Virgilius breuem Marcelli gloriam notat Aen. VI, 870: *Oſtendent terris hunc tantum fata, neque ultra Eſſe ſinent.*

Quas pubeſcentes iuncta ſenecta premit.
Quam modo naſcentem rutilus conſpexit Eous,
Hanc rediens ſero ueſpere uidit anum.
Sed bene, quod, paucis licet interitura diebus,
Succedens aeuum prorogat ipſa ſuum.
Collige, uirgo, roſas, dum flos nouus, et noua pubes,

Et

44. *iuncta ſenecta premit)* pone ſequitur, inhaeret et opprimit. Horat. C. I, 4, 16: *Iam te premet nox, fabulaeque manes.* Aliter idem expreſſit Sulei. Baſſus carm. ad Piſ. 138: *Ver fugit aeſtates, aeſtatum terga laceſſit Pomifer autumnus.*

45. *Quam modo naſc. rut. conſp. E.)* Burmannus hic manifeſtam ait imitationem apparere fragmenti ex Smyrna Heluii Cinnae, quod profert Seru. ad Virg. Ge. I, 288: *Te matutinus flentem conſpexit Eous, Et flentem paullo uidit poſt Heſperus idem.* Sed et ſimilis ſententia Ouidii Met. V, 440: *Illam non rutilis ueniens Aurora capillis Ceſſantem uidit, non Heſperus.*

46. *Hanc rediens)* ſcil. Eous, uel Lucifer. Loquitur ex opinione uulgi, quam admittunt poëtae, ſtellam, quae ortum ſolis antecedat, eiuſdem occaſum ſubſequi, quando fortaſſe maiorem ſtellam aliam, ueſpere prae aliis conſpicuam, pro Veneris aſtro accipiunt imperiti. *anum,* ſenem, uetulam. VIN. Inuerſo modo Horatius C. II, 9, 10: *nec tibi Veſpero Surgente decedunt amores, Nec rapidum fugiente Solem.*

48. *Succedens,* refloreſcens, denuo germinans, ſuccedanea prole extendit aeuum ſuum.

49. *Collige, uirgo, roſas)* Virginem alloquitur, quia uirgines maxime delectari floribus, iiſque colligendis operam dare ſolent; Vid. Ouid. Met. V, 393. tum quia roſae imaginem uirginalis tum pudoris, tum aeui praebent.

Et memor eſto, aeuum ſic properare tuum.

A. INCERTI, *de Roſis* *).

O quales ego mane roſas procedere uidi!

Na-

*) Ita inſcripſi, licet in ſchedis Salmaſianis et Diuion. ſimpliciter *de Roſis*. Duobus enim ſequentibus praefigunt eaedem ſchedae EIVSDEM, licet primo epigrammati non ſit adpoſitum poëtae nomen. Vnde patet, haec tria priora eundem habere auctorem, ſed incertum. quarto FLORI nomen praemittunt. Edidit primum et quartum ex codice Salmaſ. Scriuerius ad Peruig. Ven. 445 et 446. et ex eo Almelouenius in Epigr. uet. p. 12 et 13. et tertium primumque nuper Iod. Ioh. Struchtmeyer in Animadu. Crit. p. 88 et 89. ſecundum ac tertium ſub Luxurii nomine profert idem Scriuerius p. 453 et 454. ſed inter Luxurii Epigrammata non inueni, ex Salmaſiano et Diuion. codice deſcripta. Quartum, cui FLORI nomen praefigitur, ex ſuo codice dedit Salmaſ. ad Spartiani Hadrian. c. 16. p. 155. et poſt Palladium, ſub titulo FLORI ROSA, aliis incertorum uett. poëtarum Epigrammatibus inſeruit Riuinus, licet male Floro tribui, et ἄδηλον eſſe, ſed errorem natum, quia de floribus ac praeſertim roſis agat, exiſtimet ad Peruig. Ven. p. 74. ubi primum epigramma etiam affert, et illud FLORI ab Opitio germanice uerſum notat. BVRM. Qui quatuor ſequentia epigrammata exhibet Anthol. Lat. lib. III, ep. 288-291.

1. *O quales*) In Diuionenſi cod. *Aequales* extabat, quod a manu recentiori in margine Salmaſ. et Leid. erat adſcriptum. BVRM. Sed hoc *Aequales* cum uim ſententiae debilitat, tum contrarium eſt ei, quod ſequitur: *neque erat par omnibus aetas*. Aequales enim re uera ſunt, quibus par aetas eſt.

Naſcebantur adhuc, neque erat par omnibus aetas.
Prima papillatos ducebat . . . . corymbos;
Altera puniceos apices umbone leuabat;
Tertia non totum calathi patefecerat orbem,
Quarta ſimul nituit, mutato tegmine floris.

Dum

3. *Prima* ſcil. roſa, ut deinceps *altera*, *tertia*. lacunam huius uerſus Burmannus implet *fronte corymbos*, Oudendorpius implebat *tecta cor.* idque mihi placet, quia hic uerſus conuenire cum Elegiae Auſonii u. 25 uidetur: *Haec uiret anguſto foliorum tecta galero. papillatos corymbos* uocat corticem roſae nondum apertae uiridem, in mucrones uel ſpicula exeuntem, forma *papillae*, ſiquidem hos ipſos auctor Peruigilii Ven. u. 14 *ſurgentes papillas* uocat. et *papillatum corymbum* etiam Hieronymus epiſt. XXVI. ad Pammachium.

4. *umbone leuabat)* in uertice uel faſtigio paullum aperto attollebat. *umbo* proprie eſt clypei pars media editior, apicem acutum habens.

5. *calathi patef. orbem)* Vid. Auſon. Roſ. u. 31.

6. *ſimul nituit)* Id mihi uidetur eſſe *tota nituit*, ſingulis roſae partibus pariter conſpicuis, quia *Tertia non totum.* Ita enim *ſimul* interdum exprimere totam rem uidetur, reſpectu habito plurium eius partium, quas totum ſimul complectitur. Liuius VI, 4: *Roma cum frequentia creſcere, tum tota ſimul exſurgere aedificiis coepit. nituit* ſplendorem roſae plenae et adultae exprimit, ut *lucere* flores dicuntur in Colum. Hort. u. 293.

Ibid. *mutato tegmine floris)* *nudato* legendum monuit Cannegieterus ad Auian. fab. 38. p. 212. Oudendorpio placuit *mutati* uel *nudati germine floris*, ut refert Burmannus. ſed lectio uulgata recte ſe habet, et ſenſus eius uerus quae-

Dum leuat una caput, dumque explicat altera nodum,
Huic dum uirgineus pudor extenuatur amictu,
Ne pereant, lege mane roſas; cito uirgo ſeneſcit.

B.

quaerendus eſt. *mutato tegmine* eſt ablato, remoto, depoſito, ſiquidem Gronouius Obſeru. lib. III, cap. 1, pluribus locis ueterum probauit, *mutari* ſaepe idem eſſe, ac moueri, auferri de loco, quoniam hoc ipſo rei ſitus ac ſtatus mutatur, uel definit. Quando *tegmen* floris ita mutatur, uel ita amouetur et ſeparatur a nodo, ut tegmen floris eſſe deſinat, tum roſa tota nitet.

8. *extenuatur amictu)* E Salmaſii emendatione, quam Scriuerius probat, haud dubie legendum eſt *exſinuatur*, i. e. exſoluitur. Hoc confirmant, teſtante Burmanno, ſchedae Diuionenſ. tum uerſus plane ſimilis Elegiae de Roſ's, 29: *Vertice collectos illa exſinuabat amictus*. Peruig. Ven u. 21: *Mane uirgineas papillas ſoluit humenti peplo*. Et u. 25: *Cras ruborem, qui latebat ueſte tectus ignea, Vuido marita nodo non pudebit ſoluere*. Qui illic *rubor*, hic *uirgineus pudor*. Conf. Colum Hort. 261.

9. *cito uirgo ſeneſcit)* In cod. Salm. et Leid. lacuna erat inter *roſas* et *uirgo*, et *cito* tantum margini adſcriptum a manu recentiore. Hoc tamen a Scriuerio editum magis placet, quam codicis Diuion. ſcriptura *ſic uirgo ſeneſcit*, licet hanc praeferat Burmannus. *uirgo* quidem *ſeneſcens* proxime intelligitur *roſa*, ſiquidem ſimiliter Auſonius de roſ. u. 36: *Et dum naſcuntur, conſenuiſſe roſas*. ſed tamen reſpicitur ſimul uirgo puella, et admonetur fragilitatis ſuae, ut fecit Auſonius in fine.

B. EIVSDEM, *de Roſa.*

Aut hoc riſit Amor, aut hoc de pectine traxit
Purpureis Aurora comis, aut ſentibus haeſit
Cypris, et hic ſpinis inſedit ſanguis acutis.

C. EIVSDEM, *de Roſis* *).

Hortus erat Veneris, roſeis circumdatus herbis,
Gratus ager dominae, quem, qui uidiſſet, amaret.
Dum

10. *Aut hoc riſit Amor)* Quod roſa tam pulchrum ridet et nitet, hoc aut Amor effecit, qui ei tantum nitorem riſu et oſculo afflauit; aut Aurora, quae aliquid purpurae, comis ſuis purpureis pectine detractum, roſis adiecit; aut denique Venus, ſanguine eius ſpinis. roſae, quibus inhaeſerat, affuſo. Tres haſce ortae in roſa purpurae etiam Peruigil. Ven. u. 23 coniungit: *Facta Cypris de cruore, deque Amoris oſculis, Deque gemmis, deque flammis, deque Solis purpuris.* *de pectine traxit* praeter morem dictum uidetur pro *detraxit pectine*, aut *de* abundat, quod ſaepius fit in Peruig. Ven.

*) Videtur hoc Epigramma ab auctore ad exemplar carminis Anacreontici XL, cui ſimile Theocriti Idyll. XIX extat, eſſe compoſitum, quo Amor ab apicula inter roſas cubante in digito punctus, et doloris ex uulnere impatiens, queſtum it ad matrem.

14. *quem, qui uidiſſet, amaret)* Sic in Petronii deſcriptione Loci amoeni, quam ſtatim dabimus: *Dignus amore locus.* Videtur eo dicto alludi ad ἔτυμον *amoeni.* Nam Iſidor. Orig. XIV, 8: *Amoena loca Varro dicta ait, eo quod ſolum* amo-

Dum Puer hic paſſim properat decerpere flores,
Et uelare comas, ſpina libauit acuta
Marmoreos digitos: mox ut dolor attigit artus,
Sanguineamque manum, tinxit ſua lumina gutta:
Proruit ad Matrem frendens, defertque querelas:
Vnde Roſae, Mater, coeperunt eſſe nocentes?
Vnde tui flores pugnare latentibus armis?

Bella

amorem praeſtent, et ad ſe amanda alliciant.

17. *Marmoreos digitos)* marmoris inſtar nitentes. Sic *marmoreus pollex* Ouid. Met. XIII, 746. *marmorea manus* Martial. VIII, 56, 14. *marmoreum pectus* Lucilius apud Non. Marcell. in *ſtare*, pag. 391.

18. *tinxit ſua lumina gutta)* Suauius Virgil. Aen. I, 228: *lacrimis oculos ſuffuſa nitentes Alloquitur Venus.* Pariter Ouid. ex Pont. II, 3, 90: *Gutta per attonitas ibat oborta genas*

19 *Proruit ad matrem)* Vnde ſic ediderit Scriuerius, ignoro. nam in cod. Salm. Leid. et Diuion. *Peruenit.* BVRM. Certe *proruit* ſignificantius eſt, magiſque accedit ad Anacreonticum illud l. c. Δραμὼν δὲ καὶ πεταςθεὶς Πρὸς τὴν καλὴν Κυθήρην.

21. *pugnare latentibus armis)* Scriuerius e coniectura ſua, temere corrigens ſcripturam codd. edidit: *Vnde tui flores pungunt latitantibus armis.* Sed in codice Salmaſ. et Leid. eſt *Vnde tui flores pugnant latentibus armis*, et in margine utriuſque correctum *pugnare*, nempe *coeperunt*, quod praeceſſit: in Diuionenſi *pugnare nocentibus*, ubi quidem *nocentibus* uitioſum, quia *nocentes* modo praeceſſit, ſed *pugnare* confirmatur; quod uerbum hoc magis aptum et neceſſarium eſt, quod ſequentia ad hoc reſpiciunt *Bella gerunt mecum.* Et Palladius de inſit. u. 69 *pugnacia membra* tribuit arbori, quae corticem aſperum et ſpinoſum habet. E ſcriptura memorata codicum

ſponte

Bella gerunt mecum. Floris color et cruor unum.

D. FLORI, *de Roſis.*

Venerunt aliquando Roſae. proh ueris amoeni
Ingenium! una dies oſtendit ſpicula florum,
Altera pyramidas, nodo maiore tumentes;
Tertia iam calathos: totum lux quarta peregit
Floris opus. pereunt hodie, niſi mane legantur.

E. INCERTI, *de Roſa.*

Eſt roſa flos Veneris, cuius quo furta laterent,

Har-

ſponte emergit lectio, quam ipſe edidi.

24. *ueris amoeni Ingenium*) quam mirabilis natura, ratio et uarietas in procreatione et incremento roſarum. Sic *ingenia coenarum, noctium*, a Plinio et Tacito pro uariis commentis et generibus ciborum et libidinum ponuntur.

25. *Altera pyramidas*) Pyramidas uocat, quas Auſonius *obeliſcos*, ſuperius carmen *papillatos corymbos*, Plinius *alabaſtros* lib. XXI, 4. ſ. 10. cuius uerba et noſtrum poëtam explicant: *Germinat omnis* (roſa) *primo incluſa granoſo cortice. Quo mox intumeſcente, et in uirides alabaſtros faſtigato, paulatim rubeſcens dehiſcit, ac ſe ſe pandit.*

28. *Eſt roſa flos Veneris*) Burmannus Anthol. Lat. lib. V, ep. 217, unde ipſe huc tranſtuli, hos uerſus in marmore repertos proferri ait a Cerda ad Virgil. Aen. I, 734. Tom. II. p. 134. Recitat etiam, auctore non nominato, Stuckius Antiquit. Conuiual. lib. III, cap. 16. fol. 352. b. ex eoque Almelouenius Amoenit. Theol. Philol. p. 159. Qui ex eo epigrammate docent, poëtas finxiſſe Cupidinem, Veneris fili-

Harpocrati matris dona dicauit Amor.
Inde roſam menſis hoſpes ſuſpendit amicis,
Conuiuae ut ſub ea dicta tacenda ſciant.

filium, Roſam Harpocrati ſilentii Deo apud Graecos (ut et Angerona apud Romanos) conſecratam eſſe uoluiſſe, eoque munere eum decoraſſe, ut roſa loquacibus exhiberetur, ueluti ſilentii ſymbolum. Atque hinc morem illum profectum, ut multis in locis Germaniae in coenaculis roſa lacunaribus ſupra menſae uerticem affixa conſpiciatur, atque ut prouerbio apud Germanos peruulgato dicatur: *Haec ſunt ſub roſa acta* uel *dicta*. Equidem ſcio, hoc etiam apud Romanos in conuiuiis obſeruatum, ut hoſpes curaret, *ne fidos inter amicos Sit, qui dicta foras eliminet*, ut Horatius ait Epiſt. I, 5, 25. quocum conf. Martial. X, 48, 21. Etiam hoc uulgatum, tantum roſarum uſum in conuiuiis fuiſſe, ut non modo conuiuae corollis roſeis caput cincti accumberent, ſed ipſae etiam menſae roſis iniectis cumularentur. Docet Ouid. Faſt. V, 335: *Tempora ſutilibus cinguntur tota coronis, Et latet iniecta ſplendida menſa roſa.* Conf. Salmaſ. ad Spartian. Ael. Verum cap. 5. Vnde prouerbium ex ipſo more Romano naſci potuit, ut *ſub roſa dicta* dicerentur, quae inter conuiuandum, ſub fide ſilentii in conuiuiis ſeruandi. Neque tamen ipſius prouerbii memoriam in antiquitate extare, neque morem roſae e lacunari ſuſpendendae ſatis antiquum eſſe arbitror. Poëta hunc morem celebratiorem reddere cupiens, cauſſam eius finxit, roſam Harpocrati dicatam. Vnde is auctor an inter antiquos referendus ſit, adhuc dubito.

30. *ſuſpendit amicis)* Burmannus edidit *amici*, ſed Stuckius rectius *amicis*.

V.

ALIORVM AVCTORVM CARMINA MINORA DE HORTORVM ET RVRIS AMOENITATE.

A. PETRONII *Deſcriptio loci amoeni* *).

Nobilis aeſtiuas platanus diffuderat umbras:
Et baccis redimita daphne, tremulaeque cupreſſus:
Et circumtonſae trepidanti uertice pinus.
Has inter ludebat aquis errantibus amnis

Spu-

*) Ita edidit Scaliger lib. II Catalect. p. 255. ex Petronio cap. 131. ſed forte praeſtat *Luci* pro Loci. BVRM. Anthol. Lat. lib. III, ep 54

1. *Nobilis aeſtiuas -- umbras) Nobilis* platanus, quia praecipua dignitate inter arbores erat, et ſingulari cura nutriebatur. Vid. not. noſtr. ad Palladii u. 87 et 124. et conf. Heinſ. Aduerſ. I, 10. *Vmbrae* platanorum in primis celebrantur, hinc Palladio *Inſignes foliis* u. 123, et *umbrantes* u. 145 dicuntur.

2. *redimita daphne)* i. e. laurus. In uulgatis Petronii editionibus hic uerſus tertio ſubiicitur.

3. *Et circumtonſae trep. uert. pinus)* quae, ramis circum aequaliter in orbem expanſis, quaſi circumtonſae uidentur. Hoc ſenſu *teretem malum* a Palladio dici, notaui ad eius u. 59.

4. *Has inter ludebat aquis errantibus)* Hanc lectionem uindicat Burmannus in notis ad Petron. nam alii *trepidantibus*, alii *ludentibus*. *Ludere*

Spumeus, et querulo uerſabat rore lapillos.
Dignus amore locus: teſtis ſilueſter aëdon,
Atque urbana Procne: quae circum gramina fuſae,
Ac molles uiolas, cantu ſua rura colebant.

B.

dere amnis dicitur, undis tremulo motu ſubſultantibus, ut explicat Burm. ibidem. Vnde *ludias undas* Scaliger ad Catulli Carm. XXXII interpretatur. Chriſtius in Villat. p. 268 putat legendum eſſe *currebat aquis ludent*. aut, ut alii, *ludebat aquis errant*.

5. *querulo uerſabat rore)* iactabat, uoluebat ſuſurrante lympha. In epigr. 63 libri III Anthol.: *Ecce recurrentes qua uerſat fluctus arenas, Diſcolor attrita calculus exit humo.* Auctor Copae: *Eſt ſtrepitans rauco murmure riuus aquae.* Ouid. Met. II, 456: *Ibat et attritas uerſabat riuus arenas.*

6. *ſilueſter aëdon)* Sic primae editiones et Tragur. cod. Petronii, quod ſeruandum putat Burm. ſed *ſilueſtris* edidit Scaliger, et probauit Heinſ. ad Ouid. Met. VI, 468. Veſpa Iud. coc. et piſt. u. 53: *Tu facis, in lucis ut cantet triſtis aëdon.*

7. *urbana Procne)* Ita recte dicitur hirundo, quia urbem maxime frequentat, eoque diſtinguitur a *ſilueſtri* aëdone. quomodo etiam explicat Barth. Aduerſ. XXIII, 24. Atque hanc diuerſitatem naturae in utraque aui diſerte notant poëtae, ubi fabulam Prognes et Philomelae attingunt. Ouid. l. c. *quarum petit altera ſiluas, Altera tecta ſubit.* Et Lucil. Iun. Aetn. u. 582: *Philomela canoris En uolat in ſiluis, et tu, ſoror, hoſpita tectis Acciperis.*

Ibid. *circum gramina fuſae)* i. e. ſparſae per gramina temere et paſſim uagantur. Val. Flacc. I, 252: *molli iuuenes funduntur in alga.*

B. *Item.*

Idaeo quales ſudit de uertice flores
Terra parens, quum ſe confeſſo iunxit amori
Iupiter, et toto concepit pectore flammas.
Emicuere roſae, uiolaeque, et molle cyperon,
Albaque de uiridi riſerunt lilia prato.
Talis humus Venerem molles clinauit in herbas,
Can-

9. *Idaeo quales)* Scaliger hoc epigramma eodem loco, quo ſuperius, protulit ex Petron. cap. 127. unde ultimum uerſum addidi, qui in illius Catalectis deſiderabatur, et in codice eius Petroniano male inſerebatur inter quartum quintumque uerſum epigrammatis, quod apud Petron. cap. 128 legitur, et incipit *Nocte ſoporifera.* ubi in margine notauerat uir illuſtris, ſe in duobus aliis V. C. illic eum non inueniſſe. BVRM.

10. *confeſſo iunxit am.)* Alii, ut ipſe Scaliger, *uinxit*, ſed uulgatam lectionem praeferunt uterque Burmannus. *confeſſus amor* eſt non furtiuus et occultus, ſed apertus, declaratus, legitimus. Auctor Eleg. in mortem Druſi u. 305: *Tu confeſſus amor, tu ſolus et ultimus illi*, quomodo ibi legendum uidetur Burmanno. Et *amor* hic pro coniuge, ut *apertum coniugem* Propertius uocat IV, 3, 49. De Ioue etiam Statius Theb. I, 257: *illam odimus urbem Quam uultu confeſſus adis.* Pari ſenſu *profeſſum* dici notauimus ad Calpurn. I, 55, et X, 22.

12. *molle cyperon)* Τὸ κύπειρον dicitur Graecis et ὁ κύπειρος, herba odorifera, quae, ut *roſmarinus*, in noſtris hortis uulgaris, et retento Graeco nomine Cyperis dicitur, barbaris etiam Cypria. Alia eſt *cupreſſus* arbor, κυπάρισσος ERHARD. ad Petron.

14. *clinauit*, pro *clamauit*, ut in Catalectis Scaligeri et codice MS. pro quo

Candidiorque dies ſecreto fauit amori.

C. *E Priapeiis, Ep. LII. Priapus.*

Quid hoc negotii eſt, quaue ſuſpicer cauſſa,
Venire in hortum plurimos meum fures?
Cum quiſquis in nos incidit, luat poenas,
Et uſque curuos excauetur ad lumbos?
Non ficus hic eſt praeferenda uicinae,
Vuaeque, quales flaua legit Arete:
Non mala truncis adſerenda Picenis,

Py-

quo conieceram *molles Venerem inclinauit in herbas;* ſed quod poſtea uidi occupaſſe Hadrianidem. BVRM. Compoſito uſus eſt Cato in Dir. u. 117: *Aut inter uarias, Veneris ſtipendia, flores Membra reclinarit, teneramque illiſerit herbam.* Fortaſſe *clamauit* ſeruari poteſt, idque poſitum eſt pro *uocauit*, *inuitauit* in herbas, quamuis hoc ſenſu id uerbum ſeriore demum latinitate uſurpatum eſſe norim. Inſcriptio epigrammatis 39 Luxorii ſic habet: *De eo, qui amicos ad prandium clamabat, ut plura expoſceret xenia.*

3. *quiſquis in nos incidit)* Quaedam edit. *incidat.* Cod. Voſſ. *incidit in nos.* Heinſius, probante Burmanno, legendum duxit *Cum quiſque, ut in nos incidit, luat poenas.*

6. *flaua legit Arete)* In edit. Vicent. Brix. et utraque Aldi legebatur: *Vuaeque quales flaua non legit Crete*, quod et in aliis, et in Scioppiana. Sed emendationem certam confirmant plerique codices, quos recenſet Burmannus. Intelligitur autem Arete, Alcinoi Phaeacum regis uxor, ex Hom. Odyſſ. VII, 54. cuius etiam meminit Orpheus Argon. u. 1312. et Apollon. IV, 1013.

7. *Non mala truncis adſe-*

Pirumue tanto quod periculo captes:
Magiſque cera luteum noua prunum,
Sorbumue uentres lubricos moraturum.
Praeſigne rami nec mei ferunt morum,
Nucemue longam, quam uocant Auellanam,

Amyg-

ſerenda) Alii ſcripti uel editi *Non poma truncis aſſeruanda*, uel *obſeruanda.* In cod. ſecundo Heinſii et Wittiano legebatur *Non poma eſſe ruenda.* Auancius legebat *inſerenda.* Optime, inquit Burmannus, ſed tamen *adſerenda* non eiiciendum uidetur, quod notat mala uel poma nobilia, quae *adſerenda*, uindicanda, *truncis Picenis*, uel habenda pro pomis Picenis uideantur. Nam poma Picena ueteribus laudatiſſima. Horat. Serm. II, 4, 70: *Picenis cedunt pomis Tiburtia ſucco, Nam facie praeſtant*

9. *Magiſque cera luteum) Cerea pruna* ſaepiſſime dicuntur, ut in Copa, u. 18, et infra in Epigr. F. u. 5. *cereola* Colum. Hort. 404.

10. *uentres lubricos moraturum)* i. e. quod aluum fluidam ſiſtit, propter auſteritatem. Sic Martial. XIII, 116, de uino Signino: *Potabis liquidum Signina morantia uentrem.* De ſorbis ſimiliter Martial. XIII, 26: *Sorba ſumus, molles nimium durantia uentres.*

11. *Praeſigne rami)* Nonnullae editiones, ut Scioppiana et Lugdun. 1560, *praepingue* habent, quod repudiat Heinſ. ad Ouid. Her. V, 125.

12. *quam uocant Auellanam)* E ueſtigiis plurium Mſſ. in quibus *quae uocatur alua*, *alna* uel *alania* ſcribitur, Scaliger legendum putauit *quae uocatur et calua*, uel *quae uocatur Albana.* Albana uero nux ſecundum Gloſſas Iſidori eſt Praeneſtina, quae et Auellana, auctore Macrobio Sat. II, 14, atque ex arbore eſt, quae dicitur corylos. Hanc autem nucem Graeci Ponticam uocant.

Amygdalumue flore purpureo fulgens.
Non braſſicarum ferre glorior caules,
Betaſue, quantas hortus educat nullus,
Creſcenſue ſemper in ſuum caput porrum.
Nec ſeminoſas ad cucurbitas quemquam,

Ad

cant. De caluis et Auellanis nucibus pluribus agit Salmaſ. ad Solin. p. 424.

13. *flore purpureo)* Scaliger συνίζησιν agnoſcit in *purpureo*, ut *uillo ſpectabilis aureo;* id tamen durum putat Burmannus, ideoque mauult *flore purpurae fulgens.*

14. *Non braſſicarum ferre)* Dedi hunc uerſum ex emendatione Burmanni, quae mihi omnium facillima, et uetuſtis Mſptis bene inſiſtere uiſa eſt. Nam in ſcriptis et editis corruptiſſimus extat. Ipſe Burmannus cum Scaligero edidit: *Non braſſicae fero guloſior caules.* Sic pariter in utraque Aldina, Scioppii, aliiſque. Vetuſtae Vicent. Brix et Ven. habebant *Non braſſicarum fero guloſior caules*, Mediceus pr. duo Heinſii, et Voſſianus: *Non braſſicarum fero glorioſior caules.* In primo Fabric.: *Non braſſicarum glorioſior.* Wittianus *Non braſſicarum fero glorioſior caulae.* In aliis *Non braſſicarum ferculum prius caulis*, quod interpolatum uidetur Burmanno. Emendationes uarias ab eodem recitatas breuitatis cauſſa omitto. *Caules* braſſicae in primis tribuuntur. Colum. Hort. 129: *Frigoribus caules, et ueri cymata mittit*, et u. 325: *Sed cum iam ualido pingueſcit lurida caule Braſſica.*

16. *in ſuum caput porrum)* De porro capitato loquitur. Colum. Hort. u. 167: *Nunc capitis porri longo reſoluta capillo Laetetur* ſc. tellus. Auctor Moreti u. 74: *et capiti nomen debentia porra.* Ad utrumque locum uid. not.

17. *Nec ſeminoſas ad cucurbitas) Praegnantem* cucurbitam dicit Colum. Hort. u. 380, et de ſeminibus eius legendis deinceps agit.

Ad ocymumue, cucumereſue humi fuſos
Venire credo, ſeſſileſue lactucas:
Nec ut ſalaces nocte tollat erucas,
Menthamque olentem, cum ſalubribus rutis,
Acreſque caepas, alliumque fibratum.
Quae cuncta quamuis noſtro habemus in ſepto,
Non pauciora proximi ferunt horti;
Quibus relictis, in mihi laboratnm
Locum uenitis improbiſſimi fures.

Ni-

18. *Ad ocymumue)* De ocimo, uel ozymo egimus ad Colum. Hort. 319. *cucumeres humi fuſos* amplius deſcribit idem u. 378: *more chelydri Sole ſub aeſtiuo gelidas per graminis umbras Imortus cucumis.*

19. *ſeſſileſue lactucas)* *ſeſſileſque lact.* in utroque cod. Heinſii et Holſten. *ſciſſileſque* in Wittiano, *fiſſileſque* in edit. Ven. ſed perperam. nam ſic *ſeſſiles lactucae* etiam Martiali III, 46, 8: *Illic uideres frutice nobili caules, Et utrumque porrum, ſeſſileſque lactucas.* Ab eodem *lactuca ſedens* uocatur lib. X, 48, 9.

20. *ut ſalaces n. t. erucas)* Martialis loco iam citato u. 10: *Nec deeſt ructatrix mentha, nec herba ſalax. Herba ſalax* eſt eruca, quomodo et Ouid. A. A. II, 422 *libidinoſae erucae* in Priap. ep. 48. Alia uide annotata ad Colum. Hort. 109. Quae Martiali eſt *mentha ructatrix*, eam *olentem* noſter uocat.

22. *alliumque fibratum)* Sic ueriſſime emendauit Scaliger, nam in Mſſ. et edd. uetuſtis extabat *furatum.* Moretum u. 88: *cum ſpiſſis allia fibris.* et Colum. Hort. 112: *iam teneris frondens lactucula fibris, Alliaque infractis ſpicis.*

26. *Locum uenitis)* In cod. Holſteniano *Hortum* pro *locum.*

Nimirum apertam conuolatis ad poenam,
Et uos hoc ipſum, quod minamur, inuitat.

D. *Ex iiſdem, Ep. XV. de malis pulcherrimis, ad Priapum* *).

Qualibus Hippomenes rapuit Schoeneïda pomis,
Qualibus Heſperidum nobilis hortus erat:
Qualia credibile eſt ſpatiantem rure paterno
Nauſicaam pleno ſaepe tuliſſe ſinu:

Quale

27. *conuolatis ad poenam*) Quidam codd. et edd. uet. *praedam.* Sed nihil frequentius in Priapeiis, quam poenam indici furibus, atque eadem plane ſententia occurrit Ep. 65: *Furatum uenit huc amore poenae.*

28. *Et uos hoc ipſum*) Syllabam in *hoc* correptam notauit Faërnus ad Terent. p. 7. qui Virgilio uel Ouidio hoc Epigramma male adſcribit. BVRM. Poterat ſcribere *Et uos id ipſum.*

*) Sic inſcripſit Riuinus in Collectione de re herbaria.

1. *rapuit Schoeneida pomis*) Atalantam dicit, Schönei, Scyri regis, filiam, quam Hippomenes curſu ſuperauit, pomo aureo obiecto. Ouid. Metam. X, u. 575 ſeqq. Hygin. fab. 185. Claudian. laud. Ser. u. 170: *Hippomenes trepidus curſu ferroque ſecutam Aurato uolucrem flexit Schoeneida pomo.* Mentionem eius faciunt quoque Ouid. Her. XXI, 123. Virg. Eleg. ad Meſſ. u. 25. *rapuit*, quod omnes codd. et edd. uetuſtae ſeruant, expono mouit, ad ſe conuertit, et a curſu uiaque abſtraxit. Claudianus *flexit*. Ouid. Am II, 19, 19: *Tu quoque, quae noſtros rapuiſti nuper ocellos.*

4. *Nauſicaam pleno*) Nauſicaa Alcinoi, Phaeacum regis, cuius hortos laudat Homerus, et Aretes filia. De hac etiam

Mar-

Quale fuit malum, quod littera pinxit Acontî,
Qua lecta cupido pacta puella uiro eſt:
Talia cunque puer dominus florentis agelli
Impoſuit menſae, nude Priape, tuae.

E. *De Malis Matianis* *).

Haec poterant celeres pretio tardare puellas,

Haec

Martial. XII, 31: *Si mihi Nauſicaë patrios concederet hortos, Alcinoo poſſem dicere, malo meos.*

5. *quod littera pinxit Acontî*) Fabula de pomo, quo inſcripto et in ſinum Cydippes coniecto Acontius eam iurare fecit, ſibi nupturam, expoſita ab Ouidio eſt duabus epiſtolis inter Heroid. XX et XXI. Idem A. A. I, u. 457: *Littera Cydippen, pomo perlata, fefellit: Inſciaque eſt uerbis capta puella ſuis.*

6. *cupido pacta puella uiro eſt.*) Burmannus pro *pacta* forte ſubſtituendum *capta* putat, quod eo uerbo Acontius et Cydippe apud Ouidium ſaepe utantur. Sed ſi haec ſufficiens ratio mutandi eſt, aeque multa earum epiſtolarum loca pro lectione *pacta* militabunt, e. g. XX, 7: *Coniugium pactamque fidem, non crimina, poſco.* et u. 157: *Haec mihi ſe pepigit, pater hanc tibi.* XXI, 4: *niſi, ut ipſe fateris, Promiſſam ſcires me ſatis eſſe ſemel.* u. 185: *quod adhuc tibi pacta puella Non tua ſit.*

7. *Talia cunque puer*) *Talia quinque* in ed. Ald. 1534, ſed *Talia cunque* in eiuſd. ed. an. 1517, et in illis, quae Aldum praeceſſerunt. BVRM.

*) Exſtat apud Pithoeum lib IV, 150, et Scalig. lib. II Catalect. p. 251, qui inſcribunt *de Malis Matianis*, ut in ſchedis Salmaſ. *Mala Matiana* uidentur in prouerbium abiiſſe, pro egregiis et delicatis; eaque Romae uenalia maximo in honore fuiſſe. aduecta e quodam pago, in Alpibus ſito prope Aquileiam, teſta-

Haec fuerant Veneri iudice danda Phryge.
Nam ſic ingenuo flaueſcunt mala colore,
Vt ſuperent auro uera metalla ſuo.

2. *de Malis Matianis. Laus.*

His conſtat Veneri praelatae gratia formae,
Haec moriente ſacrum perdidit angue nemus.

3.

ſtatur Athenaeus lib. III, cap. 7. Et hinc memorantur ueteribus non ſemel, ut Columellae libro V, cap. 10, 19. et Macrob. lib. II, c. 15, ubi de diuerſis malorum et pirorum generibus agit; eaque a *Caio* uel *Cneo Matio* nomen habere indicat Plinius lib. XV, cap. 14. quem ex equeſtri ordine, Auguſti amicum, et arborum ſerendarum ſtudioſiſſimum fuiſſe tradit lib. XII, cap. 2. BVRM. qui hoc et tria ſequentia epigr. recenſet Anthol. Lat. lib. III, ep. 208 -- 211. De *Caio Matio* rei ruſticae ſcriptore, et mali Matiani inuentore, ago Tomo IV Poët. Min. pag 569. ſeq.

1. *celerem puellam* malebat Heinſius, et probat Burman. ut Atalantam (non Hippomenen, ut ille) innuat. Vid. ſupra carm. D. 1.

2. *iudice Phryge*, in iudicio Paridis Phrygis.

3. *ingenio* pro *ingenuo* in cod. Voſſ. ut in ſchedis Salmaſ. perperam.

4. *uera metalla*) Metallum ſaepe ſimpliciter pro auro. Val. Flacc. V, 231: *uellera -- ardenti quercum complexa metallo.* De horto Heſperidum Lucan. IX, 364: *Robora -- rutilo curuata metallo.* Calpurn. IV, 140: *Et date perpetuo caeleſtia fila metallo.*

5. *His conſtat Veneri)* His malis, uel eiuſmodi malis, a Paride traditis, Veneri conſtitit, teſtatum, certum factum eſt, formae eius reliquis praelatae ſummam gratiam eſſe

6. *Haec moriente ſacrum)* Talia fuerunt mala,

quae

3. *Aliter. Vituperatio.*

His contemta Deûm genuit diſcordia menſa,

Prodidit atque urbem his Briſeïda ſuam.

F. AL-

quae nemus uel hortus Heſperidum amiſit, ab Hercule ablata, angue eius cuſtode interfecto. Breuiter hanc fabulam poetarum narrat Lucan. IX. 357 ſeqq.

7. *His contemta Deûm*) Verſus obſcurus, et fortaſſe corruptus. In ſchedis Salmaſ. Burmannus lectum eſſe dicit *tenuit diſcordia menſam*. Qua e lectione, ſi Diſcordia maiore littera ſcribatur pro nomine Deae Eridis, hic ſenſus erui poteſt: *His* malis proiectis *Diſcordia*, licet *contemta* a Diis, nec ad epulum admiſſa, tamen *Deûm menſam tenuit*, occupauit et turbauit. Oudendorpius coniiciebat *Deûm genuit*, quo nihil effici uideo ad ſenſum. Sed uulgata lectio explicari poſſe uidetur, ſi *diſcordia* pro neutro plurali nominis *diſcordium* accipiatur, hac ſententia: *His* pomis in medium proiectis ab Eride, *menſa Deûm contemta*, epulum Deorum, quod ſe contemnere prae pomis iſtis a ſe miſſis oſtendebat, *genuit diſcordia*, lites et contentiones inter Deas concitauit. *Diſcordium* pro diſcordia cadente latinitate uſitatum fuiſſe, demonſtraui ad Calpurn. Ecl. I. uerſum 57: *Publica diffudit tacito diſcordia ferro*. Excurſu I. ad Calp. Fabulam de Eridis pomo narrat Hyginus fab. 92.

8. *urbem his Briſeïda ſuam)* Nota hanc uocem duabus primis correptis ſyllabis, tertia producta: et in primo caſu *Briſeïda* pro Briſeis, ut *Chalcida* pro Chalcis. quae ſequioris aetatis indicia ſunt. Vid. Munckeri notas ad Hygin. fab. 184. ſic *Gorgona*, *Amazona* et ſim. BVRM. *urbem* intelligit auctor Lyrneſſum, patriam Briſeïdis, quam euertit Achilles Briſeïde abducta. Sed pomo proditam a Briſeïde, a quo ſcriptore uetere memoretur, non-

F. ALCIMI *de Donis a Leſbia miſſis.*

Lux mea puniceum miſit mihi Leſbia malum,
Iam ſordent animo caetera poma meo.
Sordent uelleribus hirſuta Cydonia canis,
Sordent hirſutae munera caſtaneae.
Nolo nuces, Amarylli, tuas, nec cerea pruna:
Ruſticus haec Corydon munera magna putet.
Horreo ſanguineo male mora rubentia ſucco,
Heu graue funeſti crimen amoris habent!

Miſit

nondum, quaerens licet, inueni. Et prudenter de eo tacuit Burmannus.

1. *Lux mea puniceum)* *Alcimi* uel *Alcinoi* nomen huic epigrammati, certe non ineleganti, inſcribitur a nonnullis, et inter Petroniana Catalecta relatum eſt in edit. Patiſſou. p. 164, et in ed. I. P. Lotich. p. 88. Sub titulo *Alcimi* etiam edidit Binetus pag. 10. et Frellon. p. 227. BVRM.

3. *uelleribus hirſ. Cyd. canis)* Expreſſit e Virg. Ecl. II, 51: *cana legam tenera lanugine mala.* Calpurn. II, 91: *Cerea ſub tenui lucere Cydonia lana,* i. e. lanugine, quae hic *uellera.* Conf. Pallad. de inſit. u. 65.

4. *hirſutae mun. caſtaneae)* Sic dicuntur Virg. Ecl. VII, 53. Vid. Pallad. u. 67.

6. *Ruſticus haec Corydon m. m. putet)* Reſpicit illa Virgilii Ecl. II, 52: *Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala, Caſtaneaſque nuces, mea quas Amaryllis amabat, Addam cerea pruna, et honos erit huic quoque pomo.*

7. *ſanguineo m. mora rub. ſucco)* *ſanguineo cruore* dicit Colum. u. 402. Et Pentadius Eleg. de fortuna u. 9: *Sanguine poma rubent triſti nece tincta repente.* Vid. notata ad utrumque locum.

Miſit dente leui paullum libata placentae

Munera, de labris dulcia mella ſuis.

Neſcio quid plus melle ſapit, quod contigit ipſa,

Spirans Cecropium dulcis odore thymum.

G. *Tria Epigrammata de Citrio* *).

I.

Septa micant ſpinis felicis munera mali,

Quae

12. *Cecropium dulcis odore thymum)* Burmannus inficetum hunc uerſiculum putat, ubi, quo illud *dulcis* referas, non appareat. Ergo corrigit *Spirans Cecropium dulcius ore thymum*, uel *Cecropio dulcius*, ut Galatea Corydoni erat *thymo dulcior Hyblae* apud Virg. Ecl VII, 37. Similiter Statius Silu. II, 1, 48: *blandis ubinam ora arguta querelis, Oſculaque implicita uernos redolentia flores.* Ego non refragor, quo minus ſic legatur. Sed uide an ſcribendum ſit *dentis odore*, quia praeceſſit *dente leui libata*. Cecropius fauus, ros, mel, thymum, frequentia admodum poëtis pro dulcedine loquelae, et ſuauitate oris. Martial. VII, 68: *Cuius Cecropio pectora rore madent.*

*) *De Citrio)* Haec tria epigrammata ſuppeditarunt codex Salmaſ. Leidenſis, et Diuionenſis. Duo priora protulit Salmaſ. ad Solin. Tom. II, pag. 956. ed. Par. (et pag. 671. ed. Traj.) ubi multa de malis citreis. et ex illo primum adfert Emmeneſ. ad Virg. II. Georg. 126. BVRM. qui haec epigrammata repetiit Anthol. Lat. lib. V, 184-186.

1. *Septa micant ſpinis)* ſic in cod. Salmaſ. *Lapſa* in ſchedis Diuionenſ. in quibus etiam *felicis munera mali*, quod rectum eſt, atque etiam a Salmaſio ad Sol. l. c. receptum. Burmannus *tempora*, quod eſt reliquorum codd. edidit.

 Ci-

Quae tulit ut Circi aureus ora tumor.

Hippomenes tali uicit certamina malo,

Talia poma nemus protulit Heſperidum.

2. *Ali-*

Citrium eſſe, quod alias malum Medicum, confeſſa fere inter eruditos res eſt. *Septa ſpinis* dicuntur, quod ſpinae multae et acutae et robuſtae in citreo malo, ut ait Salmaſ. p. 672. *felix* malum etiam a Marone Ge. II, 127. dicitur Medicum: quod quidem (uerba haec ſunt Heynii ad eum locum) de arbore ſi dicitur, ad fecunditatem proprie reſpicit. Et ſane citri fetus perpetua ſucceſſione ſuccreſcunt. Nunc tamen ad ſalubritatem potius epitheton ſpectare uidetur, ut contra infelix, infauſtum, eſt, quod nocet. Pro ueneni antidoto habitum eſſe pomum Medicum, etiam ex Theophraſto, Dioſcoride, Plinio, conſtat; nec forte iniuria, in certis ſaltem uenenorum generibus.

2. *ut Circi aureus ora tumor)* In cod. Salmaſ. uitioſe ſcriptum erat *aureus orat umor.* Explicat Salmaſius p. 671: Vt circi ora uel ambitus eſt, ita tumor aureus in citro. Circi ambitum ouata, non orbiculata facie fuiſſe, qualis et citrei forma eſt, norunt eruditi. Nihil tamen Salmaſius de ſenſu uerbi *tulit*, quod mihi difficile intellectu eſt, niſi accipere uelis pro extulit in faſtigium, uel extendit, quia ouata eius forma.

3. *uicit certamina malo)* Emmeneſ. ad Virg. G. II, 126, male dedit *certamine.* De Hippomene diximus ſupra ad D. 1.

4. *nemus protulit Heſperidum)* Athenaeo teſte lib. III, p. 83, Iuba docuit, quod apud Libyes uocetur Heſperidum, malum citri eſſe, atque eius arboris mala inde ab Hercule in Graeciam tranſlata, aurea-

que

2. *Aliter.*

Stat ſimilis auro Citri mirabilis arbor,
Omnibus Autumni anteferenda bonis.
Haec ornant menſas, haec praeſtant poma medelam,
Cum quatit incuruos tuſſis anhela ſenes.

3. *Aliter.*

Omne genus mali dignum eſt aſſurgere citro,
Vis cui multa ſubeſt corticis, et medii.
Vnum-

que nocata eſſe ob coloris ſpeciem. Atque, ut aliunde conſtat, arbor citri maxime in monte Atlantico uicinaque Mauritania naſcitur, qua in regione etiam horti Heſperidum ponuntur. Vid. Virg. Aen. IV, 480 ſeqq. Plin. V. ſ. 1. et XIII, 15. ſ. 29. Martial. XII, 66, 6. XIV, 89. et quae notauimus ad Petron. bell. ciu. u. 28.

7. *haec praeſtant poma medelam*) Plinius XXIII, 6. ſ. 56: *Citrea contra uenenum in uino bibuntur, uel ipſa, uel ſemen. Faciunt oris ſuauitatem, decocto eorum colluti, aut ſucco expreſſo.* Idem eleganti carmine Virg. G. II, 127: *Felicis mali, quo non praeſentius ullum, Pocula ſi quando ſaeuae infecere nouercae, Auxilium uenit, ac membris agit atra uenena.*

8. *Cum quatit incuruos tuſſis anh. ſen.*) Hanc etiam mali Medici ſalubritatem attingit Maro l. c. u. 135: *animas et olentia Medi Ora fouent illo, et ſenibus medicantur anhelis.*

Vnumquemque ſuum referunt pomuſcula ſuccum,
Ternus ab hoc ſemper carpitur ore ſapor.

II. *De Vita tranquilla* *).

Paruula ſecuro tegitur mihi culmine ſedes.

Vna-

12. *Ternus ab hoc ſemper)* Videtur reſpicere locum Virgilii G. II, 126: *Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem Felicis mali.* Nam per *triſtes ſuccos* uidetur amaritudinem, quae praecipue in cortice et granis eſt, intelligere, et per *tardum ſaporem* diu inhaerentem palato. Poſſes hic e Virgilio legere *Tardus ab hoc ſemper*, pro *Ternus*, niſi auctor ſuperius *uim corticis* et *medii* diſtingueret. Vnde, *ternum* pronuntians ſaporem citri, uidetur praeter corticem amarum, in medio diuerſam granorum a cortice amaritudinem, et carnis uel medullae dulcorem acrimoniae mixtum ſtatuere. Niſi hoc reſpexit auctor, quod Palladius IV, 10, 17, docet, poſſe mali citrei, quod medium eſt, cura dulce fieri: *Feruntur*, inquit, *acres medullas mutare dulcibus, ſi per triduum aqua mulſa ſemina ponenda macerentur, uel ouillo lacte, quod praeſtat.*

*) Habet Pithoeus lib. I. p. 35. Scaliger lib. I. Catal. p. 193, qui in ſch dis ſuis ex antiquo codice deſcripſerat, et Petronii eſſe notauerat. Edidit etiam H. Stephanus in Virt. Encom. p. 172. Chriſtius Excurſ. ad Villat. p. 271. Burmann. Anthol. Lat. lib. III. ep. 61. Inſcriptionem *de uita tranquilla* dedi huic epigrammati, quam Pithoeus toti claſſi.

1. *ſecuro tegitur mihi culmine)* ſub quo ſatis munito aduerſus tempeſtates ſecuro mihi uitam agere licet. In Priapei. carm. 86: *Villulamque paluſtrem Tectam uimine iunceo, caricisque maniplis.*

Vuaque plena mero fecunda pendet ab ulmo.
Dant rami cerasos, dant mala rubentia ſiluae,
Palladiumque nemus pingui ſe uertice frangit.
Iam qua deductos potat leuis area fontes,
Corycium mihi ſurgit olus, maluaeque ſupinae,
Et

2. *fecunda pendet ab ulmo*) Burmannus forte legendum putat *feta dependet ab ulmo*, ut apud Nemeſian. Ecl. IV, (Calpurn. XI.) u. 48: *hic et ab ulmis Purpureae fetis dependent uitibus uuae.* Sed *fecunda* totidem locis confirmari poteſt. In Vomani Hort. u. 15: *Fecunda uitis coniuges ulmos grauat.*

4. *Palladiumque nemus*, arbor oleae, *pingui uertice*, denſis confertiſque baccis onuſto, *ſe frangit*, inflectit ſe et grauat. Illuſtraui hunc uerſum ſupra, comparans cum illo Palladii 59: *Nunc teretem pingui producit acumine malum.* qui uidendus. Sic etiam Columella u. 393, *cucumerem pingui ſemine fartum* dicit.

5. *Iam qua deductos*) De uſu huius uerbi iam egi ad Vomani u. 10. Vid. praeterea not. ad Moret. u. 71. Calpurn. II, 49: *irriguo perfunditur area fonte, Et ſatiatur aqua.*

6. *Corycium mihi ſurgit olus*) i. e. cultum educatumque more illius ſenis Corycii, e Coryco oppido Ciliciae oriundi, quem a ſingulari cura rei hortenſis laudat Virgil. Ge. IV, 127. ſeqq. quem locum plane reſpexit noſter. Quamquam hic *Corycium ſenem* ita uidetur accepiſſe, quaſi ille patriae ſuae, olerum cultu inſignis, more et opibus adductus, rei hortenſi praecipue ſtuduiſſet. Nam *Corycium olus* ita ſonat, ut alias *Corycius crocus* ſolet celebrari. Horat. Serm. II, 4, 68. Lucan.

Et non ſollicitos miſſura papauera ſomnos.
Si uero alitibus fraudem contexere praeter,

Seu

IX, 809. Sic Martiali VIII, 14, *Cilicum pomaria* dicuntur ad morem Ciliciae culta et adornata.

7. *miſſura papauera ſomnos)* Vſitatius dixiſſet *factura ſomnos*, quemadmodum Ouid Met. VII, 153: *Verbaque ter dixit, placidos facientia ſomnos.* Sed fortaſſe, ut *ſomnia mitti* dicuntur (uid. carm. Petronii a nobis prolatum Tom. IV, p. 283, u. 2.) hic etiam *ſomnos* uoluit. Colum. Hort. 104: *profugos uinctura papauera ſomnos.*

8. *Si uero alitibus fraudem)* Scaliger et Pithoeus ediderunt *contexere praeterea*, appoſito aſteriſco, ad indicium mendoſae lectionis. In margine primae editionis Scaligeranae *opertam*, unde id utriuſque Pithoeanae editionis marginem etiam occupauit: quod probat Chriſtius ad Villaticum pag. 271. et ita Pelletier in Comite Ruſtico p. 208, qui edidit ſub nomine Pentadii. BVRM. Nolo repetere coniecturas eruditorum, quas Burmannus pro emendatione mendoſae lectionis *praeterea* factas narrat. Ego non tam uoce iſta *praeterea* offendor, quam aliis ſequentium uerſuum naeuis. Vere enim *praeter* ab auctore ſcriptum fuiſſe puto, idque aduerbium, pro *praeterea* poſitum, quia rarius occurrit, librarii *praeterea*, quod notius erat, ſcripſerunt. Scribo igitur: *Si uero alitibus fraudem contexere praeter*, quemadmodum eadem de re in epitaphio uenatoris alicuius, quod apud Pith. lib. III, pag. 131, et Burmann. Anth. IV, 236, extat, legitur: *Aucupium calamo praeter ſtudioſius agebat.* Quia uero ſecundo uerſu ad *circumdare ceruos* requiri uidetur appoſitum aliquod, *lineis*, *retibus*, aut, quod tertio uerſu occurrit,

Seu magis imbelles libuit circumdare ceruos,
Aut tereti lino pauidum ſubducere piſcem:
Hos tantum nouere dolos mea ſordida rura.
I nunc, et uitae fugientis tempora uende

Diui-

rit, *lino*, hoc inſerendum uidetur pro *libuit*, idque tranſferendum in tertium uerſum, ubi *lino* extat, *tereti* mutato in *reti*, hoc modo: *Si uero alitibus fraudem contexere praeter, Seu magis imbelles lino circumdare ceruos, Aut reti libuit pauidum ſubducere piſcem.* Parum diſtat haec emendatio ab ea, quam Burmannus dedit.

11. *mea ſordida rura*) ad imitationem Virgilii Ecl. II, 28: *O tantum libeat mecum tibi ſordida rura Atque humiles habitare caſas.* Et ſic *ſordida otia, ſordida rura* Martiali, quod recte de agreſti et ruſtica ſimplicitate, reſpectu lautitiarum urbanarum, dici notat Barth. Adu. XXV, 17. BVRM. Idem obſeruauimus nos ad Veſtritii Spur. uerba, II, 6: *Sordida cum quies, Lautis nuda tumultibus, Ambit ſe patria fertilis in domo.*

12. *I nunc et uitae fugientis*) Sic bene edidit Pithoeus, quod firmat Voſſianus codex, niſi quod in eo *fugiendis*. Vide Tollium ad Auſon. Moſell. u. 48. Vitioſe enim edidit Scaliger *In. ē et uitae fugiendis*, quod ex ſchedis eius deriuatum eſt, pro quo in margine primae eius edit. Gallicanae *Sincerae uitae* notatum eſt, quod male probat Chriſtius in Villat. p. 272. BVRM. *uitae tempora uende Diuitibus coenis* h. e. magno temporis et uitae fugientis impendio coenas tibi lautiores para, uel tempora uitae conſume et diſperde coenis lautis et luxurioſis parandis et frequentandis. Tale eſt Pe-

tro-

Diuitibus coenis! me, ſi manet exitus idem,
Hic precor inueniar, conſumtaque tempora po-
ſcar.

I. *Item* *).

Eſt mihi rus paruum, foenus ſine crimine par-
uum,
Sed

tronii bell. ciu. u. 35: *Lucrinis Eruta litoribus uendunt conchylia coenas.*

14. *Hic precor inueniar, conſ. temp. poſc.)* Ita diſtinxit Pithoeus. et ſic fere Scaliger, niſi quod *inueniat*, exitus nempe, in utraque eius editione, et ſchedis Mſſ. In Voſſ. cod. *inueniat* et *poſcat*. Opitius diſtinguebat *me, ſi manet exitus, idem Hic precor inueniar.* et ſic Oudendorpius. BVRM. Praefero lectionem *inueniar* et *poſcar.* nam *exitus me inueniat* mihi quidem inepte dici uidetur. Admitto tamen Opitii diſtinctionem: *ſi* quando *me manet exitus*, *precor*, ut tum *idem*, qui adhuc uixi, et eundem uitae frugalis et placidae tenorem *hic*, hoc in tuguriolo meo, ad extremum ſeruaſſe *inueniar*, et ſic *conſumta tempora* finire (fatis concedere, ſpiritum reddere) *poſcar.* Reſpondere huic uoto uidentur, quae Claudian. Epigr. 2. de ſene Veronenſi cecinit: *Felix, qui patriis aeuum tranſegit in agris, Ipſa domus puerum quem uidet, ipſa ſenem* caet.

*) *De uita tranquilla* inſcripſit Pithoeus lib. I. p. 32. et Scalig. in Catalect. lib. I. p. 190. *De bono uitae humi-*

Sed facit haec nobis utraque magna quies.
Pacem animus nulla trepidus formidine ſeruans
  Non timet ignauae crimina deſidiae.
Caſtra alios operoſa uocent, ſellaeque curules,
  Et quidquid uana gaudia mente mouet.
Pars ego ſim plebis, nullo conſpectus honore,

Dum

humilioris uetus Voſſii codex, et ſchedae Mſſ. Scaligeri. Edidit etiam Chriſtius in Excurſu ad Villat. p. 265. Burmannus profert Anthol. lib. III, ep. 60.

1. *Eſt mihi rus paruum*) ut apud Martial. IX, 19. *Eſt mihi, ſitque precor longum, te praeſide, Caeſar, Rus minimum, parui ſunt et in urbe lares.* Stat. Silu. IV, 5, 1: *Parui beatus ruris honoribus. foenus paruum* eſt parua pecuniae ſumma, in foenore poſita.

4. *Non timet ignauae crim. deſidiae*) Loca ſimilia, hanc ſententiam illuſtrantia adduximus ad Spurinnae III, 8: *Ni te deſidia ſancta quies leuet.* caet.

5. *ſellaeque curules*) Corrupta eſt lectio, quae in textu ed. Scalig. et Pith. excuſa eſt, atque adeo in Voſſiano cod. et ſchedis Scaligeri habetur, *ſillaeque rurales.* ſed rectior, quam hic damus, in margine primae edit. Scaligeranae et Pith. appoſita eſt, eademque Heinſio et Chriſtio probata.

6. *uana gaudia mente mouet*) Heinſius emendauit *fouet*, idque Burmannus approbans tribus poëtarum locis firmat. Sed *fouere gaudia* dicuntur homines, hic ſubiectum eſt *quidquid*, quod certe *mouere* gaudia poteſt, non *fouere.*

7. *conſpectus honore*) i. e. inſignis, clarus, nobilis. Ouid. Met. XIII, 794: *Nobilior pomis, platano conſpectior alta.*

Dum uiuam dominus temporis ipſe mei.

8 *Dum uiuam dominus*) Commode hoc illuſtrat Burmannus loco Auſonii, Epiſt. X, u. 31: *Dulcia ſecreti repetantur ut otia ruris, Nugis amica et feriis; Tempora diſponas ubi tu tua, iuſque tuum ſit, Vt nil agas, uel quod uoles.* Similia plane leguntur apud Seneg. in Thyeſt. u. 391 ſeqq.

AMA-

AMATORIA ET LVDICRA.

I. MAXIMIANI Etruſci Elegiarum liber.

II. OFILII SERGIANI Elegia de Pulice.

III. ALBI OVIDII IVVENTINI, de Philomela, et de animalium uocibus.

IV. IVLII SPERATI, de laude Philomelae.

V. CAELII SYMPOSII Aenigmata.

VI. AVSONII Griphus Ternarii numeri.

DE
MAXIMIANO ETRVSCO
EIVSQVE AC CAETERIS
QVAE HAC PARTE PROPONVNTVR
CARMINIBVS.

In claſſe hac Amatoriorum et Ludicrorum carminum componenda ſequor fere aliorum, qui ante me talia ediderunt, exemplum, atque iis me carminibus contineo, quae dudum ſic conjuncta exhibuerunt tum editores quidam Operum Ouidii, pſeudepigrapha nonnulla Amatoriis eius annectentes, tum in primis M. H. Goldaſtus, qui inter Erotica et Amatoria Opuſcula Ouidii, Francofurti an. 1610 edita, *Maximiani Amores*, *Ofilii Sergiani Pulicem*, *Albi Ouidii Iuuentini* et *Iulii Sperati Philomelam* una ſerie propoſuit. Quae ab eo porro ſubiunguntur opuſcula, Pamphili Mauriliani de arte amandi, et Pſeudo-Ouidii de Vetula, merito abs me reiecta ſunt, ut infimae ſordidaeque aetatis deliramenta. Nec ignoro, multa aliunde abs me colligi potuiſſe, melioris etiam aetatis, carmina, ob laſciuius argumentum hunc in cenſum referenda, cuius generis poëmatiis nemo neſcit abundare Romanam antiquitatem; ſed ea cum alios editores habuerunt non indiligentes, tum non uidebantur eſſe eiuſmodi, quibus recenſendis uel ornamentum quaerere operi meo, uel occupare hoc aetatis meae deberem. Acquieui igitur in iis carminibus, quae ſupra memoraui, quaeque, ab aliis iam tradita,

ſer-

ſeruari utcunque mea collectione, et correctius edi merebantur. Addidi tamen *Caelii Sympoſii Aenigmata*, opus ingenioſum, et luſuum ingenuorum farraginem non illepidam exhibens, quod quia iam dudum a P. Pithoco in Veterum poëmatiorum Syllogen receptum eſt, et plurium eruditorum ſingulare ſtudium meruit, nec noſtra collectione et opera indignum haberi poterat. Sed nunc ad eorum carminum auctores nos conuertamus.

Maximianus Etruſcus, quia iam pluribus a ſaeculis falſo Cornelii Galli, antiqui et celebris poëtae, nomine inſignitus eſt, hoc ipſo quaſi obtectus et obſcuratus ita delituit, ut, quis homo, quaue aetate fuiſſet, nemo uel ſciret, uel ualde anquireret; ſed poſtquam fraude magis patefacta uero nomini ſuo reſtitutus eſt, diligentius de eo quaeri coepit, et exſtiterunt docti uiri, qui, quantum diſtaret a Cornelio Gallo, et quis qualiſque fuerit hic poëta, accuratius oſtenderent. Primus hac opera defunctus eſt M. H. Goldaſtus in Epiſtola dedicatoria, Ouidii Eroticis et Amatoriis Opuſculis, Francofurti an. 1610. editis, praemiſſa: multa de Maximiano tradidit Bern. Moneta in Menagianis, tertiae editionis Pariſ. 1715. Tomo I. pag. 336 ſeqq. nec pauca de eo protulit Abb. Souchayus, ubi uitam Corn. Galli expoſuit, in Diſſertatt. Academiae Regiae Inſcriptionum et litterarum elegantiorum, (*Memoires de l'Academie des Inſcriptions* etc.) Tomo XVI, anni 1751. Omnium uero diligentiam ſuperauit Iuſtus Fontanini, qui Hiſtoriae litterar. Aquilei. (editae Romae, 1742. 4.) libro I, cap. III, poſtquam de Cornelio Gallo Foroiulienſi digna quae-

que

que notatu perſecutus eſt, de Elegiis illi ſuppoſitis Maximiani, huiuſque gente, aetate et rebus geſtis luculente et copioſe egit. Io. Albertum Fabricium in Bibl. Lat. libr. I. cap. XIV. de Corn. Gallo et Maximiano agentem, uix nominare opus eſt rei litterariae peritis. His auctoribus in conſilium adhibitis accurate nunc omnia exponemus, quibus et rerum Maximiani notitia, et de eius Elegiis iudicium adiuuetur.

Atque ut de nomine Maximiani incipiamus, Goldaſtus quidem hunc auctorem inter Ouidii Erotica opuſcula, e noui Critici, ut ipſe ait, ſententia *Cornelium Maximianum Gallum Etruſcum* proſcribendum putauit; ſed certum eſt, cum in pluribus manuſcriptis libris, quos eruditi nonnulli ſe affirmant inſpexiſſe, tum in uetuſtiſſimis et primis exemplaribus impreſſis ſolum nomen *Maximiani* proſtare a). Accedit auctoritas Caſſiodori, epiſtolam Theodorici Regis ad Maximianum datam, Variar. lib. I, 21, exhibentis, tum aliorum medii aeui ſcriptorum, qui Maximianum alle-

a) Theod. Pulmannus in edit. Catulli Tib. Prop. Antuerpienſi 1569, et Gryphiana 1573, ad principium Elegiarum Maxim. in margine annotat, ueteris libri inſcriptionem habere: *Maximiani liber*. Delrius in comment. ad Senecae Hippol. p. 93, teſtatur, in tribus codicibus Mſ. auctorem Maximianum inſcriptum ſe reperiſſe: et Goldaſtus in praef. ad Ouid. Erot. p. 13, quinque codices Mſptos ſic habere memorat. In bibliotheca Heinſiana P. II. p. 121, Maximiani poëtae quaedam cum Boëtii Conſolatione coniuncta tenet codex Mſ. membran. Exemplarium impreſſorum inſcriptiones infra adducemus.

allegantes, ſolo hoc eius nomine utuntur. Et fortaſſe, qui Cornelium Maximianum inſcribendum cenſuerunt editores, nullum ineptius ei nomen tribuere potuerunt, quam Cornelii, ſiquidem, ut Reineſius Epiſt. LXXIX ad Daumium pag. 203, obſeruauit, Maximiani in lapidibus leguntur gentilia nomina habere *Acilii*, *Arrii*, *Aurelii*, *Barbii*, *Cerellii*, *Fabii*, *Ingenui*, *Publicii*, nuſquam Cornelii. Broukhuſius quidem *Longinum Maximianum* aliquoties in notis ad Tibull. et Propertium citat; ſed unde hoc habuerit, et qua auctoritate dixerit, neque ipſe indicauit, neque ego adhuc, ſtudioſe licet quaerens, indagare potui *). Idem Fontaninus, Hiſtor. litter. Aquilei. lib. I. cap. III. p. 51, ſe neſcire fatetur; hoc unum ſe ſcire ait, in codice Neapolitano Vallettae A. D. 1400 exarato *L. Maximianum* dici, nota praenominis addita, quae *Lucium*, non *Longinum* deſignat b). Si qui uero Cornelii Galli et Maximiani nomina in Elegia-

*) Brouckhuſium ſecutus *Longinum Maximianum* uocat Marklandus, Epiſt. Crit. ad Franc. Hare, p. 34.

b) Iacobus Magni aliquo loco Sophologii uidetur *Maximianum Iulium* citare. Nam lib. II. cap. 2, *quomodo natura cupit uirtutes*, ſcribit: *Teſte Maximiano Iulio uirtus auro pretioſior eſt: nec putreſcit, ſed in aduerſis creſcit ipſa uirtus.* Sed ita legitur in uetuſtiſſimo exemplari, in Biblioth. Ducali Guelferb. ſeruato, quod multis mendis ſcatet. Vnde et hic mendum latere ſuſpicor, et pro *Iulio* legendum eſſe *fuluo uirtus auro*, quomodo extat in uerſu Maximiani, quem Iacobus reſpicit, Eleg. I, 19: *Quin etiam uirtus fuluo pretioſior auro* caet.

giarum inſcriptionibus coniuncta approbarunt, id fortaſſe ea cauſſa fecerunt, quod ſic titulum, quem Pomponius Gauricus corruptae ab ſe editioni praepoſuiſſet, cum eo, qui in uetuſtioribus inueniretur, Maximiani, commode conciliari et combinari arbitrarentur; uel quod re uera putarent, Gauricum in libro ſuo coniuncta Cornelii Maximiani Galli nomina inueniſſe, ſolum Maximiani, fraudis tegendae cauſſa, ſuppreſſiſſe c).

Sed ipſe Pomponius Gauricus d), qui has Maximiani Elegias ſub titulo *Cornelii Galli Fragmenta* Venetiis an. 1501 fraudulenter edidit, nullum mangonii ſui praetextum ab auctoritate ali-

c) Sic Aldus Manutius in praefatiuncula ad Elegiam Aſinii Cornelii Galli affirmat, librum ſe ſcriptum habere, in quo Elegiae iſtae *Galli Maximiani* nomine legantur. Sed hic codex, ſi uere apud Manutium fuit, dubitare non poſſum, quin corruptus, et fortaſſe ad Gaurici exemplum correctus fuerit. Nam tot aliorum codicum, quos a ſe uiſos docti uiri teſtantur, et quorum ipſe nonnullos inſpexi, nullus omnino repertus eſt, qui Galli nomen praeferret.

d) Pomponius Gauricus, Neapolitanus, famoſi Aſtrologi, Lucae Gaurici, frater, eo anno, quo Pſeudo-Gallum Venetiis edidit, annum aetatis ſuae XIX egit, atque una cum Rhamnuſio, qui tum epigrammate applauſit Gaurico, et tribus annis eo minor fuit, Patauii ſtudiis operam dedit. Haec curioſius annotauit Fontaninus l. c. pag. 54, ut iuuenilem hanc fraudem et luſum duorum adoleſcentulorum fuiſſe demonſtret, cuius etiam Gauricum poſtea poenituiſſe ueriſimile exiſtimat. Sed idem Fontaninus pag. 42. Pomponium Gauricum uocat *Gephonenſem*, quod nomen eſt oppidi prope Salernum in Sicilia citra Pharum.

alicuius codicis manuſcripti petit, ſed cur Cornelio Gallo tribuerit, alias plane rationes in praefixa Cornelii Galli uita affert. *Eius ſcripta*, inquit, *penitus interciderunt, praeter hunc libellum, quem paullo ante mortem in Aegypto uiſus eſt perſcripſiſſe. Nam quum ibi Graecam quandam puellam adamaſſet, nec propter ingraueſcentem iam aetatem eius libidini ſatis facere potuiſſet, materia ſatis opportune oblata eſt, ut ſenectutis incommoda deſcribens, iuueniles ſuos amores recenſeret, ſeque ſuis carminibus multo melius, quam in numo ſpectandum effingeret. Nam quod fuerit Etruſcus, quod Orator, quod poëta, quod etiam uinolentus, quod Lycoridа adamarit, quod Legatus Aegypto praefuerit, hinc manifeſtiſſime colligitur. Quae ſi quis diligenter animaduertat, fatebitur, hunc libellum Cornelii Galli, non alterius fuiſſe, ut quidam parum prudenter exiſtimarunt.* Videmus ſingula momenta ex ipſis Elegiis peti, et ad ueterem Cornelium Gallum applicari, quamuis pleraque peruerſe et male interpretando. Luculentior quidem ratio uideri ea poteſt, quam ab uſurpato puellae Lycoridis nomine, ex Elegia II, petit, quo ſub nomine Corn. Gallus Cytheridem amaſſe et libris IV Amorum celebraſſe ferebatur. Sed neque ſola haec Lycoris eſt, cuius amores Maximianus deflet, nec nomen illud, a pluribus poëtis antiquis adhibitum, ad ſolum Cornelium Gallum referri poterat. Et qui ſenectutem extremam in amore laſciuae puellae perditam queritur Maximianus, minime conuenientia Amoribus Cornelii Galli ſcripſiſſe cenſendus eſt, qui ſenectutem inualidam haud expertus tertio et quadrageſimo aeta-

aetatis anno uitam finiuit. Alia peruertit et torquet Gauricus, ut Corn. Gallum ex Elegiis extundat. Etruſcum earum auctorem agnoſcit ex El. I, 59. V, 5. licet Cornelium Gallum gente Foroiulienſem fuiſſe in principio fateatur, atque adeo peruerſe Forum Iulii in Etruriam migrare facit. Legatum Aegypto praefuiſſe, e uerſu 1 Elegiae V exſculpit:

Miſſus ad Eoas legati munere partes,

ſed duplici errore, uel fraude potius. Etenim Orientis partes temere interpretatur de Aegypto, quum certum ſit, alias prouincias Orientis nomine ab antiquis ſignari ſolere. Legati uocabulum, quo Maximianus utitur, in ſignificationem detorquet, quam antiquitus habuit, Legatorum Caeſaris, qui exercitus regunt, uel eorum, qui Proconſulibus in prouincia regenda uicaria poteſtate adiuncti ſunt. Quod Legati nomen ne olim quidem Cornelio Gallo proprie conuenit, quando quidem primus ab Auguſto ad Aegyptum regendam non Legati, ſed Praefecti Auguſtalis nomine miſſus eſt. Legatus Maximiano ſimpliciter eſt, qui recentiore aetate Miſſus dicebatur, qui mandata Principis perfert ad alios, uel ad exſequenda negotia ablegatur. Praeterimus alia argumenta fraudis in oratione Gaurici obſeruanda, quibus non contentus ille ſuſtinuit etiam fraudem furto cumulare, et integrum diſtichon, quo nomen auctoris Maximiani continetur, e textu tollere, quod legitur Eleg. IV, u. 25:

Atque aliquis, cui coeca foret bene nota uoluptas,
Cantat, cantantem Maximianus amat.

 His

His tamen fallaciis ſuis Gauricus ita gauiſus confiſusque eſt, ut in ſubiecto Elegiaco ſibimet ipſi, et Gallo ſuo de inuentis eius fragmentis gratularetur:

Et quamuis tua ſcripta olim, diuine poeta,
Ac uerſus tulerint ſaecula longa tuos;
Orbe quidem toto uiuet tua, Galle, Lycoris,
Viuet et ingenium, Galle poeta, tuum.

Teſtem adeo laudatoremque ſui facinoris aſſumſit Io. Baptiſtam Rhamnuſium, qui in calce libelli haec ſubiungit: *Lector, quod has Corn. Galli Poëtae reliquias legeris, Pomponio Gaurico, adoleſcenti optimo, gratias habeto.* Vbi et eiuſdem Rhamnuſii epigramma adſcriptum eſt tale:

Si quis ſenſus ineſt, ſi qua eſt mens ulla ſepultis,
Pomponi pietas haec tua grata ſatis.
Qui ſparſos cineres proprio componis aceruo,
Qui titulum proprio reſtituis tumulo.
Ipſe tuo tandem Gallus nunc munere gaudet,
Spe penitus dextra non cecidiſſe ſua.

Memorat haec et e prima Gaurici editione ducit Melch. Goldaſtus in Epiſt. dedicat. Ouidii Eroticis praemiſſa, quae deinde ipſe uidi cuncta repeti in exemplaribus editionum, quae Pomponianam proxime inſecutae expreſſerunt, Pariſienſis et Aſcenſianae, 1503, Argentoratenſis ex officina Schureriana, 1509.

Etſi omnino pauci eruditorum fuerunt, qui fuco Gaurici ſe induci paterentur, et Elegias ſerio eſſe Cornelii Galli crederent, quae erant Maximiani, inuenti tamen nonnulli, qui non nihil concederent ei opinioni, et quodammodo mediam de auctore earum ſententiam amplecterentur.

tur. Lil. Greg. Gyraldus, etſi ualde deteſtatur eorum impudentiam, qui tralaticios et ementitos uerſus ſub Galli poëtae nomine uenditarunt, ſubiicit tamen: *Vnam uero uel alteram ipſius Galli eſſe non abnuerim.* I. A. Fabricius in Bibl. Lat. opinatur, Gyraldum iis uerbis forte reſpicere Elegiam, ſub Aſinii Cornelii Galli nomine ab Aldo Manutio Florentiae editam, quae incipit: *Non fuit Arſacidum tanti expugnare Seleucen.* Sed Moneta in Menagianis pag. 343, contra monet, Gyraldum duo de quadraginta annis ante editionem eius Elegiae, nempe anno 1552, eſſe mortuum, atque adeo nullum ei coniecturae locum eſſe. Difficile tamen eſt iudicare, quas Elegias in animo habuerit Gyraldus, quas exiſtimaret Gallo dignas eſſe. Similia fere ſentit I. Caeſ. Scaliger, et uniuerſe quidem Gallum auctorem denegare Elegiis iſtis non uidetur, ſed tantum de una ſubdubitare, in qua canitur Aquilina, quam dicit hominis eſſe Graecae litteraturae ignari, et quem ratio fugerit ſyllabarum. (Vid. Teſtimonia.) Sed quum idem uitium in caeteris Elegiis obſeruetur, non uidetur Scaliger ſatis attente omnes elegias perlegiſſe, ut eiuſdem omnes coloris eſſe intelligeret. Caſp. Barthius pluribus locis eam ſententiam profitetur, ut Galli aeque ac Maximiani partes aliquas in iis Elegiis eſſe ſtatuat, dicatque, eſſe eas, certe unam uel alteram, e Corn. Galli Elegiis a quodam Maximiano contractas et interpolatas, et in ſenſum ipſius detortas. (Vid. Teſtimonia.) Quae ſententia pro uera accipi in tantum poteſt, ut Maximianum cenſeamus carmina ſua paene tota ad genium ueterum poetarum, et in his forte Galli,

atque ex eorum phraſibus et ſententiis compoſuiſſe, quod ipſa elegiarum lectio unumquemque facile docet. Alii porro Maximianum quidem, Gallo penitus excluſo, auctorem habent, ſed eum cum alio recentioreque confundunt. Th. Reineſius Epiſt. LXXXI ad Daumium p. 267, Maximianum opinatur confinio ſaeculi ſexti et ſeptimi fuiſſe ex Abbate Monaſterii S. Gregorii Romae Epiſcopum Syracuſanum, cariſſimum Gregorio M. et familiarem litteratorem. Quod Reineſium ſenſiſſe magnopere indignatur Iuſtus Fontaninus, Hiſt. lit. Aquil. pag. 57, et mendaciſſimum commentum uocat. Enimuero, inquit, hic Maximianus fuit uir ſanctiſſimus, ita ut abſque foeda calumnia illi adſignari nequeant elegiae omnino profanae, ineptiis et turpiſſimis amoribus ad nauſeam refertae, quae dedeceant non ſolum Abbatem, Epiſcopum et uirum ſanctum, qui fuit idem Maximianus, ſed quemcunque honeſtis et chriſtianis moribus paullo deditum. Hactenus Fontaninus. Sed tantam indignationem uix meruit Reineſius, qui ſi Maximianum Epiſcopum temere auctorem Elegiarum pronuntiauit, non malignitate, ſed errore et imprudentia ſic fecit, quod carmina ea non accurate perlegerat. Quodſi eorum argumentum recte cognitum habuiſſet, haud dubie fuiſſet futurum, ut tanti Vir iudicii, quam indigna haec auctore eſſent, ſacris muneribus fungente, ultro perſpiceret et profiteretur. Recentiori adhuc aetati Maximianum aſſignat Bernardus Moneta in Additionibus ad Menagiana Tom. I. p. 338. ubi eum coniicit aliquot annis ſaeculo decimo, et fortaſſe undecimo, poſteriorem fuiſſe, hac tantum ratione ductus, quod ante

an-

annum 1240 non reperiat eius mentionem ab ullo ſcriptore factam eſſe. Nempe circa hunc annum Alexandrum de Villa Dei indignatum, quod Maximiani nugae in ſcholis legerentur, has expellere ſcripto ab ſe *Doctrinali puerorum* conatum eſſe. Sed haec ratio definiendae Maximiani aetatis leuis admodum et inepta eſt, ſiquidem multos ſcriptores ueteres nominare poſſumus, quos certo ſcimus antiquis temporibus floruiſſe, neque tamen uidemus ante aeui medii aut recentiora tempora a quoquam alio ſcriptore citari. Neque illud plane admittere poſſumus, quod Moneta affirmat, Maximiani Elegias ab Alexandro damnatas eſſe. Nam alium ab eo Maximianum indicari, uerſificatorem grammaticum, natione Gallum, qui A. D. 1200 uixerit, Fontaninus idoneis e teſtibus probauit. De quo alio loco dicemus uberius.

Sed accedimus nunc ad aetatem Maximiani Elegiographi definiendam, et potiora uitae eius momenta conſideranda, quae ex eius carminibus eruere et cognoſcere licebit. In Etruria natum educatumque fuiſſe, pluribus locis ſignificat, ut Eleg. I, 59. V, 5 et 40 *). Studiis exercitiisque omnibus, quibus iuuenes Romae erudiri ſolent, uacauit; oratoriae ac poëticae arti ſe dedit adoleſcens, atque in utraque palaeſtra, declamatoria et gymnica, exercitus pro palma certauit: Eleg. I, 9, ſeqq. gratia, uenuſtate, agilitate, cantu, uenatu, ualetudine et corporis uiribus, uigilia, temperantia; ſed etiam temulentia aequales ſe ſuos

*) Sed quo ſenſu Etruria, Etruſcus et Tuſcus aeuo Maximiani dicatur, indicaui in annot. ad El. V, 5.

ſuos dicit ſuperaſſe. Caſto et duro ingenio ſe adoleſcentem iactat fuiſſe, ut quamuis pluribus a puellis deſideraretur, nullius tamen amore illigari uellet, El. I, 74 ſeq. Quod autem artibus et exercitiis memoratis decertauit cum aliis, id plane oſtendit, uixiſſe eum iuuenem Romae, et multis ſaeculis ante duodecimum, in quod eum detrudere Bernardus Moneta in Menagianis conatur, floruiſſe, iis nempe temporibus, quibus Romana iuuentus hiſce artibus etiamnum exerceri ſolebat. Vegetius ſaeculi V ſcriptor, libro I de Re milit. cap. 3, ſcribit: *ſudorem curſu et campeſtri exercitio collectum nando iuuentus abluebat in Tiberi.* Hoc ipſum feciſſe ſe Maximianus Eleg. I, u. 37. teſtatur: *Innabam gelidas Tiberini fluminis undas.* Vrbem patriam Maximiani propius indicare tentat Fontaninus pag. 55, atque ex ipſo uerſu eius, quem modo adduximus, ſuſpicatur, ortum altumque eſſe in Tuſciae Suburbicanae quopiam oppido, Tiberi adiacente, puta Hortana Colonia. Sed hoc indicium admodum tenue eſt, idemque uerſus probare poteſt, Romam fuiſſe adoleſcentiae eius locum, quod clarius affirmat uerſus 63, praeſertim quum et cauſſis in foro agendis et poëmatibus pangendis operam ſe dediſſe affirmet Eleg. I, 9 ſeq. et 129, quod Romae fieri ſollenne erat. Inde honores publicos geſſiſſe uidetur, quamquam eorum diſerta mentio non fit. Sed cum Elegiae V principio memorat, miſſum ſe aliquando in Orientem legati munere functum eſſe, quin eo tempore iam dignitate et honoribus domi geſtis illuſtris fuerit, dubitari nequit. Et exſtat in Caſſiodori Variarum libro I Epiſtola XXI a Theodorico Rege Go-

Gothorum ad Maximianum data, qua ei ratiocinia fabricarum urbis Romae et operarum publicarum a Rege commendantur, et cuius inſcriptio haec eſt: THEODORICVS REX MAXIMIANO V. ILL. ET ANDREAE V. SENATORI e). Idem Maximianus memoratur et Viri Illuſtris titulo inſignitur libri IV epiſtola XXII. Seuerino Boëtio, Viro Conſulari, familiariter uſum eſſe, ex iſtis Elegiae III uerſibus liquet:

Hic mihi magnarum ſcrutator maxime rerum,
Solus, Boheti, fers miſeratus opem.

Nam

e) Sic retulit hunc titulum Goldaſtus in praef. ad Ouid. Erot. Sed in ipſis exemplis Caſſiodori extant tantum litterae V. S. de quibus Reineſius Epiſt. 81. ad Daumium p. 207, Goldaſtum refutans, ait: V. S. id eſt *Vir Spectabilis*, nota axiomatis in Rep. proximi Illuſtribus et Clariſſimis, auctore Conſtantino A. proprius Aduocatorum fiſci, Referendariorum, aliorumque magnis officiis impoſitorum titulus. Praefectum annonae *Sabinum* V. S. uocat inſcr. Rom. in Baſilica Oſtienſi, quam notauit Sirm. ad Ennod. 6. ep. 29. Goldaſtum contra defendit uel excuſat Fontaninus, p. 55, atque monet, eum notas compendiarias V. S. minime expoſuiſſe, ſed retuliſſe uerba integra Caſſiodori, penes quem proſtant bene multa huiuſmodi exempla, ut lib. I. epiſt. XIX: *Saturnino et Verbuſio Viris illuſtribus Senatoribus.* Epiſt. XXII. *Marcello Viro Senatori*, Epiſt. XXIV. *Sabiniano Viro Senatori*, et huiuſmodi alia ſexcenta. Ipſe uideo in margine exemplaris mei Variarum Caſſiodori notari lectionem ueteris Membranae: *uiro illuſtri et Andreae uiro Senatori.*

Nam cum me curis intentum ſaepe uideres,
Nec poſſes cauſſam noſcere triſtitiae,
Tandem proſpiciens, tali me peſte teneri,
Mitibus alloquiis pandere clauſa iubes.

Ex his indiciis Delrius in notis ad Senecae Hippolytum, pag. 93, Goldaſtus praefat ad Catalecta Ouidii, cum eoque Daumius epiſt. ad Reineſ. 80, haud temere colligunt, Maximianum noſtrum συγχρονον Theodorici Regis et Boëthii fuiſſe. Sed quod ad familiaritatem eius cum Boëthio attinet, dubium aduerſus eam Moneta in Menagianis, pag. 338, mouet, cum ex uariatione nominis Boëthi, in exemplaribus uulgatis reperiunda, quae ut plurimum habeant *Bobeti*, tum exinde etiam, quod ueriſimile non ſit, uiro tam docto et ſapienti, et, quod hic maxime attendendum eſt, etiam optimo poëtae, qualis fuerit Boëthius, arctam adeo amicitiam intercedere potuiſſe cum miſerabili uerſificatore, homine indocto et fatuo, qualem ipſe habet Maximianum. At uero monet Goldaſtus, duo ſcriptos codices et ueterem editionem Pariſienſem legere *Bobeti*, et, quod in uulgatis eſt, *Boheti*, eſſe a manu Pomp. Gaurici. Atque ego affirmare poſſum, in antiquiſſima editione Germanica, quae ad manus eſt, et in duobus manuſcriptis, quorum collationes habui, clare perſcriptum extare *boëti*; neque dubium eſt mihi, inter plures fraudes Gaurici, quibus Maximianum auctorem tollere uoluit, etiam hanc fuiſſe, ut nomen *Boëti* in obſcurius et ignotius *Bobeti* corrumperet, eoque aetatis, qua uixiſſet auctor, ueſtigium deleret. Ad alterum quod attinet, Boëthium illum magnum philoſophum et poëtam a Maximiano ſignificari, ex elo-

gio,

gio, quod illi tribuit, ſatis apparere arbitror: *Magnarum ſcrutator maxime rerum.* Eruditionis et facultatis poëticae in Boëthio et Maximiano tantum diſcrimen, ut quidem Moneta uult, non eſt, ut propterea familiaris inter eos conſuetudo eſſe non potuerit. Neque Maximianus tam fatuus et abiectus homo, aut Boëthius tam inciuilis cenſendus eſt, ut poſſet hominem ſtudioſum ſui, a uultu adituque ſuo reiicere. Quin ipſum Boëthium, uirum grauem et doctum, quum amicitia dignatus Maximianum eſt, haud uanum ei teſtimonium perhibere exiſtimo eruditionis et ingenii non abſurdi. Cum multae adeſſe cauſſae potuerunt amicitiae inter eos contrahendae, quas hodie ignoramus, tum in primis ſtudiorum atque honorum geſtorum ſimilitudo, par dignitas et communis rei publicae adminiſtratio familiaritatem inter eos conflaſſe uidetur. Quantacunque etiam fuerit Boëthii dignitas, non minorem fuiſſe Maximiani exiſtimo, qui Vir Illuſtris apud Caſſiodorum audit, et cum a Rege Theodorico in Orientem miſſus ſplendido Legati munere functus eſt, haud dubie plures antea honorum gradus permeauit. Legatio autem ea, Goldaſto et Fontanino recte iudicantibus, iuſſu Theodorici regis ſuſcepta eſt ad Anaſtaſium, Imperatorem Orientis. Nam Maximianus dicit El. V, 1. miſſum ſe eſſe ad *Eoas partes pacis nectendae cauſſa*, et apud Caſſiodorum Variarum libro I, epiſtola prima, quae eſt Theodorici Regis ad Anaſtaſium Imp. pacem et amicitiam inter utrumque imperium confirmandam offert et commendat, quae, Goldaſto recte iudicante, ipſum diploma legationis, quam Maximianus obiit, eſſe uidetur. Igitur *ad Eoas par-*

partes notat Conſtantinopolim, ubi dum Maximianus legationis cauſſa morabatur, contigit, quod ille mox ſubiicit El. V, 5:

Hic me ſuſcipiens Etruſcae gentis alumnum
Inuoluit patriis Graia puella dolis.

Quum ſe *ſuſceptum* dicit a Graia puella, uidetur Copam, aut copae ſeruientem puellam, intelligere, quae tabernariam exereebat, et peregrinos hoſpitio excipiebat. Nam in πανδοχείοις et diuerſoriis tabernis inuentas eſſe eius generis feminas, quae meretriciis artibus hoſpites attraherent et irretirent, ex antiquitate ſatis conſtat f). De eadem copa Eleg. IV, u. 54, uidetur conqueri, eamque *lenae* uocabulo ſignificare, ubi ſic ſcribit:

Hoc etiam meminiſſe decet, quod ſerior aetas
Intulit, et gemitus, quos mihi laeta dedit.

Etſi enim hic omnes ſcripti et excuſi libri legunt *laeta* uel *leta*, uix tamen mihi uideor ſenſum ſanum et expeditum e uerſu iſto poſſe eruere, niſi *lena* legam. Loquitur enim de ſeriore aetate ſua, quam poſtea narraturus eſt inſanis puellae lenociniis ſuccubuiſſe, quam propterea minime conuenit *laetam* dicere. At *lena* ſi legatur, uidemus mulierem deſignari, quae eum, ſeriorem actatem cum ageret, meretriciis artibus circumuenit, et puellam iſtam Graiam, de qua ſequente Elegia loquitur, ſubornauit, cuius illecebris et amoribus periret. Hanc ſibi uere dicit *gemitus dediſſe*, hoc eſt, cauſſam ſibi malorum fuiſſe, quibus ingemiſcere neceſſe eſſet. Atque hos gemitus

f) Amplius hoc expoſui Tomo II. P. L. M. pag. 259.

tus ipſe mox inſequente elegia decantat. Magna tum temporis ganearum et lupanarium licentia Conſtantinopoli erat, copioſaque lenonum et lenarum familia, unde ſubmitti et uenditari libidinum mancipia poterant ad illaqueandam aduenarum imprudentiam. Probari hoc e pluribus locis ſcriptorum illius temporis, et maxime e Procopio de aedif. Iuſt. et Anecd. hiſt. poteſt. Sed legatio illa Maximiano a Theodorico mandata, quaenam et quo tempore ſuſcepta fuerit, paullo accuratius uidetur quaerendum. Nam ſi hiſtoricos ea de re conſulimus, plures legationes legimus a Theodorico ad Orientis Imperatores miſſas eſſe, et in his alios memorari legatos, nullum Maximianum. Excerpta incerti auctoris, quae Valeſius Ammiano Marcell. adiunxit, memorant, uicto Odoacre miſſum a Theodorico Feſtum ad Zenonem Imp. de purpura et regia dignitate ſumenda: *Et mittens legationem Theodoricus Feſtum caput Senati ad Zenonem Imperatorem, et ab eodem ſperans, ueſtem ſe induere regiam.* Idem auctor paullo poſt alium legationis eius principem nominat *Fauſtum Nigrum*, et ſcribit, cum per idem tempus mors Zenonis cognita eſſet, et legatio nondum reuertiſſet, Gothos ſibi Theodoricum Regem confirmaſſe, non exſpectantes iuſſionem noui Principis Anaſtaſii g). Anno demum primo aut ſecundo Anaſtaſii hanc legationem

g) *Theodoricus in legationem direxerat Fauſtum Nigrum ad Zenonem. At ubi cognita morte eius antequam legatio reuerteretur, ut ingreſſus eſt Rauennam, Gothi ſibi confirmauerunt Theodoricum regem, non exſpectantes iuſſionem noui Principis.*

nem reuertiſſe, colligimus ex epiſtola Gelaſii Papae ad Anaſtaſium data, qui *Fauſtum* et *Irenaeum* legatos nominat: *Famuli ueſtrae pietatis, filii mei, Fauſtus magiſter, et Irenaeus, Viri Illuſtres, atque eorum comites publica legatione fungentes, ad urbem reuerſi* caet. h). Si Gelaſius de eadem legatione, de qua auctor Excerptorum, loquitur, quod equidem credo, uidetur hic e Gelaſio corrigendus, ut pro *direxerat Fauſtum Nigrum* legatur *Fauſtum et Irenaeum.* i). Sam. Baſnagius ad hanc legationem refert epiſtolam Theodorici apud Caſſiodorum, eamque adeo creditam his legatis putat, ut ad Anaſtaſium Imper. perferretur. Idemque ſentit Fontaninus cap. III, §. V. p. 56. Sed falſi eſſe ea in re uidentur. Nam haec legatio non ad Anaſtaſium, ſed ad Zenonem primum directa erat, ſed Anaſtaſio demum regnante reuertebatur, nec omnino de pace et amicitia cum Imperatore Orientis firmanda, quod

h) Affert haec uerba Sam. Baſnage, Annal. Polit. eccleſ. Tom. III. ad ann. 493. p. 584, num. III.

i) Sic ſtatuere, mihi probabilius uidetur, quam quod Fontaninus p. 56 opinatur, quum nomen Irenaei nuſquam occurrat apud Caſſiodorum, hunc fortaſſe fuiſſe multinominem, ex illius ſaeculi more, quem egregie explicuit Iac. Sirmondus in notis ad Sidonium, adeo ut, quemadmodum Anonymus Valeſianus *Fauſtum Nigrum* appellat, quem Gelaſius *Fauſtum* appellauerat, ſic Maximianus Caſſiodori fuerit Irenaeus Gelaſii. Ego uero hac in ſententia omnium minime concoquere poſſum, Maximianum, ſi Irenaeus Gelaſii eſt, ab eo inter filios ſuos numerari, qui nullam adeo ſpeciem Chriſtianae pietatis praebet.

quod quidem epiſtola Theodorici uult, egit, ſed tantum de concedenda ſibi regia dignitate. Et fortaſſe euentus legationis eius non plane ad ſpem et uotum Theodorici reſponderat. Succenſuiſſe primum Theodorico Anaſtaſius uidetur, quod regium nomen inconſulto Imperatore arripuiſſet, et iniquius reſpondiſſe; mox autem Theodoricum tollere ſubortas contentiones, et nutantem inter utrumque imperium concordiam confirmare, nouis oratoribus miſſis, ſtuduiſſe, colligere e uerbis licet, quae in Excerptis Valeſianis porro leguntur: *Facta pace cum Anaſtaſio Imperatore per Feſtum de praeſumptione regni, et omnia ornamenta palatii, quae Odoacher Conſtantinopolim tranſmiſerat, remittit.* Ad hanc legationem per Feſtum peractam recte Car. Sigonius k), et Henr. Valeſius l) epiſtolam Theodorici accommodant. Nam in illa diſerte profitetur Theodoricus: *Proinde illum et illum legationis officio ad ſereniſſimam pietatem ueſtram deſtinauimus, ut ſinceritas pacis, quae cauſſis emergentibus cognoſcitur eſſe uitiata, deterſis contentionibus, in ſua deinceps firmitate reſtituta permaneat: quia pati uos non credimus inter Vtraſque Reſpublicas, quarum ſemper unum corpus ſub antiquis Principibus fuiſſe declaratur, aliquid diſcordiae permanere.*

Ad hanc pacem alludens Senatus Romanus, Anaſtaſium Auguſtum affatur uerbis, quae Hormiſdae litteris intexuntur apud Baronium A. D. 515.

k) De Occident. Imp. lib. XVI. p. 269.

l) In not. ad Excerpta.

515. §. XLIV: *Proinde, piiſſime Imperator, haec ſuo nomine Senatus ſerenitatis tuae clementia prouocatus adiunxit, ut qui animo quam benigne in Vtraque Republica concordanda fuiſti, tam eſſe pio in Eccleſiae redintegrandae unitate noſcaris. Nam ut pax illa Regnorum tantum ſcitur prodeſſe ſubiectis, ſic haec religionis, cum populo ſuo proficit imperanti.* Plures eo legationis officio ornatos fuiſſe, uerba Theodorici recitata ſignificant. Feſtus igitur, qui nominatur, praecipuus legatorum fuit, quem etiam miſſum Theodorus Lector meminit m), et Senatorem nominat n), ſigillatimque de eo refert, poſtquam mandata, quorum cauſſa miſſus erat, peregerat, proprio nomine Anaſtaſium obſecraſſe, ut Conſtantinopoli ſanctam Apoſtolorum Petri et Paulli memo-

m) Hiſt. eccleſ. lib. II. p. 560: *Φῆστος τὶς τῶν τῆς συγκλήτου ῥώμης, πρὸς βασιλέα σταλεὶς Ἀναστάσιον διά τινας χρείας πολιτικὰς, ἐλθὼν εἰς τὴν βασιλίδα*, caet.

n) Sigonius etiam ExConſulem uocat, ſicut Anonymus ſupra *caput Senati*, Faſti Conſulares Flauium Feſtum cum Fl. Marciano Conſulem A. D. 472, adeoque duodeuiginti annis ante Theodorici regnum, produnt. Ad Feſtum multae ſunt epiſtolae Theodorici Regis in Variis Caſſiodori, ubi ſemper inſcribitur *Feſto Viro Illuſtri atque Patricio.* Hunc Feſtum, unaque Symmachum, Boëthii ſocerum, per *Principes ciuitatis* apud Boëthium de Conſol, Phil. lib. II, pr. 3, intelligi, Ren. Vallinus in annot. ad eum locum exiſtimat, ubi Boëthius dicitur *in affinitatem principum ciuitatis delectus*, ex eoque probabiliter colligit, Elpidis, prioris Boëthii uxoris, patrem, qui uulgo ignoretur, fuiſſe Feſtum, ſicut Symmachus fuerit ſecundae uxoris Ruſticianae.

memoriam eadem, qua Romae, ueneratione ac magnificentia celebrandam indiceret; idque obtinuiſſe. Iſtius igitur legationis, cuius princeps Feſtus Senator erat, comitem ſociumque Maximianum fuiſſe credo *). Plane enim eandem miſſionis ſuae cauſſam, quae Feſti fuit, memorat:

Miſſus ad Eoas legati munere partes,
Tranquillum cunctis nectere pacis opus,
Dum ſtudeo gemini componere foedera regni,
Inueni cordis bella nefanda mei.

Nec mirum eſt, ei legationi adhibitum Maximianum, qui et geſtis ante muneribus, et oratoriae facultatis fama, ut ipſe profitetur, inclaruerat:

Orator toto clarus in orbe fui. Eleg. I, 10.

Sed minores tamen partes eius in ea legatione fuiſſe, eaſdemque per ſocordiam et libidinem Maximiani uel negligenter actas, uel deſertas plane, ipſo fatente credere licet; El. V, 43:

Muneris iniuncti curam ſtudiumque reliqui,
Deditus imperiis, ſaeue Cupido, tuis.

Diuerſiſſimum adeo duorum legatorum ingenium fuit. Feſtus enim praeter exacta rei publicae negotia, per ſe de rebus eccleſiae et ordinandis caerimoniis cum Imperatore egit; Maximianus deſerto officio publico domi delituit, amoribus puellae irretitus. Neque igitur mirandum eſt, ſi Maximiani in publica illa legatione nulla mentio ab

*) Ratio aliqua aſſumti a Feſto Maximiani in ſocietatem legationis apparere uidetur, ſi Feſtus fuit Boëthii ſocer. Huius enim amicitia cum floreret Maximianus, potuit etiam huius cauſſa commendatus eſſe ſocero Boëthii.

ab hiſtoricis facta eſt. Caeterum ex illo caſu, quêm doli et lenocinia Graiae puellae ſeni Maximiano attulerant Conſtantinopoli, materia ei et cauſſa enata uidetur, ut querelas de ſenectutis ſuae ingraueſcentibus moleſtiis carmine ſingulari exponeret. Nam uitam ſuam ante modeſtius actam reſpiciens, et ſenectutem nunc turpi meretricis nequiſſimae amore debilitatam ſentiens, pudore pariter atque indignatione commouetur, ut hoc libello calamitatem ſuam deploret, et uitiis ſuis conuicium faciat, plane ut Tibullus, Amorem incuſans, de ſe profitetur, lib. II, 6, 17:

Tu miſerum torques; tu me mihi dira precari
Cogis, et inſana mente nefanda loqui.
Iam mala finiſſem leſo; ſed credula uitam
Spes fouet, caet.

Prima igitur Elegia, quae longiſſima iuxta atque optima eſt, ad deploranda ſenectutis ſuae incommoda deſcendit, ita quidem, ut memoratis prius artibus, exercitationibus, uirtutibus, quibus enituerit iuuenis, mox his contraria ſenii ſui uitia oſtendat, et generatim ſenum deformitatem, miſeriam, imbecillitatem, ſocordiam et ineptias uiuis coloribus depingat. Proximis elegiis ſenectutem ſuam infelicem ex amoribus minus proſperis demonſtrat, nominatque tres, quas amauerit, puellas, Lycoridem, Aquilinam, et Candidam, et ſingulis eas carminibus, II. III. et IV. decantat. Cum Lycoride ſe ait multos annos indiuiſum uixiſſe, nunc prouecta aetate deſpici ab ea et irrideri conqueritur. Adiungit ſequentibus elegiis, III et IV, praeteritae iuuentutis amores in Aquilinam et Candidam unceptos, eoſque ita narrat, ut iuueniles quoſdam luſus, et irritos leuis animi

aeſtus

aeſtus fuiſſe appareat. Sed hoc magis dolet deinceps, quod extrema ſenectute eo dementiae ſit prolapſus, ut ueſanis puellae Graiae lenociniis irretiri ſe pateretur, et uoluptatibus olim ſpretis ſe dederet, quibus ſufficere per aetatem non poſſet. Quum huius puellae laſciuiam et illecebras extrema elegia tam aperte et impudenter deſcribit, uix conciliare hoc poſſumus cum ſuperiorum elegiarum modeſtia, niſi ſtatuere uelimus, conſilium ei hoc fuiſſe, ut Graiae nequitiae et laſciuiae exemplum, ad corrumpendum tam potentis et ingenioſae depingeret. Nec diffitendum eſt, abreptum quoque et corruptum uideri laſciuorum ueteris aeui poëtarum ſtudio et lectione, quorum cum ſententias et elegantias multis locis imitari conatus eſt, tum etiam nequitiae exemplum ab iisdem petere non dubitauit o).

Argumentum Elegiarum Maximiani diuerſe admodum diuerſis temporibus acceptum et intellectum eſt, atque inde uarii earum tituli et inſcriptiones diſcrepantes factae, e quibus ſimul, quam diuerſa eius poëtae exiſtimatio diuerſis ſub aetatibus fuerit, colligere licet. Goldaſtus in quinque ueteribus codicibus, quos poſſedit, hanc ferme inſcriptionem fuiſſe teſtatur: *Facetum et periucundum poëma de Amoribus Maximiani, Poëtae doctiſſimi, Oratoris ſuauiſſimi.* Idem in Pariſienſis editionis, omnium primae, frontiſpicio

o) Qui Ouidii Amorum libro III. Elegiam 7 legerit, non dubitabit, eam a Maximiano Elegia V expreſſum eſſe. Taceo alia Catulli et Tibulli carmina multo turpiora.

cio inſcriptum eſſe dicit: *Periucundus, iuuenum quoque mirum in modum demulcens animos libellus, quem Nugarum Maximiani immitis Alexander intitulat*, caet. In uetuſtiſſima editione, quae certe prima in Germania fuiſſe uidetur, et in publica Academiae noſtrae bibliotheca extat, hic titulus praefigitur: *Maximiani philoſophi atque oratoris clariſſimi ethica ſuauis et periocunda incipit feliciter.* Quum Maximianum olim medio barbaroque aeuo in ſcholis praelectum eſſe, teſtimonia nonnulla antiquiorum doceant, tum etiam multitudo exemplarium manu ſcriptorum, quae hodienum extat, teſtetur, apparet ſane doctorum et monachorum adeo, qui tum ſcholas habebant, inſignis non inſcitia modo et barbaries, ſed et impudentia, qui libellum, uetitos ubique amores ſpirantem, et bonis moribus noxium, tantis ornare et commendare elogiis, iiſque iuuentutem allicere ad legendum ſategerunt. Quod ipſum pluribus uerbis exponit et indignatur Goldaſtus in Praefat. ad Catalecta Ouidii.

Qui iis temporibus paullo ſeuerius ſentiebant, *nugas* ea carmina et nugatorem Maximianum appellabant, ut fecit Alexander Grammaticus p). Plerique ex antiquioribus, qui Maximiani carmina citant, argumentum eorum et titulum fecif-

p) Etſi hoc in dubium uocat Fontaninus hiſt. lit. Aquil. p. 50, et ab Alexandro Maximianum alium, Grammaticum uerſificatorem, intelligi putat, eodem tamen elogio Maximianum noſtrum ornat liber manuſcriptus Luneburgenſis, quem I. N. Niclaſius, V. C. poſſidet, ubi ad finem ſubſcriptum eſt: *Explicitus eſt Maximianus nugax.*

feciſſe uidentur *de incommodis ſenectutis*. Ita certe deſcribit Eberhardus Bethunienſis, in Labyrintho, quo poëtas in ſcholis praelectos recenſet:

Quae ſenium pulſant incommoda maxima ſcribit,
Et ſe materiam Maximianus habet.

Idem fecerunt alii q). Nec inepta talis inſcriptio et libelli argumento minus conueniens uidetur, ſiquidem querela ſenectutis, in prima quidem Elegia praecipue regnans, per totum opus decurrit, et poſt interiectas aliquot de amoribus narrationes, ultima elegia denuo repetitur. Alii, in quibus Goldaſtus, maiorem libelli partem ſpectantes, argumentum eius poſuerunt *Amores Maximiani;* plurimi autem, inde uſque a Gaurico inſcribere *Elegiarum libellus* maluerunt, quod ſane in iſta materiae et mixti argumenti ambiguitate optimum factu eſſe uidetur. Quam autem diuerſa de argumento libelli et auctore exiſtimatio pro diuerſis temporibus fuerit, uel ex hoc intelligi poteſt, quod qui olim *philoſophus clariſſimus, poëta doctiſſimus, orator ſuauiſſimus, audiebat*, nunc a nonnullis recentioris aetatis eruditis peſſimus *nebulo* et *nugator*, *ſcriptor barbarus*, *lutulentus*, *ac tantum non ſtercoreus*, nominetur r). Quae

q) Carmen Maximiani *ſuper ſenectute* memorat Labbeus Bibl. noua Mſ. pag. 63. Fontaninus l. c. pag. 48 refert, in codice Vrbinate 832. fol. 133, bibliothecae Vaticanae proſtare hunc titulum: *Veteli Maximiani de incommodis ſenectutis libellus.*

r) Vid. teſtimonia Gyraldi, Iani Douſae, Broukhuſii.

Quae quidem iudicia, ſi quid ipſe iudicare poſſum, duriora mihi, quam pro merito Maximiani, uidentur. Etſi enim in Maximiano nullum uirtutis exemplum, nec uerae honeſtatis ſtudium agnoſco, nebulonem tamen, ſceleribus et nequiter factis gloriantem, non reperio, ſed querulum ſenem, uitia ſua et moleſtias imbecillo ferentem animo, ſimul tamen a iocis et nequitiis minus temperantem. Barbaries et ſordes ſtili neſcio an ſatis aeque Maximiano obiiciantur. Vitia eius ſermoni inſunt multa et grauia, quae tamen aetatis potius, qua uiuebat auctor, in barbariem prolapſae, quam ipſius ſcriptoris ſunt, communiaque adeo multis aliis eius aeui poëtis, praeſertim Chriſtianis, quos nemo propterea barbaros et lutulentos uocauerit *). Atque ea uitia ſermonis Maximianus multo ingenio, meliorum poëtarum imi-

*) Io. Hildebr. Withoſius in Encaeniis Criticis pag. 296, plane aliter nebulonis et ſcriptoris barbari crimen Maximiano impactum accepit, aliaque idem ratione ab eo defendit. Nebulonem et nugatorem a Gyraldo dictum eſſe exiſtimat, quod eum putauerit, nomine Cornelii Galli falſo uſurpato, impoſturam feciſſe, omnem autem hanc culpam in ſtolidiſſimos librarios conferendam cenſet, qui opuſculum hoc Corn. Gallo impudentiſſime adſcripſerint. Ita uero ſentiens Withoſius nec mentem Gyraldi ſatis cepiſſe uidetur, nec notitiam habuiſſe Gaurici falſarii, qui ſolus Maximianum in Corn. Gallum tranſformauit. Falſo idem barbariem ſermonis in Maximiano inueniendam librariis deberi, eorumque mendis et erroribus orationem impuram, metrum uitioſum redditum, arbitratur. Etenim hanc culpam non librariorum, ſed ipſius Maximiani eſſe ſatis conſtat.

imitatione nutrito, ſententiarum lepore, aliiſque ſtili uirtutibus compenſat, quibus merito uideatur captum et ingenium ſui ſaeculi ſuperaſſe.

Quae hodie in uulgatis Maximiani exemplis reperitur diuiſio libelli eius in Elegias VI, ualde inaequales, a Pomponio Gaurico primum uidetur introducta, qui eas pro fragmentis Amorum Cornelii Galli uendidit. Ipſe auctor unum et continuum libellum, ut Ouidius Remedia amoris, et Diras in Ibin, perſcripſiſſe uidetur, unde et in Mſptis ueteribus inſcriptus eſt *Maximiani liber*, et antiquiſſima exemplaria, impreſſa ante Gauricum, diuiſionem plane nullam habent, aut diuerſam, quamuis nec hanc aptiorem. Sic e. g. in uetuſtiſſima Germanica, quae ad manus eſt, Elegiae I noua ſectio, rubro notata incipit u. 227: *Suſcipe me genitrix;* et rurſus u. 267; *Non queror heu!* Elegia II cum tertia coniuncta eſt uſque ad u. 35: *Tunc me uiſceribus*, ſed caetera praetereo. In codice Eccleſiae Patauinae, quem indicauit Iac. Phil. Tomaſinus in Bibliothecis Patau. pag. 8. Maximiani liber in tres Elegias diuiſus, ſicut etiam in antiqua Pariſienſi edit. de qua mox dicemus, reperitur. Et primae Elegiae inſcriptio eſt: *Maximiani, poëtae illuſtris, opuſculum de eius uita et ſenectute:* Secundae: *Maximiani, poëtae illuſtris, de Lycori eius amica, quae ipſum deſeruerat, cum eſſet ſenex:* Tertiae haec: *Maximiani, poëtae illuſtris, de quadam puella Graeca, cuius amore captus fuit, et de nonnullis aliis* s). Operae pretium eſt hoc

P 5 loco

s) Refert haec Fontaninus Hiſt. litt, Aquil. lib. I. cap. III, p. 49.

loco mutationes crebras cum Maximiani impreſſis exemplaribus factas, ſiue claſſes editionum diuerſas enarrare. Primae et incorruptae editiones ante Gauricum factae ſunt paucae. Primam omnium, poſt Goldaſtum in Praefat. ad Ouid. Catalecta, Bernardus Moneta in Menagianis Tom. I. p. 339, eſſe cenſet Pariſienſem, cuius exemplum in bibliotheca Mazariniana extitit, Gothicis litteris impreſſum, in 4, et cuius inſcriptionem lepidiſſimam dignam iudicauit, quam integram opponeret: *Periucundus, iuuenum quoque mirum in modum demuliens animos, libellus, quem nugarum Maximiani immitis Alexander intitulat, impreſſus Parrhiſii, opera exactiſſimaque diligentia Stephani Iehannot, et Petri le Drou, Artium magiſtrorum et uigilantiſſimorum impreſſorum. Hunc ſi paruo nummiſmate comparare cupis, uenalem in uico ſancti Iacobi reperies in domo quadam ante Mathurinos ſita, iuxta Carnificem ſaniſſimas, humano pro corpore, carnes uendentem.* Fontaninus l. c. pag. 49 de hac editione iudicat, deeſſe quidem annum impreſſionis, ſed characterem alioſque libros ab iiſdem typographis A. D. 1496 et 1497, impreſſos euincere, factam eſſe circa A. D. 1500. Ex hac ſententia Fontanini Pariſienſis haec editio minime prima omnium habenda uidetur, ſed recentior eſſe ea, quae in codice aliquo Bibliothecae Academicae Helmſtadienſis pluribus libris antiquis innexa extat, et ſine anni locique notatione quidem, ſed tamen, ut ex libris coniunctis colligere licet, intra annos 1470 et 80, et in Germania quidem, impreſſa uidetur. Nam in eo codice primo loco ſunt Plinii Epiſtolae manuſcriptae a Georgio Breuz anno

1477,

1477, et in calce adiunctus liber Io. Boccacii de claris mulieribus, impreſſus Vlmae per Ioannem Czeiner de Reutlingen, anno 1473. Inſcriptio libelli eſt: *Maximiani philoſophi atque oratoris clariſſimi ethica ſuauis et periocunda Incipit feliciter.* Finis libelli uerſus quatuor alienos, eoſque uitioſos, habet adiunctos, e poëta neſcio quo huc temere illatos:

Praemia tot formae numeres quis uoce fatenda,
Quodque poteſt laudes dicere lingua tuas.
Quamuis nociuas intendere dicere uoces,
Deſtituunt uerba pectus banela meum t).

Subiunguntur 1) Epitaphium Nicolai Papae V. a Mapheo Vegio poëta laudenſi editum: 2) Epitaphium Eugenii Papae IV. 3) Epitaphium Laurentii de Valla, poëtae atque oratoris famoſiſſimi: 4) Epitaphium Ouidii poëtae: *Ille ego, qui fueram* caet. 5) Epigramma ridiculum: *Deuorat agricolam rex.* caet. Praeter has duas Maximiani editiones neſcio an alia ſaeculo XV exeunte prodierit. Nam initio ſtatim ſaeculi ſequentis ſecuta eſt Pomponii Gaurici, Neapolitani, corrupta et Corn. Gallo ſuppoſita editio, cuius titulus perſcribetur: *Cornelii Galli fragmenta, per Bernardinum Venetum de Vitalibus, Venet. 1501, die XII Ianuarii.* Haec editio, quae rariſſima eſt, Lutetiae in pluteis regiis ſeruatur, exſtititque

t) Hi quatuor uerſus paullo correctiores, atque etiam quatuor aliis auctiores pariter ſubiiciuntur codici Voſſiano, cuius collationem habeo, tum etiam Luneburgenſi Niclaſii, quos tamen hic neque repetere, neque emendare operae pretium putaui.

que in bibliotheca Heinſiana, ut legitur in eius Part. 2. pag. 75. Alterius editionis Venetae anni 1503 exemplar cum codicibus Mſptis collatum recenſet Paullus Colomeſius, Operum pag. 891. inter libros Iſ. Voſſii, qui poſtea tranſierunt in publicam bibliothecam Leidenſem u). Gaurici editionem plane expreſſit et cum omnibus annexis repetiit, quae Pariſiis eodem anno 1503 ex officina Aſcenſiana prodiit in 4. Titulus eſt: *Cornelii Galli, poëtae memoratiſſimi, quae recolligi potuere fragmenta: Aſcenſiana accuratione re impreſſa. Venundantur Parrhiſiis in uico ſancti Iacobi, ſub Leone argenteo.* In fine legitur: *Impreſſum Pariſiis accuratione Aſcenſiana. Anno Domini MCCCCCIII. Die XXI Iulii.* Memorat eam Catalogus bibliothecae publicae Lugduno-Batauae, pag. 250: ſeruat etiam bibliotheca Academiae Georgiae Auguſtae, unde cum aliis pluribus Maximiani exemplis notabilioribus beneuole uſui meo conceſſam habui. Fabricius ignoraſſe uidetur, niſi fortaſſe ea eſt, quam Bibl. Lat. Vol. II. p. 348 dicit Pariſiis 1523, 4, prodiiſſe, anno eo per errorem typographicum poſito pro 1503. Similis repetitio Gauricianae editionis eſt, quae paullo poſt Argentorati, in collectione uariorum poëmatum apparuit, cuius haec eſt inſcriptio: *P. Gregorii Tipherni poëtae illuſtris Opuſcula: Franciſci Octauii Elegiae et Epiſtolae amorum: Sulpitiae Carmina LXX (quae fuit Domitiani temporibus) nuper Georgii Merulae opera in lucem edita: Cornelii Galli poëtae tum clariſſimi, tum uetuſtiſſimi Elegiarum Fragmenta: Pomponii*

u) Haec Fontaninus, hiſt. litt. Aquil. pag. 42.

nii Gaurici Neapolitani Elegiacon. Argentoraci ex officina Schureriana, menſe Iulio MDVIIII. in 4 x). Denuo ſecundum Gaurici recenſionem Maximiani Elegiae uno cum lyrica cantiuncula ad Lydiam excuſae dicuntur poſt Pindarum Thebanum de bello Troiano Fani editum a Franciſco Polyardo, apud Hieronymum Soncinum. 1515. in 8. Quibus fraudibus Gaurici hae editiones corruptae ſint, ſuperius iam memorauimus. Ex eo tempore nomen Maximiani plane diſparuit, et in omnibus editionibus regnauit Cornelius Gallus. Ob id ipſum nomen coeperunt Elegiae hae operibus Catulli, Tib. et Propertii adiungi, quia his poëtis Corn. Gallus aetate par fuit, cum iiſque comparatus a Quinctiliano. Prima editio, quae Maximianum ſub Corn. Galli nomine tribus iſtis poëtis adiungeret, fuit, niſi fallor, Baſileenſis per Henricum Petrum, 1530, 8. quae inſcribit: *Cn. Cornelii Galli, poëtae clariſſimi, ex iis, quae colligi potuere fragmenta.* Secutae ſunt aliae, ut Gryphiana 1531, et Baſileenſis, 1539, 8, quae ſimiliter inſcribunt. Plures Cornelii Galli uitam, a Gaurico compoſitam, praemittunt, ut Gryphiana Lugdunenſis 1534. 8. Baſil. 1546. 12. Venet. 1549. 8, Plantiniana Antuerp. 1560. 12. Gryph. 1561. 12. Baſil. 1569. 8. Cum interim fraus in falſo Corn. Galli nomine praepoſito magis detecta ab eruditis eſſet, coepit Maximiani nomen in Elegiarum fronte reuocari, aut certe adiungi Gallo. Id primum factum eſt a Theodoro Puſman-

x) Vid. Maittaire Ann. Typogr. Tom. II. pag. 202. Catalogus biblioth. Roloffianae P. I. pag. 122. n. 967.

manno, qui in editione Catulli, Tib. Prop. Antuerpiae 1569, 12, quae repetita eſt Lugduni apud Anton. Gryphium 1573, praefationem uel epiſtolam ad lectorem Galli elegiis praemiſit, qua Maximiani librum falſo hactenus Cn. Cornelio Gallo inſcriptum admonet, et titulum hunc praefigit: *Maximiani liber, qui falſo hactenus ſub nomine Cn. Cornelii Galli editus eſt.* Ad principium quoque in margine notat: Veteris libri inſcriptio *Maximiani liber*, et porro Varias lectiones e ueteri codice deſcriptas apponit, tum etiam Elegia IV, 25, diſtichon, quod Maximiani nomen continet, et a Gaurico eiectum erat, e manuſcripto reſtituit. Primus igitur fuit Pulmannus, qui aliquam curam recenſendo et reſarciendo texto Maximiani adhibuit y). Sed ſecuti eum ſunt pauci. Petrus Pithoeus inter Epigrammata et Poemat. uetera, Pariſ. 1590, pag. 423, plane ita inſcripſit et integrauit, uti Pulmannus fecerat. Et Goldaſtus, inter Ouidii Erotica et Amatoria Opuſcula,

y) Editio Catulli, Tib. Prop. cum Corn. Gallo, Pariſienſis, 1743, 12, qua, ut editor in praefat. profitetur, Maximiani Elegiae ad editionem Plantinianam 1569, e ſecundis curis Theod. Pulmanni collatae ſunt, textum quidem Maximiani a corruptelis Gaurici uindicatum habet, ſed praefationem aliquam Pulmanni non exhibet, neque titulum elegiarum iiſdem uerbis conceptum praeponit. Caeterum in hac recenti edit. Pariſienſi uideo ſingulis Elegiis breue argumentum praepoſitum; Elegiae I. *Senectutis deſcriptio*, II. *Non deſpicienda ſenectus.* III. *Narrat facta iuuentutis.* IV. *Initia ſui narrat amoris.* V. *Mulier fingens amorem.* VI. *Conſilium ſenibus datum.*

ſcula, Francof. 1610, pag. 48, textum integrum Maximiani dedit, ſed ſub nomine *Cornelii Maximiani Galli Etruſci*, quod ille in manuſcriptis codicibus legi exiſtimauit, ego uerum non puto. Sequentes editores, ſemel moniti, Maximianum triumuiris poëtis adiungentes, plerumque inſcribunt hac formula: *Cn. Cornelii Galli, uel potius Maximiani, Elegiarum libellus*; (quomodo inuenio, in ea, quae Brageraci anno 1611 prodiit) idque hoc diligentius ab iis ſeruandum fuit, poſtquam in editione Hanouienſi, 1608, Triumuiris poëtis, praeter adhuc creditas Corn. Galli Elegias, alia ſub Aſinii Cornelii Galli nomine ab Aldo Manutio prodita acceſſit, et unus Corn. Gallus ſpurius ab altero diſcernendus fuit. In pleriſque autem hiſce editionibus plane mirandum eſt, quamuis inſcriptio elegiarum de uero auctore Maximiano moneat, ipſum libellum tamen ad formam et recenſionem Gaurici falſarii dari, et non ſolum uitam Galli a Gaurico ſcriptam, quae Maximiano abrogat, praeponi, ſed etiam caeteras corruptiones in texto factas retineri. Sic factum uideo in exemplo Catulli, Tib. Prop. quod opera Iani Gebhardi, cum notis eius et indice Horatii Tuſcanellae editum eſt Hanouiae, 1618. 8. iterumque Francof. 1621. 8. Plures aliae editiones eiuſdem notae obuiae ſunt, quae a priorum conſuetudine non recedunt, ut Amſtelodamenſes Ianſonianae in 16, et recentiſſima Bipontina, 1783. Vniuerſe mihi ex comparatione editorum exemplarium, et manuſcriptorum obſeruare licuit, iſta quidem parum differre in lectionibus, et multa habere ſimilia, pariter autem manuſcripta, ubi diuerſa ab iſtis proferunt, in

iis

iis ipſis conuenire inter ſe, ita quidem ut adhuc diuerſa utrorumque recenſio reperiatur. At ex his intelligitur, quam negligenter habitus ſit Maximianus ab editoribus, qui nihil aliud, quam textum a ſuperioribus traditum repetentes, de emendando et ad incorrupta exemplaria reformando non cogitarunt.

Ex omni numero eorum, qui Maximianum ediderunt poſt Gauricum, neminem reperio, quoad recordari poſſum, qui textum a Gaurici defraudatione integrum dederit, praeter hos quatuor, Theodorum Pulmannum, et, qui eum expreſſit, recentiorem editorem Pariſienſem, tum Pithoeum et Goldaſtum z). Eſt adhuc ſolitaria quaedam et a reliquis poëtis ſeiuncta editio Maximiani, quae nullum neque impreſſionis locum, neque annum notatum, et pro titulo haec tantum uerba proſcripta habet: *Maximiani (ſaeculi ut creditur XII) Elegiae.* Quam ego aliquando uiſam Luneburgi in lucem prodiiſſe ſuſpicatus ſum, ubi plures poëtas minores hoc ſaeculo ſeorſum editos noui. Et confirmauit me hac in ſententia, I. N. Niclaſius V. C. qui Maximianum a Chriſt. Friderico Schmidio, Ioannaei Luneburgenſis Rectore, et plurium editore poëtarum, putat editum eſſe Luneburgi intra annos 1714 et 1726,

z) In editione Propertii ex muſeo Simonis Abbes Gabbemae, Traiecti ad Rhen. 1659. in 8. ubi inſcribitur *Maximiani Elegiarum libellus, perperam Cornelio Gallo attributus,* uidetur editor recenſionem Theod. Pulmanni ſecutus eſſe. Sed hoc ſuſpicor tantum, nam librum ipſum nunc inſpicere non poſſum.

1726, typis Ortmannianis. Quod Maximianum editor in titulo ſaeculo XII aſſignauit, hoc ex errore eſt, quo Maximianum uerſificatorem artis Grammaticae cum Elegiographo confudit, perperam intellecto Gangii teſtimonio, quod Fabricius in Bibl. lat. med. aeui et Fontaninus adducunt, et quod ipſi proferemus alio loco. Praetereundum denique non eſt, Maximiani Elegias inter *Opera et Fragmenta ueterum Poetarum Latinorum*, a Mich. Maettario edita, exhiberi, ad calcem Voluminis II ſubiectas; neque minus in *Collectione Piſaurenſi omnium poëmatum, carminum et fragmentorum Latin.* Tomo IV, p. 195.

- Alia Maximiani carmina, neſcio unde cognita, Labbeus Bibl. noua Manuſcriptorum pag. 63. memorat, *ſuper ſenectute, regulam metricam, carmen de uirtute et inuidia, de ira, patientia atque auaritia.* In quibus quidem illud, quod ſuper ſenectute ſcriptum dicitur, facile credam eſſe idem cum libello elegiarum, cuius ſumma eſt querela de ſenectute, caetera tamen non alia uidentur, niſi exercitia Grammatici uel ſcholaſtici poëtae, cuius generis etiam ſunt uerſus, qui in Pithoei Epigramm. ueter. ſub Maximiani nomine inter XII poëtarum ſcholaſticorum carmina leguntur, *de ratione tabulae, in tumulum Ciceronis et Virgilii, deſcriptio Iridis, imaginis in unda, amnis glacie concreti, de ortu ſolis, de ſignis coeleſtibus, de quatuor tempeſtatibus.* Falli credo I. A. Fabricium in Bibl. med. et inf. latin. Tom. V. p. 179, qui haec carmina breuia pariter Maximiano Elegiarum auctori adſcribit, diuerſumque ab hoc puto poëtam illum ſcholaſticum, ſiquidem Maximianum noſtrum, quem ſcimus ſub

Theodorico rege mature honores publicos cepiſſe, et liberiorem uitam in iuuentute geſſiſſe, non credibile eſt, in umbra et exercitamentis ſcholaſticis tempus conſumſiſſe. *Regula metrica*, quam Labbeus inter carmina Maximiani refert, manifeſte auctorem profeſſione Grammaticum prodit, et puto, talem librum ſcholaſtici poëtae, olim lectum in ſcholis, fuiſſe, quem Alexander de uilla Dei *nugas Maximiani* appellauit, et e ſchola expulſum ſuo Doctrinali compenſare uoluit. Nam ſi Maximiani Etruſci Amores reſpexit, diſparis plane ingenii et argumenti librum, nulla ratione eum comparare cum ſuo, aut reprehendere adeo potuit, ut eius loco ſuum librum, mere Grammaticum, reponendum putaret. Igitur ſatis probabile eſſe arbitror, duo fuiſſe Maximianos ſcriptis uerſibus claros. Haec poſtquam ſcripſeram, Iuſti Fontanini Hiſtoriam litter. Aquil. qua de Maximiano fuſe agitur, legens, reperi ab eo auctore eandem ſententiam de duobus Maximianis proponi. Sic enim ille Cap. III, §. III. pag. 50: *Maximianus*, quem ſpernit Grammaticus Alexander, nec fuit *Etruſcus*, neque *Elegiographus*; ſed natione Gallus, et uerſificator grammaticae artis, in Academia Pariſienſi olim perlegi ſolitae, quem uixiſſe A. D. 1200. auctor eſt Carolus Cangius in Nomenclatore ad Gloſſarium Latinum, eiuſque regulas metro concinnatas, alicubi forte *nugas*, uſque ad eundem Alexandrum inualuiſſe, palam fit non minus ex uerſibus iam recitatis, quam ex Caeſare Egaſſio Bulaeo in Hiſtoria Vniuerſitatis Pariſienſis To. I. pag. 517. Haec ſententia uero etiam propius accedit, quod puerorum manibus libri de arte grammatica feruntur, non

non turpiſſimae Elegiae de amoribus et ebrietate, cuiuſmodi hae ſunt, quae Maximianum Etruſcum, uitiis inquinatiſſimum ſenem, auctorem habent. Haec Fontaninus. Re uera tamen Maximianum Elegiographum in ſcholis lectum, ex aliis teſtimoniis conſtat, et fortaſſe communio nominis fecit, ut Maximiano uno Grammatico recepto, etiam alter poëta, quod ſententiis creber, et de uita humana nonnulla non inepte monere uidebatur, proponeretur. Caeterum etiam Maximianus aliquis, ſeuerior poëta, et diſciplinae adeo caſtigationiſque aſperae commendator repertus lectuſque medio aeuo uidetur, ſiquidem Iacobus Magni, qui in Sophologio Maximianum ſaepius citat, quodam loco uerſus aliquot ſub eodem nomine adducit, qui in Maximiani Elegiis hodie non leguntur, et ſtilo atque ſenſu, ut ita dicam, prorſus monachali concepti, cruciatus corporis commendare uidentur, quos ſibi homines religioſi ad coërcendas libidines imponere ſolent. Nempe Sophologii libro II, cap. 2, *quomodo natura cupit uirtutes*, haec duo Maximiani diſticha refert:

Amplecti mundum quorundam uota laborant,
Sed uotis obſtat uerbere trita caro.
Nam nos a uitiis mundanis ſaepe retardat
Corporis anxietas, damna, flagilla, fames.

Haec quia plane a Maximiani Etruſci genio diſcrepant, in eam me ſententiam adducunt, ut credam, aut extitiſſe aeuo medio Maximianum alium et diuerſum ab Etruſco, cuius forte fuerint carmina, quae Labbeus memorat, *de uirtute et inuidia, de ira, patientia atque auaritia*, aut Etruſcum illum monachalibus praeceptis ualde

interpolatum, et ab obſcenis laſciuiſque locis purgatum fuiſſe, ut aptus ſcholarum lectioni et diſciplinae eſſet. Et interpolationes uarias ſubinde expertum eſſe Maximianum, loca nonnulla manuſcriptorum ueterum etiam nunc oſtendunt, ſiquidem in codice Luneburgenſi, uel Niclaſiano, poſt uerſum 234 Elegiae I, uerſus hexameter alienus interponitur; et in eodem, tum in Voſſiano et Rottendorfiano, quos collatos habeo, poſt uerſum 40 Elegiae II diſtichon integrum inſeritur, quod exemplaria impreſſa non agnoſcunt. Referemus eos uerſus, ſuo quoſque loco, inter Variantes lect.

Quamquam Maximianus frequenter eſt editus, beneficio quidem Triumuirorum poëtarum, Catulli, Tib. Prop. quorum in conſortium ſemel erat receptus, caeterum tamen neglectus deſpectuſque iacuit in tantum, ut neminem eruditorum ſciam, qui eius elegias ſingulari cura recenſendas et emendandas ſuſceperit, licet haud defuerint, qui loca nonnulla earum data occaſione citarent, aut exponerent. Quo maior mihi cauſſa adfuit, ut inſtituti mei legem ſecutus poëtam inſulſum quidem, quod argumentum attinet, facundum tamen et pro ſaeculo ſuo ſatis elegantem, a ueteri ſitu liberarem, et repurgatum inter Poëtas Minores proponerem, praeſertim cum ea praeſidia rei gerendae mihi a uiris eruditis ſuppeditata eſſent, quae me hortari ad opus illud ſuſcipiendum uiderentur. Quorum praecipua ut nunc memorem, manuſcripta exemplaria uetera Maximiani plura adfuerunt, quae partim ipſe contuli, partim collata et mecum communicata ab amicis, uiris eruditis, accepi. Codicis Voſſiani

ſiani collationem, manu Nic. Heinſii factam cum exemplo Pithoeano in Epigr. et poëm. uet. pag. 423, deſcriptamque, uti titulus mihi praeferre uiſus eſt, ab H. C. Hennio, D. beneuole ſubmiſit mihi, cui et multa alia debeo, Laur. Santenius, V. C. qui et alias uarietates lectionis adſcripſerat e Florilegio, quod ipſe poſſidet, Manuſcriptorum antiquorum. Haec collatio nonnunquam duplices lectiones, adeoque comparatus cum alio ignoto codice, offert. Quod ſimiliter animaduerti in codice Ms. quem utendum mihi perhumaniter conceſſit I. N. Niclaſius, Gymnaſii Ioannei Luneburgenſis Director grauiſſimus. Hoc exemplum ſcriptum, quia uno codice cum aliis libris et carminibus anno 1494 et ſerius ſcriptis continetur, hinc mihi uiſum eſt in fine ſaeculi XV, aut principio adeo decimi ſexti exaratum eſſe. Qua in re ut dubius ſim, facit in primis diſtichon Elegiae IV, u. 24, a Gaurico fraudulenter omiſſum, quod ſcriptor huius exempli non in ſerie contextus, ſed in margine adſcripſit. Vnde ſuſcipio eſt, habuiſſe eum ante oculos exemplum Gaurici impreſſum, quod anno primo ſaeculi XVI uulgatum eſt, et ſcripturam ſuam ei accommodaſſe; in quo quia omiſſum uidebat diſtichon, quod in ſcriptis exemplaribus inueniebat, putauit illud in margine ponendum. Ad finem libri, itidem in margine, apponit diſtichon, quod nomen librarii indicare uidetur. Quod quia mendoſe et obſcure ſcriptum eſt, appono illud, ſicut in codice Eccleſiae Patauinae lectum refert Fontaninus, l. c. pag. 49:

Talibus infectae deponis uerba ſenectae
Scriptus ab Erimacho, Maximiane, Lupo.

 Huic

Huic porro ſubiungit uerſus ex alieno carmine huc tranſlatos, quos ſupra nota t) etiam codicem Voſſianum et antiquam editionem Germanicam habere dixi:

Praemia tot formae numerat quis uoce facunda. caet.

Santenius praeterea ſuppeditauit mihi Collationem codicis Bern. Rottendorfii in membr. ad editionem Catulli, Tib. Prop. Pariſ 1753; item Excerpta Variantium ex alio codice non nominato, quae adſcriptae erant Gallo editionis Hanou. 1618 in exemplari, quod olim Gronouii fuit, et in eius librorum auctione emtum. Addidit denique et mecum communicauit Cl. Santenius Richei van Ommeren, uiri eruditiſſimi, Rectoris ſcholae Amſtelodamenſis, Obſeruationes et coniecturas in Maximianum, ſingulari in ſcheda, neſcio a quo, ſcriptas, quae tamen admodum breues ſunt, nec fere aliud quid, quam comparationem ſimilium locorum, quos reſpexit uel imitatus eſt Maximianus, continent. Sed in primis mihi hac in opera conferendus fuit Io. Hildebr. Withofius, qui in *Encaeniis Criticis*, Veſaliae anno 1741 editis, libri III capite III et IV multa Maximiani loca emendandi et illuſtrandi ſtudio perſtrinxit; qui tamen, ubi plerumque liberiore criſi utitur, plura loca temere ſolicitat, et audacius corrigit, in primiſque naeuos omnes, ſcriptori iſti ab aetate ſua et latinitate corruptiore adhaerentes, contra uetuſtorum exemplarium fidem tollere conatus, raro a nobis impetrare potuit, ut eius conſilio uteremus. Optimi manuſcripti inſtar mihi fuit editio peruetuſta Germanica ſupra luculente abs me deſcripta, quam recenſioni meae perpetuo

petuo adhibui. Ex editionibus reliquis maxime conſului Plantinianam Theod. Pulmanni, Antuerp. 1569. 12, et uarias lectiones ab eodem e ueteri codice deſcriptas et margini appoſitas, quem in praefatiuncula dicit ſe ex Ioannis Goropii Becani bibliotheca habuiſſe; tum Pithoeanam in Epigr. et poëm. ueter. et Goldaſti in Erot. et amat. opuſc. Ouidii. Fundum autem recenſionis meae poſui recentiſſimam edit. Bipontinam, 1783. In ipſa recenſione et explanatione nihil fere aliud agere neceſſe fuit, quam ut multifariae lectiones librariorum incuria et temeritate inuectae, expenderentur recte, et textus poëtae, multum ea uarietate diſtractus, lectione maxime probabili inducta componeretur; ad illuſtrationem rerum uerborumque ſufficiet, loca ueterum poëtarum, quorum ingenio et uerbis fere utitur Maximianus, opportune conquirere et indicare.

Maximiani Elegiis adiungi, atque hac in claſſe Amatoriorum proponi a nobis poterat, quae a Goldaſto inſcribitur *Ouidii Iunioris ſomnus.* Namque hanc Elegiam Aldus Manutius, qui eum uita Ouidii uulgauit Venetiis 1515. 8, negauit ab Ouidio profectam eſſe, aſſentiente Goldaſto, et in antiquioribus editionibus, quae e recenſione Iac. Micylli et Greg. Berſmanni, et apud Gryphium prodierunt, ea ad calcem Heroidum et Amorum Ouidii, tanquam catalecton, reiicitur, ut fragmentum ex Epigrammatis. Poſtquam uero a Dominico Mario, et duobus Heinſiis obſeruatum eſt, in optimis et ueterrimis codicibus Mſptis eam Elegiam inter Amores Ouidii lib. III, El. 5, extare, coepit deinceps ab editoribus, tanquam genuinum et indubitatum Ouidii Naſonis

carmen, eo loco reponi. Quod in primis a Petro Burmanno in duabus Ouidii editionibus, minore et maiore, factum eſt. Igitur quia Ouidii eſſe, non dubitatur hodie, et in praeſtantiſſimis eiuſdem editionibus uulgatum illuſtratumque eſt, nolui equidem, nec debui, tanquam ſingulare diuerſi poëtae carmen collectioni meae inſerere.

Poterant nonnulla alia ueterum carmina ad hanc Amatoriorum claſſem referri, ut Petronii *de muliere formoſa* fragmentum, Arborii Elegia *ad Nympham nimis cultam*, et Incerti lyricum *ad Lydiam*. Sed haec dudum locum in aliis claſſibus Operis mei inuenerunt, et Tomo III. et IV Poët. min. leguntur. In Codice Ms. bibliothecae Guelf. Triumuiris Amorum Catullo, Tib. Prop. annexa legitur Elegia ad Deliam, antiqua manuſcripta, quae incipit: *Delia feminei ſpecimen uenerabile ſexus.* Hanc quia elegantem planeque ad ueterum genium compoſitam reperiebam, parum aberat, quin his Amatoriis adiungerem. Sed intercedebat ſuſpicio non leuis, eſſe a recentiore poëta, fortaſſe Italo, ſaeculi XIV, uel XV ſcriptam, quem curioſius inueſtigare non uacabat.

Sed quae praeterea a quibuſdam Operum Ouidii editoribus, et a Goldaſto inter Erotica et amatoria Opuſc. relatae ſunt, Elegia de Pulice, et de Philomela, eae licet nugaces et nullius ingenii ſint, tamen, ut antiquitus tradita carmina pro noſtro inſtituto afferuemus, non omnino praetermittendae uidentur. *Elegia de Pulice* ſub Ouidii nomine, quamuis Ouidio plane indigna, cum in quibuſdam uetuſtis collectionibus carminum Ouidio impudenter ſuppoſitorum, tum etiam in nonnullis Operum Ouidii editionibus ad

cal-

calcem Heroidum et amatoriorum librorum, ut in Micylli et Berſmanni exemplaribus, ſaepius edita eſt. Extat in Bibliotheca Ducali Guelferbytana codex recenter inuenta typographia, ſed ſine loci et anni nota, impreſſus, qui egregios hoſce libros in titulo uendidat: *Ouidius Naſonis* (ſic) *Sulmonenſis poëta de tribus puellis: Ouidius Naſonis de ſagaci nuncio: Ouidius naſonis de pulice. Pamphilus poëta de amore: Epiſtola amatoria metrice conſcripta.* Eundem codicem ſe habuiſſe refert I. A. Fabricius Bibl. Lat. lib. I. cap. XV. pag. 468. edit. Ern. Diuerſae collectioni carmen hoc ludicrum inſeruit Caſp. Dornauius in Amphitheatro ſapientiae Socraticae ioco-ſeriae, Tom. I. p. 27. Verum nomen auctoris, quod in Ouidium tranſierat, detexit Goldaſtus, et *Ofilium Sergianum* proſcripſit. De quo ipſe in Praefat. ad Erotica Ouidii, pag. 23: *Quod hic auctor modo renaſcitur, beneficio debet ueterum ſchedarum Illuſtriſſimi Monaſterii Campidonenſis in Algouia. Qui Ouidio tribuerunt, ſcire licet, deceptos fuiſſe affinitate nominum. Facilis enim migratio fuit* τῶ Ofilius *in* Ouidius. Quicunque autem Ofilius ille Sergianus fuerit, certe luſu illo de Pulice leue et laſciuum Ouidii ingenium exprimere uoluit, et ſigillatim Elegiam eius XV libri II Amorum, qua de annulo, quem amicae ſuae dono miſerat, ludit, manifeſte imitatus eſt. Nam ut hic annulus, ſuum munus, fieri optat, ſic ille in pulicem mutari, ut particeps fieri ſecretorum puellae, et in ſinum occultioraque eius membra ſurrepere queat *). Mich. Marolleſius hanc

*) Idem ioculare uotum fortaſſe hoc ipſo e carmine pulicem tranſeundi, ne delibatum, nuper in epi-

hanc Elegiam Gallica proſa uertit, adiecta aliqua notula, ad calcem librorum de arte amandi, inter opuſcula reliqua Ouidii operibus adiungi ſolita, Pariſ. 1660. 12. Ibi tale iudicium de ea fert: *Quoy que ce Poëme ne fuſt pas d' Ovide, ce n' eſt pas a dire auſſi, qu' il ſoit ſi mauvais, qu' on le doive juger indigne d' eſtre leu. Les penſées en ſont jolies, et ne peuvent avoir eſté imaginées, que par un eſprit enjoué, qui faiſoit aiſément des Vers.* Gallicam metaphraſin *Pulicis* Ouidiani, Fabricius refert, exſtare in libello parum ſerio, et parum pudico, qui Amſtel. 1720. 12. prodiit ſub titulo *Les tetons*, p. 50. Praeter hos neminem alium cognoui, qui ei poëmati recenſendo curam aliquam adhibuerit. Ipſe ad manus habui duo exempla eius, a Berſmanno et a Goldaſto uulgata, quae parum differre lectionibus comperi, ſed eadem contuli cum textu, quem habebat uetuſtiſſima editio codicis Guelferbytani ſupra memorati,

epiſtola amatoria illuſtris auctoris reperi, nempe in una earum, quas Aeneas Syluius, Pii II nomine Pontifex max. in libello, qui inter eius opera extat, de Euryali et Lucretiae amoribus, quaſi hos inter amantes miſſas, confinxit, quaque propoſita in Schelhornii Amoen. liter. T. I. p. 265. probatur, epiſtolas amoebaeas, quae uulgo ferantur, Electoris Palat. Caroli Ludouici et Degenfeldiae Baroniſſae, ex iſtis Aeneae eſſe deſcriptas. In ea igitur epiſtola haec uerba leguntur: *Et ſi plures te amant, nullorum tamen ignis comparandus eſt meo. At tu non credis, quia loqui nequeo tecum: id ſi daretur, non me contemneres. O utinam fieri poſſem hirundo, ſed libentius transformari in pulicem uellem, ne mihi feneſtram clauderes,*

ti, in quo quidem nonnullas lectionis uarietates, ſed plerumque deteriores, et barbarum ſaeculum redolentes inueni; quas etiam exſcripſit et annotauit Pol. Leyſerus Hiſt. poët. med. aeui, pag. 269. Caeterum qui hic iocum ludumque laſciuo poëtae ſuppeditauit Pulex, idem et grauibus uiris materiam exercendi in eius laude ingenii praebuit. Quippe encomium Pulicis ſcripſit Michael Pſellus, et poſt eum Caelius Calcagninus, item Petrus Galiſſardus Araquaeus, ut notauit G. I. Voſſius, Inſtit. Orat. lib. III, p. 333. Tum etiam plurium eius argumenti auctorum monumenta protulit et recenſuit Caſp. Dornauius, Amphith. ſap. Socrat. Tom. I. pag. 21. ſeqq. Et in Biblioth. Luxtorphiana Part. II. p. 331, leguntur *Tractatus uarii de Pulicibus.* Vtopiae ſ. a. c. fig. Calcagnini encomium pulicis etiam in *Diſſertationum ludicrarum et Amoenitatum* Syllogen receptum eſt, in qua alia ſimilia encomia Podagrae, formicae, pediculi, anſeris, aſini, caet. a celeberrimis uiris ſcripta leguntur. Quod opus Lugd. Bat. an. 1644, 12, excuſum nuper mihi in ornatiſſima bibliotheca S. V. Carpzouii uidere licuit.

Quam duce Goldaſto ſequi iuſſimus, *Elegia* in uulgaribus quidem exemplis pſeudepigraphorum Ouidii *de Philomela* inſcribitur, ſed re ipſa enarrationem nominum et uerborum continet, quibus diuerſae auium et quadrupedum uoces in lingua Latina ſignantur. Incipit enim a laude Philomelae, atque illam praeſtantiam uocis et uarietatem cantus multiplicem praedicat, quae mille uocum diſcrimina referre, et, quos aliae aues ſonos edant, uno ueluti concentu et modulami-

lamine efferre ualeat. Praeterea cantum eius continuum et non intermiſſum laudat, quod aliae aues interdiu tantum, philomela nocte dieque canat. Hinc ingreditur enarrare uoces ſubiungit. In antiquioribus Operum Ouidii editionibus, ut in Aldina utraque an. 1502 et 1515, in Pariſina Colinaei, Gryphiana Lugdunenſi, et Berſmanni Lipſienſi, aliiſque, haec Elegia inter pſeudepigrapha Ouidii relata eſt, deinde a M. H. Goldaſto inter Erotica et amatoria opuſcula, Francof. 1610. pag. 71, et a Caſp. Dornauio in Amphith. ſap. Socrat. Tom. I. pag. 391, quorum exempla parum inter ſe differunt. Sed Andr. Schottus Obſeruatt. human. lib. II, cap. 51. p. 101. multum ab iſtis diuerſum exemplum e uetuſtis membranis protulit, quod non modo plurima in uerbis uoces exprimentibus mutat, ſed et initio integros uerſus octo abiicit, eoſque in diuerſos quatuor contrahit, nempe hos:

Scribere me uoces auium Philomela coëgit,
Quae cantu cunctas exſuperat uolucres.
Nam Philomela canit uocum diſcrimina mille,
Et cantare ſimul nocte dieque poteſt.
Parrus enim caet.

Hoc exemplum Petr. Burmannus Anthol. Lat. lib. V, num. 143, repetiit, quia uulgato antiquo magis genuinum et emendatum cenſuit. Quod mihi ſecus uidetur. Quamuis enim hic illic lectiones meliores habeat, ſunt tamen alia uulgarium editionum, quae praeferenda putem. Et quod initio nonnulli uerſus, qui laudem philomelae et cauſſam ſuſcepti argumenti continent, abiecti ſunt, alia in breuius contracta, hoc auctorem aliquem aut librarium recentiorem prodit,

dit, qui carmen hoc ad primarium argumentum ſuum reducere, et ad formam gloſſarii de uocibus animalium, qualia multa in bibliothecis manuſcripta etiamnum extant, redigere uoluit, adeoque, quae in antiquo exemplari de laude philomelae dicuntur, tanquam ſuperflua reſcidit. Ipſae mutationes in exemplo Schotti factae ſatis oſtendunt, hoc ex illo antiquiore ductum et correctum eſſe. Nam qui uerſus initio carminis praeponitur: *Scribere me uoces auium* caet. hic e medio antiquioris emempli, u. 45, ubi idem legitur, ſumtus eſt; et qui hic ſequitur u. 47: *Sed iam quadrupedum fari* caet. in alium mutatus eſt, ut ſuo loco indicabitur. Quamobrem mihi ſatius uiſum eſt, textum uulgarium editionum ſequi, cuius mihi duo exempla, nempe Berſmanni et Goldaſti, ad manus ſunt, eumque e Schotti exemplo, ubi opus fuerit emendatiorem reddere. Auctorem huic Elegiae Goldaſtus proſcripſit *Album Ouidium Iuuentinum*, qui homo cuius fuerit, et quando uixerit, haud cuiquam facile ad expediendum fore arbitror. Ipſe Goldaſtus de eo hic refert: *Hanc inſcriptionem habet exemplar a Iacobo Cuiacio IC. collatum, quod ex bibliotheca Antonii Verderii, Nobilis Lugdunenſis, nactus ſum. Hominem in Longobardia natum, an uerſatum, indicat uerſus ille:*

Dulce palara ſonat, quam dicunt nomine droſtam.

Nam droſtae *uox, ſi non ab Herulis et Gothis, certe a Longobardis fuit Italiam illata. Eſt autem ea auis, quae nobis hodieque* Droſtel. — — *Porro hunc ſcriptorem fuiſſe Chriſtianum, ſatis arguit uerſus ille penultimus:*

Cuncta ſuo Domino depromunt munera laudum.

Nam cuncta animalia, pennipotentia maxime, Deo laudes dicere, in Pſalmis docemur. Eandem ſententiam

tiam de auctore profitetur Schottus. Nihil tamen certi ex eo loco decerni poſſe de religione auctoris, Burmannus cenſet ad uerſum penult. quia *ſuo domino* referri poſſit ad dominum ſeu poſſeſſorem animantium, ut ſupra de pſittaco:

Atque ſuo domino χαῖρε ſonat uel aue!

Sed neque omnes uel aues, uel ferae et quadrupedes ſuos dominos uel poſſeſſores habent, neque ſcriptor aliquis profanus hoc unquam dixit, uocibus ſuis animalia ſuos dominos laudare. Qui hic dicitur *cunctorum animantium dominus*, eorum creator eſt, qui quia uoces ſuas omnibus dedit, hinc e formula ſacrarum litterarum ei omnia dicuntur munera laudis depromere, *ſiue ſileant illa, ſiue ſonare queant.* Neque omnino auctorem huius carminis e uetuſtioribus eſſe exiſtimo. Quippe copia illa et mira uarietas uerborum, uoces animalium exprimentium, quorum pauca lingua antiqua Romana habuit, hoc carmen docet ea aetate ſcriptum eſſe, qua lingua ea incurſu peregrinarum gentium, et alienarum permixtione uocum amplificata non minus, quam corrupta erat. Quamquam et ueteres Romanos uocibus animalium diſcernendis et uerbo exprimendis ſtuduiſſe, nonnulla auctorum teſtimonia probant. Terent. Varro de L. L. lib. VI. p. 81. Oper. multa uerba recenſet, quae ab animalium uocibus dicit uſu linguae in homines tranſlata Spartianus in Geta c. 5. memorat, familiare huic Caeſari fuiſſe, has quaeſtiones Grammaticis proponere, ut dicerent, ſingula animalia quomodo uocem emitterent, eaſque de ueteribus approbare; ubi exempli cauſſa undecim eiuſmodi uoces enumerantur. Caeterum in uocibus animalium, quas hoc carmen enarrat, colligendis et explicandis uiri eruditi antiqua et recentiore aetate multam operam poſuerunt.

Gloſ-

Gloſſari uel catalogi earum uocum, Graeci et Latini, cum manuſcripti, tum impreſſi paſſim extant. Duo eiuſmodi Latina bibliothecae Leidenſis Petr. Burmannus annotationi ſuae ad Anthol. lib. V. ep. 143, p. 424 et 434, integra inſeruit: idem eodem numero carmen aliud uoces animantium recenſens, et uerſibus hexametris ſcriptum, ſubiicit; et in noſtrae bibliothecae Academicae Mſpto ueteri, quod Coſmographiam Aethiei cum Itinerario Antonini continet, inter alia fragmentum legitur carminis, quale noſtrum eſt, de uocibus animalium, quod plures uerſus cum noſtro communes habet, atque ſic incipit:

Vt balatus ouis, ſic eſt rugire leonis,
Vt latrare canis, barritus ſic elephantis,
Eſt hinnitus equi, nec non ruditus aſelli caet.

Sed et noſtro ſuperioreque ſaeculo iuri docti quam plurimi argumentum hoc ſcriptis ſuis, et ſingularibus adeo diſſertationibus illuſtrarunt, quos quia omnes enumerare longum eſt, amandare meos lectores licebit ad auctores, qui eorum recenſum egerunt, nempe Petr. Burmannum loco iam allegato, et I. A. Fabricium Bibl. Graec. lib. II. cap. XI, §. IV. ubi plures, eoſque recentiſſimos auctores addidit Harleſius V C. nouae edit. Tomo I. p. 724. Verſibus hoc argumentum explicaſſe uidetur *Nic. Bacrii Ornitophonia*, carm. lat. et germ. Bremae, 1695. 4. c. f. Caeterum ad conſtituendas uocum, noſtro in carmine occurrentium, lectiones multa me fateor, imo plurima, e Petr. Burmanni annotatione hauſiſſe.

Quae quarto loco ſequitur, Elegia ſimiliter quidem *de Philomela* inſcribitur, ſed diſſimili argumento eſt. Nempe ſolam luſciniae, eiuſque cantus et moris deſcriptionem uel laudem continet. Edidit

eam

eam Pithoeus in Praetermiſſis, pag. 485 edit. Pariſ. et p. 607 edit. Lugd. poſt eum Goldaſtus in Eroticis et Amator. opuſc. pag. 74. nouiſſime P. Burmannus Anthol. Lat. lib. num. 149, qui Goldaſti editionem ignorauit. De eo carmine Goldaſtus in Praefat.: *Huius quatuor habui ſcripta exemplaria: duo ex Illuſtriſſimo S. Galli apud Heluetios Monaſterio: tertium ex bibliotheca Bartholomaei Schobingeri IC. quartum a Petro Roueriano, typographo Geneuenſi. Tria erant ἀνεπίγραφα: ſolus Sanctigallenſis codex, in quo Claudiani, Fortunati, Paulini et Walafridi quaedam poëmata, huiuſcemodi repraeſentat titulum:* Verſus Iuli Sperati de Philomela, *cuius etiam ſcripturam et ſtructuram uerſuum per omnia ſecuti ſumus.* Goldaſtus tamen in ipſa inſcriptione Elegiae nomini *Iulii Sperati* litteras V. C. appoſuit, quod neſcio qua auctoritate fieri potuerit, ſi codex ipſe non indicauit. In codice Bibliothecae Leidenſis titulum eſſe Burmannus refert: *Incipit uerſus de filomela.* Mihi aptius uiſum eſt inſcribere *De laude Philomelae.* Idem Burmannus annotauit, carmen hoc multis in locis imitatum eſſe Aluarum Cordubenſem, monachum ſaeculi noni, in duobus de Philomela carminibus, ſed mutilatis, quae exſtant inter eius Opera in Tom. XI. Hiſpaniae Sacrae Henrici Florezii pag. 275 et 276. Ex hac imitatione Aluari colligas, auctorem noſtri carminis ſatis antiquum eſſe.

Quinto huius claſſis loco ponere placuit *Caelii Sympoſii Aenigmata.* Cum autem plura ſint, quae de auctore illo, tum eius carmine noui generis monenda ſunt; ſatius puto, ea ſingulari praefatione, Sympoſii opuſcuio praemittenda, exponere.

Au-

Auſonii Griphum Ternarii numeri, qui inter eius Idyllia locum undecimum occupat, Nic. Reuſnerus, Aenigmatographiae pag. 125, in Syllogen Aenigmatum ueterum auctorum recepit; et propterea inſtituto meo conſentaneum exiſtimaui, ſi carmen hoc, per ſe admodum celebre, tum Aenigmatis Sympoſii genere et materia ſimile, et luſum aeque conuiualem exhibens, ſubiungerem his, nec abeſſe a claſſe *Ludicrorum* paterer. Cauſſa et occaſio condendi huius carminis, ut ipſe Auſonius in praefatione memorat, eadem fuit. quae aenigmatum Sympoſii, et facta ſuper menſam eius inuitatione, ad exemplum et praeceptum Eclogae Horatianae, in qua propter mediam noctem, et nouam lunam, et Muraenae auguratum, *ternos ter cyathos attonitus petit uates*, cepit ipſe impetum loci illius de ternario numero ſingulari carmine per continua rerum ternarum exempla explicandi, quod ille extemporali plane opera effudit, et coeptos inter prandendum uerſiculos ante coenae tempus abſoluit; hoc eſt, dum bibit, et paullo ante quam liberet. His narratis ſemet ipſum ut *poëtam male ſobrium*, quemadmodum Sympoſius *ebriam Muſam*, excuſat. Singulari uirorum eruditorum cura hoc Idyllium ex Operibus Auſonii ſelectum, et ſeorſum editum, et notis illuſtratum memorat Fabricius Bibl. Lat. lib. III, cap. X. p. 143. ed. Ern. Quippe Franciſcus Siluius, Ambianus, eruditam in Auſonii Griphum *enodationem*, ut appellauit, Lutetiae edidit a 1516, quam laudat Vinetus, uilius aeſtimat Scaliger in Epiſt. Claudius item Minos Diuionenſis illuſtrauit Pariſ. 1574. 4. at Franciſcus Sanctius Brocenſis una cum Ouidio in Ibin,

Salmanticae, 1596. 8. Seorſum etiam editum illuſtratumque lego Auſonii Griphum de numero ternario per Io. Kirchmannum, Roſtoch. 1607. 4. Graecis uerſibus expreſſit Federicus Morellius in Hiſtoria numerorum, Pariſ. 1609 8. in qua etiam Adriani Turnebi carmen de Binario, Pauli Huralti Hoſpitalii, Aquenſis Archiepiſcopi, Tetras, et eiuſdem Morellii Pentas, ſeu Quinarius. Multa etiam huius carminis caſtigauit et explicuit Ioſ. Scaliger Epiſt. 199. p. 403. Nos in recenſendo eo textum recentiſſimi editoris Souchaei ſequemur, interpretatione autem griphorum breui et ſuccincta defungemur, annotationibus nobiliorum interpretum in ſubſidium uocatis.

NOTAE

quibus uariantes lect. codicum mſpt. et editionum uetuſtarum Maximiani ſignantur.

V. Codex Voſſianus, collatus cum exemplo Pithoeano in Epigram. et Poëm. uet.

R. Rottendorfianus, collatus cum edit. Catulli, Tib. Prop. Pariſ. 1753.

L. Cod. Luneburgicus, ſaeculo XV exeunte ſcriptus, quem poſſidet I. N. Niclaſius.

GR. Variantes ignoti codicis exemplo Cornelii Galli Gronouiano adſcriptae.

G. Editio Maximiani uetuſta Germanica.

A. Editio Maximiani (Corn. Galli) Aſcenſiana. Pariſ. 1503.

B. An-

B. Antiqua Baſileenſis per Henr. Petrum. 1530. 8.

Pu. Editio Maximiani Pulmanniana poſt Catullum et Tibullum. Antuerp. 1569. 12.

Pi. Pithoeana in Epigr. et Poëm. uet.

O. Inter Erotica et amat. opuſc. Ouidii a Goldaſto edita.

II.

TESTIMONIA ET IVDICIA DE MAXIMIANO ETRVSCO ſiue Pſeudo-Cornelio Gallo.

I. EBERHARDVS Bethunienſis (ſcriptor ſaeculi XIII.) in Labyrintho, Tractatu III de Verſificatione, apud Polyc. Leyſerum in Hiſt. poët. med. aeui, pag. 826:

Quae ſenium pulſant, incommoda maxima ſcribit,
Et ſe materiam Maximianus habet.

II. ALEXANDER de Villa Dei (ſaeculo XIII.) in Doctrinali puerorum, initio:

Scribere clericulis paro Doctrinale nouellis,
Pluraque doctorum ſociabo ſcripta meorum,
Iamque legent pueri pro nugis Maximiani,
Quae ueteres ſociis nolebant pandere caris.

Et paulo poſt:

Quamuis haec non ſit doctrina ſatis generalis,
Proderit ipſa tamen plus nugis Maximiani.

III. IACOBVS Magni, Toloſanus, (ſaeculo XV.) in Sophologio, (cuius exemplar antiquiſſimum, nullo anno et loco notatum, in fol. ſeruat biblioth. Duc. Guelf.) pluribus locis libri I. II. et III. uerſiculos Maximiani adducit; in primis lib. III. cap. 1. *de miſeria et huius uitae breuitate,*

tate, quod fol. 67 edit. Pariſienſis A. 1516. occurrit, aliquam multos eius uerſus conſt.pat, ut ex Eleg. I, u. 113: *O quam dura premit* caet. praeterea ex Eleg. I, u. 265. 277. 289. II, 40. 51. Conf Ger. Io. Voſſius Inſtit. orat. lib. V. cap. 13. pag. 417.

IV. ALBERTVS ab EYB, Cubicularius Summi Pontificis Pii II. plures uerſus Maximiani adducit in Margaritae poëticae cap. XIII. fol. 86 editionis Baſileenſis A. D. 1503. Refert Fontaninus Hiſt. litter. Aquilei. pag. 47.

V. PETR. CRINITVS de Poëtis Lat. cap. XLII, ubi de Cn. Cornelio Gallo:
Leguntur aetate noſtra elegiarum libri ſub nomine Corn. Galli, qua in re facile eſt imponere imperitis hominibus. Qui autem paullo diligentius antiquitatem obſeruarunt, nihil minus cenſebunt, quam ut haec referenda ſint ad poëtam Gallum.

VI. GREGORIVS Britannicus, Ord. Praedic. in ſermonibus funebribus, excuſis Venetiis A. 1505. in 8. haec carmina ſub uero nomine Maximiani profert, (teſte Fontanino in Hiſt. lit. Aquil. p. 48.)

Ortus cuncta ſuos repetunt, matremque requirunt,
Et redit in nihilum, quod fuit ante nihil etc.

VII. DOMINICVS MARIVS NIGER in Enarrationibus Amorum Ouidii lib. I. Eleg. XV. editionis Venetae apud Io. Tacuinum de Tridino A. D. 1518. in fol.:

Gallus Foro - Julienſis. Huius nulla prorſus carmina exſtant; nam qui nuper protulit in lucem Elegiarum quendam libellum, cuius auctorem Gallum fecit, aut prudens ſcienſque, ſperans aliquid inde emolumenti ſe aucupaturum, rudibus lectoribus impoſuit, aut iudicio penitus caruit. Carmina enim illa, quibus ut fides fraudi adhiberetur, Fragmentorum titulum praepoſuit, ridicula ſunt, nec digna, ut Galli (quem maximi ſemper fecerunt eius temporis optimi poëtae) ingenio attribuantur. Refert Fontaninus l. c. pag. 45.

VIII. FRANC. FLORIDVS SABINVS in Apologia linguae Latinae, pag. 49. Operum: *Cornelii Galli ſcripta, quamuis durior pleriſque uiſus fuerit, utinam non penitus intercidiſſent. Nam quae illius nomine circumferuntur, nihilo minus, quam ueterem antiquorum elegantiam leporemque ſapiunt, ut ex primis quatuor uerſiculis quiuis uel mediocriter in bonis poëtis uerſatus, nebulonem aliquem illam nobis faecem obtruſiſſe, acu, quod aiunt, tangere poſſit.*

IX. LIL. GREG. GYRALDVS de Poëtar. hiſt dial. IV. Tom. II. Opp. pag. 210:

*Miratus ſum quorundam impudentiam, ne dicam amentiam *); qui tralaticios quoſdam et emen-*

*) Gyraldum his uerbis reſpexiſſe ad Crinitum, eiuſque de Elegiis Maximiani iudicium, perperam et peruerſe iudicat Bailletus, *Jugement des Savans, Tom. III. de poët. Lat. num. 1147.* Cui reſpondet Moneta annot. ad Bailletum, et in Menagianis

ementitos uerſus ſub Galli poëtae nomine ediderunt, eum in iis neque phraſis, nec tempus Gallo conueniant, qui tertio et quadrageſimo ſuae aetatis anno, ſua ſibimet manu mortem accerſiit, in iis autem ſe ſenem deſcribit. Sed nec in pleriſque uerſibus purus et ſincerus eſt ſermo Latinus, quin et ſyllabarum morae, et tempora metri leges nonnunquam excedunt. Maximiani uero, nugatoris cuiuſdam et nebulonis potius, eorum uerſus plurimi ſunt. Et ſi hoc auetis noſſe, ex uetuſtioribus adhuc quibuſdam exemplaribus eſt uidere, in quibus Maximiani ipſius nomen legitur, illius, inquam, Maximiani, cuius et inſignis Grammaticae nugator Alexander nugas irridet, quod nomen in editis et excuſis nuper libellis per fraudem eſt praetermiſſum. Vnam uero uel alteram ipſius Galli eſſe non abnuerim.

X. SEBAST. FOXIVS de Imitatione, ſeu formandi ſtili ratione, lib. II. pag. 42. b. edit. Antuerp. 1554:

Quibus (Ouidio, Tibullo et Propertio) *non eſt inferior in eo genere Corn. Gallus, ſed durior, et horridior, ut ſenile aliquid in ipſo, quod idem quoque deplorat, et moroſum adhuc agnoſcas.*

XI.

gianis pag. 342, dicens, Crinitum neque nominatum eſſe a Gyraldo, neque nominari potuiſſe inter eos, qui Maximiani Elegias Corn. Gallo tribuerint, quem ſciuerit paria ſecum ſenſiſſe, et plane reieciſſe, quae ſua aetate ſub nomine Corn. Galli apparuerint.

XI. IVL. CAES. SCALIGER lib. VI. Poët. qui et Hypererit. cap. VII. pag. 852:

Cornelius Gallus durior, ſententiarum tamen lepore ac feſtiuitate condiuit aſperitatem numerorum. Quod Lyricum inſcribitur, illius ſane non eſt, ſed inepti cuiuſpiam. Ea uero Elegia, in qua canitur Aquilina, quamquam habet ſententias elegiacas, tamen hominis eſt Graecae litteraturae ignari, et quem ratio fugeret ſyllabarum. In ſequenti Atque ſub exhauſto pectore pingue femur, *Non eſt femur ſub pectore; neque pectus exhauſtum probaueris, quaſi pthoe laboret. melius Ouidius*: Et caſtigato ſuberat ſub pectore uenter.

XII. IANVS DOVSA in Praecid. ad Petron. lib. II, cap. ult.:

Animaduertas licet barbariem ac ſordes neſcio cuius Maximiani, qui uſque adhuc tamen pro principe illo Elegiographo Corn. Gallo, non dico mihi, Nec bardo iuueni, neque naris obeſae, *ſed ſtolidae imperitorum turbae obtruſus, in cuius impuriſſimis, carminibuſne, an criminibus, dicam? hic quoque inter caetera pentameter occurſurus eſt tibi*:

Carnis ad officium carnea membra placent.

Vt enim carnea membra *iſta, pro carnoſis et ſucciplenis, auctoritate Martialis, qui* carnarius ſum, *eodem fere ſignificatu princeps uiſus procedere, defenſitare facultas ſit nobis; illud tamen qua ratione ferri poſſit, non uideo,* carnis officium, *pro Veneria corporis oblectatione, neque uoluptatum, poſitum eſſe, apud eos utique, qui Latine, quam barbare, loqui potius, uel ſcriptitare ſe ſtudent* caet.

XIII.

XIII. HIER. COLVMNA ad Ennii fragm. pag. 178. edit. Heſſ.
Cornelius Gallus, cuius ſi germana ſunt, quae in manibus habemus, effoeta iam Muſa uidetur ceciniſſe:
Ortus cuncta ſuos repetunt, matremque requirunt caet.

XIV. MART. ANT. DELRIVS, in Comment. ad Senecae Hippol. Partis II. Syntagm. Trag. Lat. pag. 93:
Maximianus, in querela ſenectutis:
Certe difficile eſt abſcondere pectoris ignes,
Panditur et clauſo ſaepius ore furor.
Furorem *poſuit pro amore*, caet. *Dixi autem Maximianus eum auctoribus Sophologii, et Poëticae Margaritae; non cum uulgo Cornelius Gallus. Ex tribus enim codicibus manuſcriptis comperi, hunc Maximianum, qui temporibus Boëthii uixit, uerſuum illorum non ualde lepidorum auctorem eſſe. Vnus codex penes me eſt dono Lud. Carrionis IC. alter penes Victorem Giſelinum Medicum: tertius fuit Fr. Martinii Gandenſis, amici mei intimi,* caet. . . .

XV. CASP. BARTHIVS Aduerſar. lib. XVII, cap. XI. pag. 874:
Suſpicatus ſum aliquando, idque alibi demonſtraſſe inde puto, multa in his Elegiis eſſe ex Cn. Gallo deſcripta, ſed in ſenſum huius Maximiani detorta.

XVI. IDEM Aduerſ. lib. XXI, cap. VI. pag. 1029:

Teres collum *in Elegiis*, *quas ex Corn. Gallo puto quendam Maximianum contraxiſſe*, *unam certe uel alteram.*

XVII. IDEM in not. ad Grat. Cyneg. u. 30: *In Elegiis*, *quae Maximiani nomine inſcribuntur*, *(Ego uero interpolatas pleraſque*, *et in Epitomam ſiue ex Cor. Gallo. ſiue ex alio felicioris ſaeculi Poëta*, *pro captu aeui ſequioris*, *arbitror.)* Sicut in auricomis pendentia pluribus hortis, caet.

XVIII. IDEM ad Stat. Silu. I, 2, 34: *Maximiani Elegiae*, *aeui non optimi*, *nec tamen contemnendae.*

XIX. GER. IO. VOSSIVS de Poëtis Latinis, cap. II. pag. 25: *Cornelius Gallus Foroiulienſis Poëta*, *a quo primum Aegyptum rectam ſupra diximus*, *quadrageſimo aetatis ſuae anno propria ſe manu interfecit.* (Donatus in uita Virgilii.) *At Maximiani ſunt*, *quae Cornelio Gallo tribuuntur uulgo: etiam a Petro Crinito lib. de Poëtis* *), *Rob. Titio lib. I. locorum controuerſorum cap. XV*, *et Sebaſtiano Foxio*, *lib. II. de Imitatione ſiue ratione ſtili*, *qui eum Tibullo et*

*) De Crinito (cuius uerba ſuperius adducta plane aliud docent) fallitur Voſſius, inductus haud dubie a Iuſ. Scaligero, qui in Animadu. in loc. contr. Titii pag. 22. affirmauerat, Crinitum de Maximiano Cornelium Gallum feciſſe. Qui ipſe deceptus eſt uita Galli elegiis Maximiani a Gaurico praefixa, quam ille putauit Criniti auctoris eſſe. Obſeruauit hoc Moneta in Menagianis nouis, pag. 342; etiam Goldaſtus et Fontaninus.

et Propertio non inferiorem ait in carmine elegiaco. Quanto rectius Maximianum hunc Poëtam barbarum uocat Vuo Villiomarus aduerſus Titium, quem dixi. Et ſane in Mſpto noſtro non Gallo, ſed Maximiano attribuuntur.

XX. THOM. REINESIVS Epiſt. ad Daumium LXXIX, p. 203:

Feruntur eius (Maximiani) *carmina* de Senectute, Virtute, Ira, Inuidia, Patientia, Auaritia. *Eiuſdem Maximiani in Virgilium et Cicer. inter XII Scholaſticorum Poëtarum carmina uerſus; item* de 4 anni temporibus, de Iride, *et alii, meliores ſunt, quam ut eum ſemibarbaris cenſeantur, aeui tamen non optimi.* ——— *Ad Maximianum eſt Epiſtola 24 Symmachi l. VIII, uerum illum ego potius ſexti ſeptimiue ſaeculi eſſe dixero* caet.

XXI. OLAVS BORRICHIVS in Diſſertat. Acad. de Poëtis, pag. 853:

Addi Propertio ſolet Cornelius Gallus, ſed carmen eius praeter alias ineptias non olet uetuſtatem, eoque ſequioris aeui fetus recte iudicatur. Nam non niſi de faece haec eius ſunt:

Hoc quoque uirtutum quondam certamine magnum
Socratem palmam promeruiſſe ferunt.

Item: O quam dura premit homines conditio uitae!
Efficior demens alter Vlyſſes ego.

Iterum: Quo tibi feruor abit, per quem feritura placebas.

XXII. IANVS BROVKHVSIVS in notis ad Tibull. lib. I, El. I, u. 86:

Lege

Lege ſis Longinum Maximianum (quem pro Cornelio Gallo habent inficeti quidam mortales) malorum temporum haud omnino peſſimum nugaterem. Paria dicit ad I, 9, 50. et ad Propert. II, 12, 21.

XXIII. IDEM in not. ad Propert. lib. II, El. 25, u. 92:
De Cornelio Gallo nihil nobis reſtat, praeter ſolam memoriam. Nam libellus ille, qui uulgo ſub eius nomine circumfertur, auctorem habet neſcio quem Maximianum, ſcriptorem barbarum, lutulentum, ac tantum non ſtercoreum. Primus fucum ſtudioſis hominibus facere auſus eſt, ſub nomine tam bono, Pomponius Gauricus, et ſucceſſit ei mangonium, quamquam contra ſtarent uiri eruditiſſimi, applaudentibus inficeti uulgi ſuffragiis.

XXIV. IO. HILDEBR. WITHOFIVS, Encaen. Critic. lib. III, cap. III. pag. 297:
Hoc uerum eſt, auctorem illum (Maximianum) *Ouidii quidem, Propertio, ac Tibullo minime comparandum, multis tamen ſequentium ſaeculorum poëtis, qui poſt Antoninorum tempora floruerunt, uel parem, uel ſaepe longe anteponendum eſſe.*

I. MAXI-



I.

MAXIMIANI ETRVSCI
ELEGIARVM LIBER.

Eleg. I.

Aemula quid ceſſas finem properare ſenectus?
Cur et in hoc feſſo corpore tarda ſedes?

Solue,

1) *quid ceſſas* V. R. Gr. L. G. Pu. *cur ceſſas* A. Pi. O. 2) *Cur et infeſſo* G. *Cur in hoc feſſo* V. R. Gr. *Cur et in hoc* L. A. Pu. Pi. O. *in hoc laſſo* R. *tarda uenis* V. R. Gr. L. G. *tarda ſedes* A. Pu. Pi. O.

1. *Aemula quid ceſſas. Aemulam* ſenectutem dicit, Virgilium ſecutus Aen. V, 415. Ita uero dici arbitror, quaſi inuiſam, inimicam et nocentem, quia aemulationi uis aduerſaria et ſtudium detrahendi adeſſe ſolet.

2. *tarda ſedes*, h. e. moraris, ceſſas, haeres quaſi fixa

Solue, precor, miſeram tali de carcere uitam;
Mors eſt iam requies, uiuere poena mihi.
Non ſum, qui fueram, periit pars maxima noſtri:
Hoc quoque quod ſupereſt, languor et horror habet.
Lux grauis in luctu, rebus gratiſſima laetis:
Quodque omni eſt peius funere, uelle mori.

Dum

3) *de tali carc.* V. L. 5) *maxima noſtra* L. 6) *lang. et error* V. Gr. *habent* R. 7) *moeſtiſſima laetis* A. B. Pi. O. et al. ſed rectum eſt *gratiſſima laetis*, quod habent V. Gr. L. G. Pu.

fixa et immobilis. Ouid. Faſt. IV, 300: *Sedit limoſo preſſa carina uado.* Cic. Epiſt. XVI, 7: *Iis uentis iſtinc nauigatur, qui ſi eſſent, nos Corcyrae non ſederemus.* Quod alia exemplaria habent *tarda uenis*, contrarium ſententiae auctoris eſſe uidetur, qui ſenectutem non uenire, ſed abire uult.

4. *Mors eſt iam requies.)* Sic in Eleg. de Spe u. 5. dicitur *aeterno mortis requieſcere portu.* Ita et Ouid. Triſt. I, 2, 52: *Mors mihi munus erit.* et Seneca Herc. Oet. 1021: *Mors ſola portus dabitur aerumnis meis.*

5 *Non ſum, qui fueram.)* Petiiſſe hoc, obſeruante Rich. van Ommeren, uidetur a Propertio, qui lib. I, 12, 11: *Non ſum ego, qui fueram.* Sic et Ouid. Triſt. II, 11, 25: *Non ſum ego, quod fueram, quid inanem proteris umbram.*

8. *Velle mori.)* h. e. Tam miſero ſtatu eſſe, ut nihil optare, quam mortem, ſuperſit, eoque ſenſu continuo cruciari, id uero peius ipſa morte eſt. De formula *uelle mori* egi olim ad Seu. Sancti carm. buc. u. 76.

Dum iuuenile decus, dum mens ſenſuſque manebat,
  Orator toto clarus in orbe fui.
Saepe poëtarum mendacia dulcia finxi,
  Et ueros titulos res mihi ficta dabat.
Saepe perorata praecepi lite coronam,
  Et data ſunt linguae praemia digna meae;

Quae

9) *maneret* V. L. G. 11) Hoc diſtichon cum ſequente tranſponitur in cod. R. 12) *ficta dabat* V. R. L. G. Pu. reliqui dedit. 13) *peroratam* G. *percepi* G. A. Pu. Pi. O. recentiores cum mſptis *praecepi.* 14) *Et merui linguae* V. R. Gr. L. G. Pu. *Et data ſunt linguae* A. Pi. O. et recentiores. *praemia grata* V. R. G. Pu. *pr. digna* A. Pi. O. et al.

11. *poët mendacia dulcia finxi*, carmina luſi ficto argumento. *dulcia mendacia*, quae oblectandi cauſſa finguntur. Sic et alii de poëtis, Ouid. Faſt VI, 253: *ualeant mendacia uatum.* Lucilius Aetn. 566: *ueteris mendacia famae*, quae fabulis ueterum poëtarum celebrata ſunt.

12. *ueros titulos*, h. e. laudem, honorem, famam, eam praeſertim, quam quis auctor libri, nomine ſuo inſcripto, conſequitur. Similiter Ouid Triſt. I, 1, 53: *Donec eram ſoſpes, tituli tangebar amore; Quaerendique mihi nominis ardor erat.*

13. *perorata lite*, h. e. controuerſia bene acta in iudicio. *praecepi coronam*, praeripui aliis uictoriam, qui mecum eandem cauſſam agebant. Loqui uidetur de uera actione forenſi, non de ficta controuerſia, aut exercitatione ſcholaſtica apud rhetorem. Nam et infra uerſu 129. *fori* et *litium rabidarum* mentionem facit; et ipſi oratores cauſſa feliciter acta in foro, olim uictoriae ſignum et praemium referre ſolebant, palmam foribus affigendam. Iuuenal. VII, 117: *rumpe miſer tenſum iecur, ut tibi laſſo Figantur uirides, ſcalarum gloria, palmae.*

Quae cum defectis iam ſunt immortua membris,
Heu! ſenibus uitae portio quanta manet?
Nec minor his aderat ſublimis gratia formae:
Quae, uel ſi deſint caetera, muta placet.
Quin etiam uirtus fuluo pretioſior auro,

Per

15) *Quae cum defectis* R. Gr. L. Pu. Pi. *defunctis* V. A. O. et al. 18) *Quae uel ſi deſit, caetera multa placent* V. Gr. *Quae mihi ſi deſit, c. m. placent* R. L. *Quae, uel ſi deſint caet. multa, placet.* Pu. Pi. O. et al. quae rectior uidetur lectio. Withoſius in Encaen. crit. p. 298 adhuc corrigit *Quae; uel ſi deſint caetera, muta placet*, ſane eleganter, cum poëta ante facultatem ſuam dicendi iactauerit. Sed ante Withoſium ſic ſcribendum iuſſerat Barthius, Adu. XVII, 11. Conſentit P. Burmannus in notis ad Cat. Diras, Anthol. Vol. II. p. 651.

15. *Quae* quo pertineat, aliter intelligi nequit, niſi referatur ad remotiora uerſu 9 *mens ſenſuſque*. Quae, inquit, nempe mens ſenſuſque, ſi defecto in corpore iam ſunt mortua, quantula haec uitae, portio eſt, quae in ſenibus manet? nam ſine mente et ſenſu quae uita eſſe poteſt? et, ut infra u. 122 queritur: *Senſibus expertem quis ſupereſſe putet?* *defectis membris* malo ſcribere, quam *defunctis*, ex illo Martialis XIII, 77: *Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cycnus funeris ipſe ſui.*

17. *Nec minor his* ſcilicet dotibus animi et ſtudiis, de quibus dixi.

18 *muta placet*, per ſe placet, licet nulla uerborum et orationis gratia adiuuetur. Similiter Ouid. ex Pont. II, 7, 52, *gratiam mutam* uocat, quae nulla deprecatione pro amico utitur: *Culpa grauis precibus donatur ſaepe ſuorum: Omnis pro nobis gratia muta fuit.*

19. *Quin etiam uirtus)* Virtutem corporis et uires

bene

Per quam praeclarum plus micat ingenium.
Si libuit celeres arcu intentare ſagittas,
Occubuit telis praeda petita meis:
Si placuit canibus denſos circumdare ſaltus,
Proſtraui multas non ſine laude feras:
Dulce fuit madidam ſi fors uerſare palaeſtram,
Impli-

21) Duorum ſequentium diſtich. hexametri alio; ac nos fecimus, ordine in uulgatis pleriſque, tum et in cod. Voſſiano, collocantur, ita, ut qui nobis uerſus 21 eſt, in iſtis ſit uiceſimus tertius, ubi tamen appoſiti breuiores uerſus hexametris ſuis non ſatis bene reſpondent. Quem nos praetulimus ordinem, conſtituunt cod. R. Gr. et L. tum edit. uetus G. Pulm. et Pith. *arcu tentare* uel *temptare* ponunt omnes, quos habeo, ſcripti et excuſi, uno excepto Luneb. qui *intemptare* habet; quod uerum et genuinum eſſe puto, adiuncta ſyllaba *in* imprudenter a librariis omiſſa. Vid. not.

bene exercitas intelligi, ex ſequentibus patet. Alludere uidetur ad ſententiam Ouidii, Am. III, 8, 3: *Ingenium quondam fuerat pretioſius auro*

21 *arcu intentare ſagittas*, h. e. intendere uel dirigere in praedam, quae petitur. *Intendere ſagittas*, quod idem eſt, dixit Virg. Aen. IX, 590. *intendere ſpicula* Claud Epith. Pall. u 20. ſicut *intentare manus* Petronius c. 108, *ſtrictos gladios* Suet. Caeſ. c. 14.

23. *canibus circumdare ſaltus*, phraſis Virgiliana, Ecl. X, 57. et Georg. I, 140. quem ſequitur Nemeſianus Cyn u. 303: *Linea quin etiam, magnos circumdare ſaltus Quae poſſit, uolucreſque metu concludere praedas.*

25. *palaeſtram*, h. e. luctam et pugilatum, quae uerſari dicitur, quod uerſato in omnes partes et flexus corpore, iactatiſque brachiis exercetur. *madida* dicitur palaeſtra propter ſudores, tum quod oleo uncta

Implicui ualidis lubrica membra toris.
Nunc agili curſu cunctos anteire ſolebam:
Nunc tragicos cantus exſuperare meo.
Augebat meritum dulcis mixtura bonorum,

Vt

28) *tragicos* uel *tragico cantu exſuperare melos* cod. Voſſ. R. Gr. *cantu traicos* — *melos* L. *cantus exſup. melos* G. Sed haec male conſiſtunt. Aptius ad ſenſum eſſet, ſi *mela* inueniretur. Nam hunc caſum ſextum ab inferioris aeui ſcriptoribus frequenter uſurpari, notaui ad Epithal. Laur. p. 496. Tomi IV. P. L. M. Nunc illud *melos* a librariis corruptum puto ex *meo*, quod rectum uidetur, et inde ab Aſcenſiana edit. in omnes impreſſos migrauit.

uncta corpora, unde et *uncta* et *nitida* poëtis dicitur. quo ſpectant etiam *lubrica membra* u. ſ.

26. *toris* i. e. lacertis, qui neruorum ligamentis et nodis ualent Ouid. Am. II, 18, 9: *Implicuitque ſuos circum mea colla lacertos.*

28 *Tragici cantus* hoc loco non accipiendi ſunt de iis, qui fiunt in ſcena ab actoribus fabularum tragic., quaſi Maximianus ſe dicat ſeruiiſſe ſcenae, et reliquos hiſtriones cantu ſuperaſſe; ſed generatim ſunt maximo clamore et ſono editi, quoniam tragici induebant perſonas e ligno cauato et ore hiante factas, per quas ſonus multo grandior ſolito emittebatur. Quo pacto auctor uim uocis et laterum ſuorum extollit, eaque maximos etiam clamores, quales tragicorum ſint, ſe uiciſſe affirmat. Declarant hi Prudentii uerſus contra Symm. II, 646: *Vt tragicus cantor ligno tegit ora cauato, Grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet.* Hinc *bacchari* et *boare* tragoedi dicuntur. Iuuenal. VI, 635: *Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu* Et Apulei. Flor. lib 3: *Tragoedi ni cotidie proclamant, claritudo arteriae obſoleſcit: igitur itentidem boando purgant rauim.*

Vt ſemper uarium plus micat artis opus.
Nam quaecunque ſolent per ſe perpenſa placere,
Alterno potius uincta decore placent.
Has inter uirtutis opes, tolerantia rerum
Spernebat cunctas inſuperata minas.
Vertice nudato uentos pluuiaſque ferebam:
Non mihi ſolſtitium, nec graue frigus erat:
Innabam gelidas Tiberini gurgitis undas,

Nec

30) Pro *Vt ſemp.* L. *Et* habet. 32) *iuncta dec.* habet V. Gr. G. *uincta* reliqui, quod et mihi praeferendum uidetur, licet *iuncta* malit Burmann. ad Anth. lat. Tom. II. p. 533. qui ibi per errorem *uincta dolore* ſcribit. 34) *inſuperare min.* cod. L. inepte. 36) *non graue fr.* V. L. Pu. *non mihi fr. erat* G. caeteri *nec graue.* 37) *Et nabam* R. *Tiberini fluminis* plerique *uel hiberni* ſuperſcribunt V. et Gr. quae uox facile ex ignotiore nomine proprio, eoque corruptius ſcripto *Tiberini* exſculpi potuit. Nam antiqua Germ. habet *tybrini gurgitis.* Et *gurgitis* etiam praeferunt R. L. Pu. quod mihi praeſtare uidetur.

33. *tolerantiam rerum humanarum* tribuit ſapienti Cicero Parad. IV. qua, quicquid inciderit, aequo et conſtanti animo fert. Sed hic eſt durities et firmitas corporis, quae uarias aëris et uitae mutationes ſine offenſa ualetudinis ſubit.

35. *Vertice nudato uentos)* Sic Sil. Ital. I, 250, de Hannibale: *tum uertice nudo Excipere inſanos imbres, coelique ruinas.* Quem ad locum Dauſqueius pag. 29 uerba noſtri poëtae, aliorumque ſcriptorum ſimilia adducit.

36. *Solſtitium* pro calore ſolis aeſtiuo Virg. Ecl. VII, 47: *Solſtitium pecori defendite* Horat. Epiſt. I, 11, 18: *Paenula ſolſtitio, campeſtre niualibus auris.*

37. *Innabam gel undas,* pro *undis* uel *in undas.* More ſerioris latinitatis uer-

Nec timui dubio credere membra freto.
Quamuis exiguo poteram requieſcere ſomno,
Et quamuis modico membra fouere cibo.
At ſi me ſubito uinoſus reperit hoſpes,
Aut laetus fecit ſumere uina dies;
Ceſſit et ipſe pater Bacchus ſtupuitque bibentem,
Et quicunque ſolet uincere, uictus abit.

Haud

38) *Nec timui dubio* uel *tumido* V. L. G. Pu. *Non timui* R. Reliqui ſcribunt *Nec metui dubio.* 41) *Ac ſi* V. Gr. *Et ſi* R. *Aut ſi* G. quibus omnibus melius eſt, quod reliquae uulgatae habent, *At ſi.* 42) *Aut lenis fecit* A. Pu. *Aut fecit laetus* cod. Pulm. V. Gr. G. Pi. *Quod fecit laetus* L. Alii recentiores, qui *leuis fec.* ſcribunt, ſine dubio peccant. Maior auctoritas pronunciare pro *laetus* uidetur, idque etiam uindicat Withof. p. 299. Rich. van Ommeren τὸ *leuis* prima longa poſitum notauit in Columbani Monoſt. u. 65: *Leuis non animum torquentis cura fatiget.* Sed hic uerſus obſcurus pariter et corruptus uidetur, ut nihil ex eo decerni queat. 44) *Et quicunque ſolet.* ſic plerique impreſſi et Mſ. *Et qui cuncta* G. Pi. et cod. Pulm.

uerbum compoſitum *innabam* conſtruit cum caſu, quem praepoſitio extra compoſitionem poſcit. Quod in Auieno frequenter obſeruauimus, ut *incubat oram* D. O. 529. *gentes incumbunt Iſtrum*, 457. *pelagi inuehit undas*, 795. Idem Auienus *ſuccedunt habenas* dicit pro *cedunt ſub habenas*, u. 329 et 1213. Caeterum natare in gurgite Tiberino eſt inter crebras exercitationes iuuentutis Romanae, cuius in primis mentionem facit Horat. Carm. I, 8, 8. III, 7, 28. III, 12, 7.

39. *exiguo pot. requieſcere ſom.* ut Catull. LXIX, 5: *molli requieſcere ſomno.* van Ommer.

42. *ſumere uina.* Ouid. Faſt. II, 636: *Parca precaturae ſumite uina manus.*

Haud facile eſt animum tantis inflectere rebus,
Vt res oppoſitas mens ferat una duas.
Hoc quoque uirtutum quondam certamine magnum
Socra-

45) *tantis infl. rebus* habent uulgatae pleraeque, *cunctis infl. reb.* uetus Germanica, quam lectionem bonam, exiſtimo, quae facile librariorum incuria abire in *tantis* potuit. Nam auctor uult, difficile admodum eſſe, animum ita accommodare rebus omnibus, et flectere in omnes partes poſſe, ut contraria adeo, et quae ſibi aduerſa ſunt, pari facilitate ferat. Sed fortaſſe *tantis* accipiendum eſt pro *tot*, quomodo ſaepius occurrit apud ſcriptores aeui medii. Igitur nihil mutare uolui. 47) *certamine magnum* uulgatae. *cert. magno* V. *certamine longum* G. quod uitioſum uidetur.

45. *animum tantis inflectere rebus*, h. e aduertere, applicare, accommodare. ut Propert. IV, 8, 77: *Colla caue inflectas ad ſummum obliqua theatrum.* Alias *inflectere* eſt permouere, adſuefacere. Claud. IV. Conſ. Hon. 300: *nec ſic inflectere ſenſus Humanos edicta ualent, ut uita regentis.*

47. *Hoc quoque uirtutum certamine*, nempe eo quo uirtutes ſiue uires bibendi probantur. Certare enim bibendo, et uincere uincique ſollenne erat in ſympoſiis. Vid. Horat. C. I, 36, 14. Virtutes intelligit, quales hactenus expoſuit, corporis atque membrorum, neque igitur audiendus Withoſius Enc. crit p. 301, qui, ut uitium, quod eſt in nomine *Socratem*, eliminet, *Doctorem* pro ea uoce ponit, et Socratem hic *doctorem uirtutum*, quae ſunt animi, per eminentiam uocari putat: *Hoc quoque uirtutum quondam certamine magnum Doctorem palmam promeruiſſe ferunt.* Sed ſic ſcriptura omnium librorum, ipſeque ſenſus uerus auctoris peruertitur. Quod *Socratem* ſecunda longa enuntiauit, fecit id corrupto aetatis ſuae more, ſiqui-

dem

Socratem palmam promeruiſſe ferunt.
Hinc etiam rigidum memorant ualuiſſe Catonem:
Non res in uitium, ſed male facta cadunt.
Intrepidus quaecunque forent, ad utrumque ferebar:
Cedebant animo triſtia cuncta meo.

Pau-

48) *Et Socratem* R. *Doctorem* pro *Socratem*, quaſi uirtutum doctorem, hic ingerit Withofius p. 301. ſed contra mentem auctoris. 50) *Nec res* L. *ſed mala facta* V. et G. 51) *ad utrumque ferebar* V. L. A. Pi. O. *quaecunque forent aduerſa ferebam* R. G. 52) *triſtia quaeque* L.

dem idem admiſit Sidonius Apoll. Epithal. Polem. u. 96: *Socratica poſt hunc Secta micat.* Et Paulinus, auctor Euchariſtici, u. 73: *Dogmata Socratus, et bellica plaſmata Homeri.* Caeterum quod Socrates conſueuit intereſſe frequentibus ſympoſiis, iiſque pro loco et occaſione differendi de rebus egregiis uti, hinc Maximianus iocoſe finxit, eum magnum compotatorem fuiſſe.

49. *Hinc*, nempe his uirtutibus. *ualuiſſe Catonem*, his reſpicere uidetur uerba Horatii C. III, 21, 12: *Narratur et priſci Catonis Saepe mero caluiſſe uirtus.* Eandem famam ſecutus. Martialis II, 89: *Quod nimio gaudes noctem producere uino, Ignoſco: uitium, Gaure, Catonis habes.* Sed opinio haec, Catonem ſe largius uino inuitare ſolitum, falſa fuit, indice Dion. Lambino ad Horatii l. c. Et Plutarchus uitae eius ſcriptor, tum ipſe Cato apud Cicer. de Sen. c. 14, affirmat, delectatum eum conuiuiis uicinorum, auiditate ſermonis cum plurimis miſcendi ad multam noctem productis.

51. *ad utrumque ferebar*, malum aeque ac bonum, quod mihi contingeret: utrique obuius fiebam prompto et intrepido animo.

Pauperiem modico contentus ſemper amaui,
  Et rerum dominus nil cupiendo fui.
Tu me ſola tibi ſubdis, miſeranda ſenectus,
  Cui cedit, quidquid uincere cuncta poteſt.
In te corruimus, tua ſunt quaecunque fatiſcunt:
  Vltima quaeque tuo conficis ipſa malo.
Ergo his ornatum meritis prouincia tota

Opta-

56) *cuncta ſolet* V. 58) *Vltima teque tuo* L. 59) *meritis Etruria noſtris* A. Pu. Pi. O. et al. Withofius corrigit *Hetruria noſtra. meritis prouincia tota* V. R. Gr. L. G. Poſterior lectio genuina uidetur. Gauricus primum inuexiſſe uidetur *Hetruria*, quae tamen patria Maximiani ex Eleg. V, 5. et 40. ſatis intelligitur.

54. *Et rerum dominus nil. cup. fui)* Ex mente Stoicorum ait, omnia ſe poſſidere, omnium rerum ſe dominum eſſe, ſiquidem nihil cupiat, neque ullius rei indigeat, reſpiciens forte ſententiam Horatii C. III, 16, 25: *nil cupientium Nudus caſtra peto — Contemtae dominus ſplendidior rei*, caet. Fortaſſe *rerum dominum* appellans regem ſe eſſe dicit, nihil cupiendo, quia *rerum potiri* dicuntur reges. Et ſic imitatus uidetur Senecam, qui in Thyeſt. u. 388: *Rex eſt, qui metuit nihil: Rex eſt, qui cupiet nihil. Hoc regnum ſibi quiſque dat.* Caeterum ultima in *cupiendo* correpta deterioris aeui indicium eſt. Conf. Licentii carm. u. 1.

57. *In te corruimus.* Tua cauſſa fit, ut corpore plane labefacto procumbentes occidamus. Ita Auſonius in Vrb. V, 13: *Mox ut in occaſum uitiis communibus acti Corruerunt Poeni luxu, Campania faſtu.*

59. *prouincia tota*, h. e. tota terra, uel ciuitas in qua uiuebam adoleſcens. neque enim prouincia hoc loco proprio et antiquo ſenſu

Optabat natis me ſociare ſuis;
Sed mihi dulce magis reſoluto uiuere collo,
Nullaque coniugii uincula grata pati.
Ibam per mediam uenali corpore Romam,
Spe-

63) *uernali corp.* A. Pu. Pl. O. *uenali* V. Gr. L. G. *iuuenili* R. *uenali*, ut lectionem ſinceram et elegantem explico in not.

ſenſu accipi poteſt, quo neque Hetruria, neque alia pars Italiae prouincia fuit.

60. *Optabat natis*, h. e. puellis, filiabus ſuis matrimonio iungere. Ouidius quoque, Withoſius inquit p. 311. *natis* pro *natabus* dixit Met. XIII, 660, ſi uulgatis libris ſcriptis et impreſſis fides ſit adhibenda: *Euboea duabus, Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.* Sed ibi, quicquid Ouidiani codices delirent, uideri *Et totidem tellus Andros fraterna* legendum, alibi latius oſtendemus. Per uocem *natis* tamen non opus eſt, ut ſolas intelligamus puellas, cum etiam filios ſimul interpretari liceat, et incolas omnes, quibus coniunctus uixiſſet, ſi matrimonium in Hetruria, patria tellure, contraxiſſet Maximianus. Facit ad hanc ſententiam locus Appuleii Metam. IV. p. 81. Pric: *Speciosus adoleſcens inter ſuos principalis, quem filium publicum omnis ſibi ciuitas cooptauit.*

62. *Nullaque coniugii uincula gr. p.*) Sic Propert. III, 13, 10: *nec femina poſt te Vlla dedit collo dulcia uincla meo.* Multa eius generis notauit Broukhuſius ad illud Tibulli I, 1, 55: *Me retinent uinctum formoſae uincla puellae.* Adde Stat. Silu. III, 3, 109: *ſed iura tamen genialia cordi, Et mentem uincire toris, et iungere feſta Connubia.*

63. *Ibam uenali corpore*, h. e. inceſſu ornatuque corporis affectato ita me iactabam in publico, ut qui me uenditare cuperem aliis, quaſi uenales mangonio

Spectandus cunctis undique uirginibus,
Quaeque peti poterat, fuerat uel forte petita,
Erubuit uultus uiſa puella meos,
Et nunc ſubridens latebras fugitiua petebat,
Non tamen et fugiens tota latere uolens;
Sed

65) *fuerat uel forte petita* G. A. Pi. O. et al. *fuerat uel ut ante pet.* L. *uel quae fuit ante pet.* V. 66) *Eripuit uultus* cod. Pulm. 67) *Et nunc ſubrid.* L. A: Pl. O. et al. *Et modo* V: R. Gr. G. 68) *Non tamen effugiens*, uulgatae. *Non tamen effugiens* corrigit Barthius Aduerſ. XVII, 11. *ſiue latere uolens* uult Withofius, p. 312.

gonio producti in foro. Mangones enim et uenalitii ſummo ſtudio id operam dabant, ut mancipiorum corporibus, quo uendibiliora eſſent, pulchritudinem quandam gratiamque conciliarent, ut Hier Mercurialis Var. lect. lib. II, c. 1. ex eoque I. Fr. Juglerus de nundin. ſeru. cap. 4. docet. Ipſaque mancipia uenum expoſita, quo magis ſpectari probarique poſſent, currere et ſalire in conſpectu emtorum iubebantur. Quo reſpiciunt uerba Propertii, IV, 5, 52; *Caelati medio quum ſaliere foro*, ubi *caelati* haud male exponuntur ad ſpeciem omni mangonio et lenocinio picti et caelati. Vid. P. Burmanni not. ad Propertii locum. Caeterum, quid ſit hoc loco *ire uenali corpore*, et quid ſpectet mollis et delicatus inceſſus, optime docuerint uerba mulierculae apud Petron. cap. 126: *Quo enim ſpectat oculorum mollis petulantia? quo inceſſus tute compoſitus, et ne ueſtigia quidem pedum extra menſuram aberrantia, niſi quod formam proſtituis, ut uendas? --- ex uultibus hominum mores colligo, et, quum ſpatiantem uidi, quid cogites, ſcio.*

68. Parum placere poteſt, quod in uulgata lectione eſt ἀσύνδετον *effugiens, udens.* Quod quum leuiſſima mutatione tollat

Sed magis ex aliqua cupiebat parte uideri:
Laetior hoc potius, quod male tecta foret.
Sic cunctis formoſus ego, gratuſque uidebar
Omnibus: et ſponſus ſic generalis eram.
Sed tantum ſponſus: nam me natura pudicum
Fecerat, et caſto pectore durus eram.
Nam dum praecipuae cupio me iungere formae,
Permanſi uiduo frigidus uſque toro.

Omnis

70) *Laetior hoc multo, q. m. t. foret* A. Pi. O. et al. *Laetior hoc potius, quod m. t. fuit* V. R. Gr. G. *hoc potius, quum male tuta fuit* L. Ego legam: *Laetior hoc potius, quod male tecta foret.* 71) *formoſus eram* L. 72) *ſponſus ſic genialis eram* A. Pi. O. et al. *genetalis* L. *generalis* V. R. Gr. G. 74) Pro *durus eram* Withoſius p. 312, mallet *durueram;* quia τὸ *eram* paullo ante praeceſſit, et illud uicinae uoci *Fecerat* melius reſpondet.

B.rthii emendatio *et fugiens*, malui hanc ſequi, quam aliam Withoſii, in V. L. indicatam, quae magis recedit a litteris, et τὸ *tota* delens uim ſententiae aufert. Caeterum uix latere quemquam poteſt, imitari his uoluiſſe auctorem Horatiana haec C. I, 9: *Nunc et latentis proditor intimo Gratus puellae riſus ab angulo*, tum illud Virgilii Ecl. III, 65: *Et fugit ad ſalices, et ſe cupit ante uideri.*

72. *ſponſus genialis*, ut quidam libri legunt, quis ſit, explicare nequeo, *genetalis* inſulſum eſt: *generalis*, quod codd. mſpti ſeruant, aptiorem ſenſum habet, qui eſt communis omnium puellarum, quem omnes puellae ſibi uindicare cupiunt.

76. *uiduo frigidus uſque toro)* *Frigere* dicuntur, qui ſoli cubant et ſine coniuge. Propert. IV, 7, 6: *Cum quererer lecti frigida regna mei.* Tibull. I, 8, 39: *quae fri-*

Omnis foeda mihi atque omnis mihi ruſtica uiſa eſt,
  Nullaque coniugio digna puella meo.
Horrebam tenues, horrebam corpore pingues:
  Non mihi grata breuis, non mihi longa fuit.
Cum media tantum dilexi ludere forma:
  Maior enim mediis gratia rebus ineſt.
Corporis has noſtri mollis laſciuia partes
  Incolit, has ſedes mater amoris habet.

Quae-

79) *corpore pingues* uulgatae. *pectore* V. et Gr. quae lectio ualere non poteſt. 80) *Nec miki — nec* pleraeque uulgatae. *Non mihi — non* V. R. cod. Pulm. et G. idque ſeruandum uidetur.

frigore ſola Dormiat, et nulli ſit cupienda uiro. Ouid. Am. III, 5, 42: *Frigidus in uiduo deſtituere toro.*

80. *Non mihi grata breuis)* Alia mens Ouidio Am. II. 4, 36: *Conueniunt uoto longa breuiſque meo.*

81. *Cum media tantum,)* Cum a matrimonio abhorrerem, amaui tantum ludere cum puellis, iis quidem, quae mediae formae eſſent.

82. *Maior enim mediis)* Similiter Martialis I, 58, ubi, qualem puellam uelit, oſtendit: *Illud, quod medium eſt, atque inter utrumque, probamus.*

83. *Corporis has noſtri)* A rebus mediis, h. e. iis, quae mediocritatis laudem habent, inopinato tranſit ad partes medias corporis, rebus Venereis inſeruientes. Quae μετάβασις ut aliena ab hoc loco et coacta eſt, ita haud leue proteruiae auctoris documentum. Idem mentitur, et ſecum pugnat, qui contraria dixerat u. 73.

84. *mater amoris habet)* Similiter Ouid. A. A. II, 708.

Quaerebam gracilem, ſed quae non macra fuiſſet:

Carnis ad officium carnea membra placent.

Sit, quod in amplexu delectet ſtringere, corpus,

Ne laedant preſſum quaelibet oſſa latus.

Candida contemſi, niſi quae ſuffuſa rubore

Vernarent propriis ora ſerena roſis.

Hunc Venus ante alios ſibi uindicat ipſa colorem,

Dili-

85) *ſed non quae macra* uulgatae pleraeque Pu. Pi. O. *ſed quae non macra* V L. G. 87) *Sic quod in ampl, delectat.* Sic omnes fere exhibent editi, qui e Gaurici fonte manarunt; ſed uitioſe, ut ſenſus laboret. Vna antiqua Germanica rectiſſime *Sit quod in amplexu delectet ſtringere corpus.* 88) *Ne laedant preſſum* G. Pu Pi. O. et recentiores. Peius eſt *tenerum*, quod offerunt V. R. Gr.

85. *ſed quae non macra fuiſſet.)* Diſcrimen, quod inter *gracilem* et *macram* eſt, ex hoc ipſo uerſu Maximiani notauit Sert. Vrſatus in Monum. Patau. p. 271. Gracilis eſt natura, macra uitio ualetudinis.

86. *Carnis officium*, pro Veneria corporis oblectatione poſitum, ex infimae et eccleſiaſticae latinitatis furfure eſt, et ualde exagitatur a Iano Douſa, Praecid. ad Petron. lib. II, cap. ult. Sed tamen excuſabile delictum Maximiani eſt, ſi labe quadam ſui ſaeculi adſperſus eſt. *carnea membra* pro carnoſis et ſucci plenis, magis placere poſſunt, quamquam et hoc ſerioris latinitatis uocabulum. Nempe hoc idem exprimit auctor, quod Martialis uult, XI, 100: *carnarius ſum, pinguiarius non ſum*; amicam uolo corporis ſolidi et carnoſi, quamquam non nimia pinguedine diſtenti.

90. *Vernarent* i. e. florerent. Apud Martial. II, 61: *uernant dubia lanugine malae.*

Diligit et florem Cypris ubique ſuum.

Aurea caeſaries, demiſſaque lactea ceruix,

Vultibus ingenuis uiſa decere magis.

Nigra

92) *Cypris.* pro eo *Cyprus* G. 94) *uiſa ſedere magis* Pi. O. et aliae plures. *uiſa decere* V. Gr. L. Pu. idque, ut rectius, alteri *ſedere* praefert Burmann. ad Anthol. lat. Vol. I. p. 661.

92. *Cypris ubique)* Cypridis uocabulum, pro Venere, a priſcis poëtis Latinis non uſurpatum obſeruant Fr. Vauaſſor in Antibarb. ſ. libello *de ui et uſu quorundam uerborum*, uoce *Cypris*, et Moneta in *Menagianis* Tom. I, p. 41, qui recentioris aetatis poëtas, qui uſurpauerint, tres tantum cum Maximiano noſtro nominat. Notauimus idem ad Repoſiani carm. u. 23. Tom. IV. P. M. p. 322.

93. *Aurea caeſ.* h. e. flaua et aurum colore referens, ut auctor lyrici ad Lydiam u. 6. dicit *capillulos Flauos*, *lucentes ut aurum nitidum.* *Caeſaries* alias propria uirorum eſt, ſed puellae tribuens noſter Virgilium ſecutus uidetur, qui G. IV, 337, de Nymphis: *Caeſariem effuſae nitidam per candida colla* et noſter ſimiliter *caeſariem* cum *lactea ceruice* iungit. *demiſſa ceruix* quae una cum caeſarie deſcendit in humeros. Fortaſſe melius legatur *commiſſa* i. e. coniuncta *uultibus ingenuis ceruix lactea.*

94. *Vultibus ingenuis*, i. e. non fucatis, aut ſimulate compoſitis, facie liberali. Solet *uultus* plurali numero efferri, ut apud Ouid. Met. VIII, 677: *ſuper omnia uultus Acceſſere boni*, et multis aliis locis. Idem *ingenuas genas* dicit Her. XX, 6. Am. I, 14, 52. et Apulei in *ἀνεχου.* u. 8. ubi uid. Burm. Anth. lat. Vol. I. p. 661. *Viſa ſedere*, quod uulgatae poſt recenſionem Gaurici tenent, neſcio quem ſenſum habere poſſit. Qui illud uſurparunt, uidentur *ſedere* accepiſſe pro *placere*, quod ipſum alii librarii poſuerunt, reputantes fortaſſe, ſic uſurpatum a Virgilio

Nigra ſupercilia, et frons libera, lumina clara,
   Vrebant animum ſaepe notata meum.
Flammea dilexi, modicumque tumentia labra,
   Quae guſtata mihi, baſia plena darent.
In tereti collo uiſum eſt pretioſius aurum,

Gem-

95) *et* deeſt in V. R. et G. *lumina nigra* Pu. Pi. O. et aliae recent. ſed *nigra* uix repetita uidentur a poëta poſt *nigra ſuperc.* Igitur melius *lumina clara* V. Gr. G. et L. qui *nigra* ſuperſcribit. 96) *mutata* et *notata* ſcribitur in R. 98) *Quae mihi guſtanti* ſcribunt omnes edit. e recenſ. Gaurici, ſigillatim Pi. O. et recentiores; eaque lectio corrigendi cauſſa introducta uidetur. nam antiquiores habent *Quae guſtata mihi* V. R. Gr. G. Hoc tamen, licet minus elegans, reducendum putaui. 99) *uiſum eſt* V. R. G. reliqui *τὸ eſt* omittunt. Pro *In tereti* L. *Incerti*, G. *Interiti.*

gilio eſſe, quando *ſedet hoc Aeneae*, *ſedet animo* dixit, quemadmodum explicat Steph. in Theſ L. L. Sed hanc interpretationem refutat Vauaſſor in Antib. u. *Sedet*. Ego lectionem antiquiorum exemplarium *uiſa decere*, ut aptiſſimam, reducendam putaui, quae deſerta a quibuſdam uidetur, quod male conſtrui *decere* cum *uultibus ingenuis* crederent. Sed *τὸ decet* ſaepe cum datiuo poſuiſſe antiquos, Plautum, Terentium, Salluſtium, Liuium, monent eruditi ad Gell. IX, 15.

95. *frons libera.)* Hoc Ommerenus illuſtrat loco Virg. in Ciri, 497: *Et patulae frontis ſpecies.*

97. *modicum tumentia labra* laudat poëta, quia plane tumida habentur deformia. Sic auctori Moreti u. 33, deformis Afra Cybale inter alia eſt *Torta comam*, *labroque tumens*. *Turgida labra* ridet Martial. VI, 39.

99. *Teres collum*, quod rotundum, plenum ſolidumque eſt, ut Horatius C. II, 4, 21, *teretes ſuras* dixit, Catullus LXI, 181, *brachiolum teres*, et Arborius

Gemmaque iudicio plus radiare meo.
Singula turpe ſeni quondam quaeſita referre,
Et quod tunc decuit, iam modo crimen habet.
Diuerſos diuerſa iuuant: non omnibus annis
Omnia conueniunt: res prius apta, nocet.
Exſultat leuitate puer, grauitate ſenectus:
Inter utrumque manens ſtat iuuenile decus.
Hunc tacitum triſtemque decet: fit carior ille
Laetitia, et linguae garrulitate ſuae.
Cuncta trahit ſecum uertitque uolubile tempus,
Nec

102) *hoc modo crim.* V. Gr. 103) *omnibus horis* L. et floril. mſptum Santenii. 105) *Exultet* G. et 106) *iuuenale* G. 107) *Hunc tacitum triſtemque uides* corrigit Withof. p. 312. *fit clarior* G. Pi. O. *carior* V. Gr. quod praeferendum uidetur. 109) Pro *uertit*, quod in uulgatis eſt, *uerrit* legendum eſſe, ut τῷ *trahit* reſpondeat, Goldaſtus ad Paraenet. uet. p. 84. exiſtimat. Ego uero praefero *uertit*. Vid. not.

rius in Eleg. ad nymph. non cult. u. 23, *teretes digitos.* Vid. Barth. Aduerſ. XXI, 6. *aurum* hoc loco eſt monile aureum et geminatum. *uiſum eſt pretioſius*, propter teres collum, quod ambit. Sic in Arborii Elegia: *Cum teretes digiti dent pretium lapidi.*

100. *Gemmaque plus radiare.* Sic auctor Epithal. Laur. u, 36: *Nam tibi non gemmae, ſed tudas lumina gemmis; Atque alias comit, per te componitur aurum.*

109. *Cuncta trahit ſecum* caet. Hunc uerſum Goldaſtus ad Paraen. uet. pag. 84. putat Abbatem Columbanum Epiſt. II. ad Seth. u. 63, expreſſiſſe: *Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur,* qui et hunc ſimilem habet u. 70: *Omnia dat, tollit, mi-*

Nec patitur certa currere quaeque uia.
Nunc quia longa mihi grauis eſt, et inutilis aetas,
Viuere cum nequeam, ſit mihi poſſe mori.
O quam dura premit miſeros conditio uitae:

Nec

110) *nec pat. tuta* L. *currere quemque* Pi. O. et al. recent. *quaeque* V. Gr. Pu. *ducere quaeque* G. 112) *da mihi poſſe* V. *ſit mihi uelle mori* R. Sed hoc contrarium eſt ei, quod u. 8. dixerat, *uelle ſe mori*, idque *omni peius funere eſſe*. 113) *miſeros conditio uitae*. Sic omnes ſcripti et excuſi. Withoſius p. 313, ut uitium metricum a poëta auertat, ita mutat: *O quam dura premit nos ſors, qua tradita uita eſt*. Sed haec emendatio fundamentum nullum, niſi in auctoris ingenio habet.

minuitque uolatile tempus. P. Burmannus ad Anthol. lat. Vol. II, p. 349, pro *uolatile tempus* Columbani mallet ſcribere *uolubile* Maximiani, idemque in Ouidii uerſu, qui bis occurrit, Am. I, 8, 49. et Met. X, 519: *Labitur occulte, fallitque uolatilis aetas*, e membranarum quarundam ſcriptura *uolubilis aetas* ſubſtituendum cenſet. Sed haec non temere permutanda. Illud enim poëtis ſolam celeritatem temporis, hoc etiam (*uolubile*) mutationem conuerſionemque rerum in eo factam exprimit. Vnde Ouidius Triſt. V, 8, 15: *Paſſibus ambiguis fortuna uolubilis errat*, h. e. quae uoluit et inuertit omnia. Et hinc recte noſter *uertitque uolubilis aetas*. Caeterum et Maximiani uerſui conſonat hic Calpurnii, XI, 32: *Omnia tempus alit, tempus rapit, uſus in arcto eſt.*

112. *Viu. cum neq. ſit mihi poſſe mori.)* Expreſſit ex Ouid. A. A. II, 28: *Et quoniam in patria — Viuere non potui, ſit mihi poſſe mori.*

113 *dura premit miſ. conditio uitae.)* Conditio accipitur de ſorte humana, et de omni lege, quam hominum uitae natura dixit, quarum praecipua eſt lex moriendi. Cic. ad Att.

um

XV,

Nec mors humano ſubiacet arbitrio.
Dulce mori miſeris, ſed mors optata recedit:
At quum triſtis erit, praecipitata uenit.
Me uero heu tantis defunctum partibus olim,
Tartareas uiuum conſtat inire uias:

Jam

115) *optata recedit.* Sic omnes impreſſi. *refugit* V. 116) *At quum* pleraeque uulgatae. *Sed cum* G. *Et cum* R. et L. *Pro triſtis* R. *letus* inepte. 117) *Me nunc* R. *Heu uero me* G. quae etiam *defunctum in partibus. perfunctum in part.* L. *defectum partibus* V. 118) *Tartareas unum* V. *uiuum* Gr. altiore *Viuum tartareas* G. *inire uias* uulgatae. *adire* et *inire* ſimul exhibet L.

XV, 1: *Ea conditione nati ſumus, ut nihil quod homini accidere poſſit, recuſare debeamus.* Sic auctor Eleg. in ob. Maec. u. 118, *anguſtam conditionem* uocat ſortem breuis aeui. Et Epitaphium antiquum Sabelli in Burm Anthol. lat. lib. IV, 48: *Nunc etenim uiuis, nunc et felicius aeuum Ducis, ab humana conditione procul.* Propertius l. I, 1, 60, *mortis extremam conditionem* poſuit pro ſorte fati et interitus omnibus rebus communi. His cum locis noſtrum comparat Burm. Anth. Vol. I. p. 277.

115. *mors optata recedit.* Sen Herc Oet. 122: *Felices ſequeris mors, miſeros fugis.*

117. *tantis defunctum partibus,* i. e. tot partibus. Partes uero, quibus defunctus ſit, mox recenſet, nempe ſenſuum corporis, et mentis deminutionem. Iterum ſit infra noſter u. 209: *bis partibus aetas Defluit.* Pariterque Iuuenalis, ubi detrimenta ſenſuum in ſenibus recenſens ad ſurditatem eorum pergit, Sat. X, 209: *adſpice partis Nunc damnum alterius.*

118. *Tartareas uiu. conſt. inire uias* h. e. conſtat me uiuum mori incipere. *uiam Tartari* etiam Seneca nominat Herc. Oet. 1119,

Iam minor auditus, guſtus minor, ipſa minora
Lumina, uix tactu noſcere certa queo.
Nullus dulcis odor, nulla eſt mihi grata uoluptas:
Senſibus expertem quis ſupereſſe putet?
En Lethaea meam ſubeunt obliuia mentem,
Nec confuſa, ſui iam meminiſſe poteſt.
Ad nullum conſurgit opus, cum corpore languet,
Atque intenta ſuis obſtupet ipſa malis.
Carmina nulla cano: cantandi ſumma uoluptas
Effu-

119) *Nam* uel *iam* V. *ipſa minora* exhibent editi poſt Gaur. et Aſc. *atque* uel *ipſa caligant* V. R. Gr. G. quod, licet uitioſum, ab auctore, illud e correctione eſſe uidetur. 120) *noſcere cuncta* V. R. *noſcere tuta* L. reliqui *certa*, quod rectius eſt. 121) *nulla eſt quoque gr.* L. *nulla eſt mihi* G et Pu. *iam nulla grata* R. 122) *putat* V. 123) *Et Leth.* coniicit Ommerenus. 126) *obſtupet illa* V. R. 127) *ſumma uoluntas* unica habet G.

uiam lethi Horat. C. I, 28, 15. *uiuo funere perditum* Rutil I, 518.

119. *guſtus minor.)* Ouid. ex Pont. I, 10, 7: *Os hebes eſt, poſitaeque mouent faſtidia menſae.*

123. *ſubeunt obliuia mentem.)* Pro primario ſenectutis uitio Iuuenalis habet obliuionem Sat X, 233: *ſed omni Membrorum damno maior dementia, quae nec Nomina ſeruorum, nec uultum agnoſcit amici.*

126. *Atque intenta ſuis)* Ouid. Triſt. IV, 1, 4: *Mens intenta ſuis ne foret uſque malis.* *obſtupet*, immota, ſenſus et conſilii expers haeret. Ouid. Triſt. I, 2, 32: *ambiguis ars ſtupet ipſa malis.*

Effugit, et uocis gratia uera perit.
Non fora ſollicito, nec blanda poëmata fingo.
Litibus aut rabidis commoda dura ſequor.
Ipſaque me ſpecies quondam dilecta reliquit,
Et uideor formae mortuus eſſe meae.

Pro

128) *Heu fugit* plerique editi. *Effugit* V. R. Gr. G. quod equidem malim. *et uotis* G. *gratia ſumma* V. 129) *non blanda* L. et G. 130) *heu rapidis* habent omnes editi poſt Aſc. ſed *aut rap.* V. R. *haud rap.* G. et Pu. Et *haud* uel *aut* ſine codicibus coniicit Ommerenus. Barthius Adu. XVII, 11, quia uulgata lectione *heu rap.* contraria priori uerſui dici uidet, uoce una in duas partes diſtincta ita ſcribendum hariolatur: *Litibus heu rapidis dum mea damna ſequor.* Withoſio etiam p. 314 uidetur *aut* legendum, uel certe *ſequens* loco τῶ *ſequor*, ut praecedentibus illis *nec blanda poëmata fingo* connectatur, et de amantium ludicris iris rixiſque intelligatur. Caeterum Barthius *rabidis* ſcribendum putat pro *rapidis*, ut forenſes furias, canibus comparatas, exprimat recte omnino. idemque praefert L. 131) *quondam delecta* legit Bipont. cum nonnullis aliis ſed praefero *dilecta*, quod habent L. G. A. Pu. Pi. O. *relinquit* G.

129. *Non fora ſollicito,* uoce et oratione mea commouere ſtudeo, quando iudicia habentur. *ſtudere, operam dare foro* alii ſcriptores dicunt

130. *Litibus aut rabidis.* Scriptum ab auctore *rabidis* eſſe, plures ſcriptorum loci docere poſſunt, quibus cauſſidicorum in foro rixae, contentiones et clamores, ut rabies canina deſcribuntur; a quibus ipſe *rabula* forenſis dicitur. Sufficiat hic Senecae, Herc. Fur. 172: *Hic clamoſi rabioſa fori Iurgia uendens improbus iras Et uerba locat.* Dicitur hic cauſſidicus operam forenſem, rixas et uerba ſua locare, uel uenalia habere pretio. Atque hoc ipſum ſignificat Maximianus per *commoda dura*, quae ſe ſequi uel appetere dicit litibus in foro exercendis.

Pro niueo, rutiloque prius, nunc inficit ora
 Pallor, et exſanguis funereuſque color.
Aret ſicca cutis, rigidi ſtant undique nerui,
 Et lacerant uncae ſcabrida membra manus.
Quondam ridentes oculi, nunc fonte perenni
 Deplangunt poenas nocte dieque ſuas.
Et quos grata prius ciliorum ſerta tegebant,
 Deſu-

136) *tabida membra* uulgatae. *ſcabida* V. R. Gr. L. *ſcabrida* G. Hoc *ſcabrida* ego praeferam, ut aptius metro et ſenſui, uocabulum infimae latinitatis. 138) *Deplangunt* quidem omnes, ſed reponere malim *Deplorant*, ut rei conuenientius, ſi quidem aliqua auctoritas adeſſet.

134. *exſanguis*, *funer. color.* Ouid Her XXI, 215: *Contrahimus macie, color eſt ſine ſanguine.*

136 *ſcabrida membra*, (uox infimae latinitatis) i. e. ſcabie, porrigine, uitiligine oblita et aſpera. uitioſus corporis habitus, ex fame, uel uitioſo alimento et ſordibus corporis, ut indicat Serenus Samon. cap. VI. Sic *ſcaber unguis* Ouid. A. A. III, 270. et *ſcabrae robigine fauces*, Met VIII, 802, ſicut ipſi Robigini *ſcabrae manus* tribuuntur, Faſt. IV, 921. *uncae manus*, unguibus acutae, *lacerant* aſſidue ſcabendo perſtringunt. Hinc *lacerum porrigine corpus* dicitur Gratio u. 408. Senes autem infeſtari porrigine dicuntur.

139. *ciliorum ſerta* ſatis eleganter dictum, quia cilia uel palpebrae tanquam ſertum oculos cingunt et ambiunt. apte etiam *tegebant*, ſiquidem Iſidorus de iis XI, 1: *Cilia ſunt tegmina, quibus cooperiuntur oculi, et dicta cilia, quod celent oculos tegantque tuta cuſtodia* Dubito autem, an cilia hoc loco potius accipienda ſint de ſuperciliis. His enim magis conuenit, quod *ſerta* dicuntur, nempe pluribus complicata pilis, et quod de-
in-

Deſuper incumbens hiſpida ſilua premit,
Ac, uelut incluſi caeco claudantur in antro,
Neſcio quid toruum ſeu furiale uident.

Iam

140) *ſilua tegit* V. 141) *At uelut* Bipont. cum aliis. *Et uelut* G. *Ac uelut* reliqui mei. *incluſis* nonnulli cum Bip. ſed *incluſi* rectius, quod habent G. A. Pu. Pi. O. *tetro* pro *coeco* L. *conduntur in an.* omnes impreſſi poſt Aſc. ſed *claudantur* L. et *claudantur* G. quod reliquis praeferendum cenſeo, ut hic uerſus cum ſequente minore coniungatur. 142) *Toruum neſcio quid heu furiale* V. R. Gr. *ſeu furiala* G. Illud *heu fur.* errore librariorum ex *ſeu*, quod Germanica uetus ſeruauit, ortum uidetur. Hoc igitur genuinum eſſe puto, et ſcribo *Neſcio q. t. ſeu furiale uident.* uulgatae habent *uel furiale.*

inceps *ſilua hiſpida.* Niſi forte pro *ſerta* legendum eſt *ſepta*, quia Lactant. de opif. X, 2: *Ipſae palpebrae, pilis in ordine ſtantibus uallatae, ſeptum oculis decentiſſimum praebent.*

140. *incumbens hiſpida ſilua*, nempe horrentium denſarumque ſetarum uel pilorum. nam ſic *faciem hiſpidam* Horatius C. IV, 10, 5, dicit barbatam. Virg. Ecl. VIII, 34: *Hirſutumque ſupercilium, promiſſaque barba.* Pariter coma ſiluae comparatur. Ouid. Met. XIII, 845: *coma plurima toruos Prominet in uultus. humeroſque, ut lucus, obumbrat.* Haec uero hiſpida et horrentia ſupercilia poëta non pro indicio ſenectutis ponere uidetur, ſed luctus et ſqualoris inculti Quem ſimiliter pingit Ouid. Triſt I, 3, 90: *Egredior -- Squalidus immiſſis hirta per ora comis.*

141. *Neſcio quid toruum ſ. fur. uid.)* Sic Sen. in Thyeſt. 706: *toruum et obliquum intuens torua uidere* fortaſſe Ouidius ſcripſit Her. XVII, 16: *Si non eſt ficto uultus mihi triſtis in ore. Nec ſedeo duris torua ſuperciliis.* Nam Puteanus codex cum ſex aliis habuit *Nec uideor*, quod placet Heinſio, et fortaſſe melius uertitur in *uideo*, unde librarii fecerunt *ſedeo* Burmannus tamen uulgatam defendit.

Iam pauor eſt uidiſſe ſenem, nec credere poſſis
  Hunc hominem, humana qui ratione caret.
Si libros repeto, duplex ſe littera findit,
  Largior occurrit pagina nota mihi.
Claram per nebulas uideor mihi cernere lucem,
  Nubila ſunt oculis ipſa ſerena meis.

Eri-

143) *Iam pauor eſt* plerique ſcripti et excuſi. *Iam pudor eſt* G. *nec credere poſſet* L. Pu. *poſſe* G. 145) Pro *findit* legit *ſcindit* L. *fugit* G.

145. *duplex ſe littera findit.)* Sententia auctoris haec eſt: Legenti mihi librum, litterae omnes uidentur quaſi duplices, ancipites, uagae et confuſae oberrare, ita ut pagina, quamuis nota mihi et olim lecta, ut ſciam, quot et quibus uerbis conſtet; nunc tamen *largior* et pluribus litteris, ſpatium excedentibus, conferta appareat. Affectus hic oculorum, quo dupla ſe oſtentant obiecta, alias ebriis et entheis tribuitur, quibus oculorum muſculi, uel nimio ſpiritus ardore contrahuntur, uel ſoluuntur humiditate, ut Farnabius ad haec uerba Senecae, Agam. u. 728, obſeruauit: *Sed ecce gemino ſole praefulget dies; Geminumque duplices Argos attollit domos;* quibus imitatus eſt Virgilium Aen. IV, 470. De ebriis diſerte Iuuenal. VI, 304: *Cum bibitur concha, cum iam uertigine tectum Ambulat, et geminis exſurgit menſa lucernis.* Lactant. de opif. Dei c. 9: *Furioſis et ebriis omnia duplicia uidentur.* Qui hoc idem ſanis et ſobriis nonnumquam accidere, ex certis cauſſis docet, quas nunc non perſequimur. Itaque ſenibus hoc uitium ineſſe poſſe propter delibitatem neruorum, dubio caret, qui tamen alius ueterum id de iis dixerit, nunc non incurrit.

Eripitur ſine nocte dies: caligine caeca
Septum tartareo quis neget eſſe loco?
Talia quis demens homini perſuaſerit auctor,
Vt cupiat uoto turpior eſſe ſuo?
Iam ſubeunt morbi, ſubeunt diſcrimina mille;

Iam

149) *Eripitur ſic nocte dies* emendat Cl. Ommerenus. uid. not. 151) *perſuaſerat* L. 152) *turpiter eſſe* G. *turpior ipſe ſuo* uult Withofius. uid. not.

149. *Eripitur ſine nocte dies*, h. e. eripitur interdiu, etiamſi nox nulla ſit. Doctiſſ. Ommerenus hic legendum coniicit *Eripitur ſic nocte dies*, adeoque noctem accipit pro ipſa caligine oculis offuſa, idque probat locis Catulli, LII, 12 Ouid. Met. I, 721. Sen Herc. fur. 823. Sed lectio uulgata et clara ſatis, et grauior etiam uidetur eſſe, quam quae iſta emendatione inducitur.

150 *Septum Tautareo --- loco)* i. e tenebroſo, horrido et ſubterraneo ſpecu. *Tartareum carcerem* ſic dicit Calpurn. I, 52.

151. *Talia quis demens*, intellige talia optanda, uel toleranda; uel ad *perſuaſerit* ſupple, *ut optet* uel *tolerare uelit*. Neque tamen diſplicet coniectura Withoſii p. 314: Illud *Talia*, inquit, incommode uoci *perſuaſerit* coniungitur, meliuſque alteri *cupiat* cohaerebit, quod ut fiat, mutata diſtinctione et leui correctione res indiget. Legendum erit itaque: *Talia quis demens homini perſuaſerit auctor Vt cupiat, uoto turpior ipſe ſuo?* Quis, inquit, auctor demens homini perſuaſerit, ut cupiat talia; qualia ſi cuperet, ipſe ſuo uoto turpior ac deformior eſſet futurus. Similiter Virgil. Georg II, 315: *Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat auctor*

153. *Iam ſubeunt mori)* Virg G III, 68: *ſubeunt morbi triſtiſque ſenectus.*

Iam dulces epulae, deliciaeque nocent.
Cogimur a gratis animum ſuſpendere rebus,
Atque ut uiuamus, uiuere deſinimus.
Et iam me, dudum cui nulla aduerſa nocebant,
Ipſa, quibus regimur, nunc alimenta grauant.

Eſſe

156) *uiuere deſtitimus* L. Gr. G. ſed uulgata melior *deſinimus.* 157) Varie huius uerſus uerba ponuntur uel mutantur in exemplaribus. Voſſ. cod. duplicem lectionem exhibet: *Et me iam* (uel *quem*) *dudum cui* (uel *non.*) Vitioſius L: *En me quem dudum quem nulla.* Germanica uetus uerba tantum aliter ordinat, ac uulgata: *Et me cui dudum iam nulla aduerſa nocebant.* Gudius in not. ad Phaedr. IV, 18, p. 93, ſic in codice uetuſtiſſimo Diuionenſi legi affirmat: *Et me iam dudum, quem nulla aduerſa mouebant, Ipſa quibus regimur, nunc elementa noſent;* atque ſic *nocere* cum accuſatiuo Graeco more poſitum exiſtimat. Sed tamen alii uetuſti, ut uidimus, *cui nocebant* exhibent, et in minore uerſu plurimi libri praeferunt *alimenta grauant.* Vnde pro illa conſtructione Graeca τῷ *nocere* nihil hinc confici poteſt. 158) *nunc alimenta grauant.* Sic omnes fere ſcripti et impreſſi, ſola uetus Germ. habet *alimenta nocent,* quod ſine dubio ab editoris errore uel ſapientia eſt, qui elegantius putabat poſt *nocebant* recurrere *nocent.* Gudius l. c. e cod. Diuionenſi citat *nunc elementa nocent.* ſed uerum eſſe *alimenta,* manifeſte docent *ſequentia.*

155. *a gratis animum ſuſpendere*, h. e. cohibere, retinere et retrahere, ne attingat uel cupiat res gratas Ouid Faſt. IV, 849: *nec iam ſuſpendere fletum Suſtinet.*

156. *uiuere deſinimus*, nempe uita bene et iucunde uti; quo ſenſu iterum u. 178. Catullus carm. V: *Viuamus, mea Leſbia, atque amemus.* et Martialis multis locis.

158. *quibus regimur*, i. e. quibus tanquam primariis ad tuendam uitam praeſidiis utimur Sic infra u. 238: *Et lux, qua regimur, redditur ipſa grauis.* Ommerenus illuſtrandi cauſſa appoſuit locum Senecae, Troad.

Eſſe libet ſaturum: ſaturum mox eſſe pigebit:
  Praeſtat ut abſtineam, aſt abſtinuiſſe nocet.
Quae modo profuerat, contraria redditur eſca:
  Faſtidita iacet, quae modo dulcis erat.
Non ueneris, non grata mihi ſunt munera Bacchi,
  Nec quicquid uitae fallere damna ſolet.
Sola iacens natura manet, quae ſponte per horas

159) *Eſſe ſibi ſatur.* L. *Eſſe licet ſat.* G. ſed praeſtat uulgata lectio *Eſſe libet.* 160) *abſtineas*, *abſtin.* L. *aſt abſtinuiſſe* pleraeque uulgatae. omittunt *aſt* V. Gr. G. 162) *Faſtidita nocet* G. ſed rectius omnino uulgatae *Faſt. iacet.* 163) *Non Ven. ſ. gr. m. nec.* ed. Pulm. Pi. O. *Non Ven. non grata mihi ſunt* V. R. Gr. L. G. reliquae legunt *Nec Ven. ſunt gr. m. nec m. B.* Withoſius p. 315. mauult legere *Non Cereris ſunt grata mihi*, quia mentio Bacchi ac Cereris uno eodemque loco eſt aptiſſima, et quia auctor hic non de uſu uoluptatis, ſed de cibo potuque loquitur, ut praecedentia demonſtrant.

Troad. u. 396: *Si ſic, quo regimur, ſpiritus effluet.* Et notum eſt Virgilii Aen. IV, 336: *dum ſpiritus hos reget artus.* Sed tamen ratio uerbi *regere* in ſpiritu et anima magis apparet, quam in alimentis, de quibus Maximianus. Itaque inſolentius hoc uerbo uſum arbitror.

162. *Faſtidita iacet*, i. e. ſpernitur, abiicitur. Ea notio uerbi frequens bonis ſcriptoribus. Cic. Tuſc. I, 2: *Iacent ea ſemper, quae apud quoſque improbantur.* Claud. laud. Stil. II, 130: *Quod nec inops iaceat probitas, nec inertia ſurgat Diuitiis.* Hinc *abiecti* neglecti. Vid. Auien. D. O. 1388.

165. *iacens natura* ſc. corporis mei debilitata et depreſſa. *quae ſponte*, per

Soluitur, et uitio carpitur ipſa ſuo.
Non toties experta mihi medicamina proſunt,
Non aegris quicquid ferre ſolebat opem.
Sed cum materia pereunt quaecunque parantur,
Fit magis et damnis triſtior urna meis.

Non

166) *carpitur ipſa meo* G. male. 167) *Non potus, exp.* dedit edit. Bipont. cum nonnullis aliis. ſed melior haud dubie lectio *Non toties experta mihi* eſt in L. Gr. G. Pi. O. *Nec to...s* Pul. 170) *Fit maior ex dampnis* G. perperam. *Fit magis et damnis* Bipont. cum Pu. Pi. O. *ex damnis* V. Gr. G. *triſtior urna meis* pleraeque uulgatae. *urna ſuis* V. R. *triſtior ora ſuis*, adſcripto *h φ ora*, G. *triſtior uita mea* L. *triſtior ipſa meis* Pu. Withofius pag. 316. emendat *Fit magis et damnis iuſta querela meis*, audaciſſima coniectura. Rationes eius uid. in not.

ſe, nulla cauſſa externa adiuuante, *ſoluitur*. Infra u. 259: *Omnia naturae ſoluuntur uiſcera noſtrae.*

166. *uitio carpitur ipſa ſuo)* Ommerenus ſimilem locum Ouidii annotauit, A. A. II, 114: *Forma bonum fragile eſt, quantumque accedit ad annos, Fit minor et ſpatio carpitur ipſa ſuo.*

170. *Fit magis e damn. triſtior)* Locutio haec, annotante Withofio p. 315. qua comparatiuo uox alia eiuſmodi adiicitur, pertinet ad pleonaſmos, et interdum, quamquam rarius, occurrit apud illos, qui poſt Latinae linguae ἀκμήν uixerunt. Idem de uerbis, quae pleraeque editiones exhibent, *damnis triſtior urna meis*, quaerit, quid per urnam hic intelligi debeat. Videri librarios uel ſepulcralem, uel aliam quam urnam intellexiſſe, qua opes condi poſſint, quorum hoc ineptum, alterum intempeſtiuum ſit. Itaque ulcus ſic ſanandum eſſe credit: *Fit magis et damnis iuſta querela meis.* Senſum autem hunc eſſe ait: Omnia remedia, quae parantur, pereunt, et in uanum recidunt cum ipſa materia et impenſis, unde

que-

Non ſecus inſtantem cupiens fulcire ruinam,
  Diuerſis contra nititur obiicibus;
Donec longa dies, omni compage ſoluta,
  Ipſum cum rebus ſubruat auxilium.
Quid, quod nulla leuant animum ſpectacula rerum,
  Nec mala tot uitae diſſimulare licet.

Tur-

171) *Nunc ſecus* Bipont. neſcio quibus praeeuntibus. ſed omnes, quorum mihi notitia eſt, *Non ſecus*, et *Haud ſecus* L. 174) *ſubleuat auxil.* L. male. 175) *Nulla iuuant* uel *leuant* V.

querela mea magis iuſta redditur ipſis illis damnis, opibuſque fruſtra erogatis. Sed perperam uidetur Withofius *damna* de iactura opum accipere, uerba potius ea ex antecedentibus ſententiis et uerbis interpretanda ſunt. Nominauit paullo ante u. 164, *uitae damna:* dixit porro u. 165 naturam ſuam *ſponte* et *uitio ſuo ſolui per horas*, h. e. decrementa corporis et ualetudinis continua pati. Iam, cum medicamenta etiam fruſtra adhibeantur, ſubiicit denique, per continua iſta decrementa fieri, ut quaelibet hora damnis iſtis, quae afferat, triſtior fiat. Vnde lectionem, quam antiqua Germanica ſuppeditat, in primis probo: *Fit magis et damnis triſtior hora ſuis.*

171. *Non ſecus* caet. Comparatio eſt cum opifice uel fabro, qui ruinoſam domum fulcire nititur *diuerſis* et *contra* poſitis obiicibus uel trabibus. Pari phraſi utitur Ouid. Triſt. I, 5, 5: *Te mea, ſuppoſita ueluti trabe, fulta ruina eſt.*

176. *diſſimulare licet*, premere animo et tegere laetiorum rerum, ut ſunt ſpectacula, uſu. Sic uſurpauit Ouid Triſt. III, 1, 6: *Nec domini fortuna mei eſt, ut debeat illam Infelix ullis, diſſimulare iocis.*

Turpe ſeni uultus nitidi, ueſteſque decorae.
Atque etiam eſt ipſum uiuere turpe ſenem.
Crimen amare iocos, crimen conuiuia, cantus;
O miſeri quorum gaudia crimen habent.
Quid mihi diuitiae, quarum ſi demſeris uſum,

Quam-

177) *cultus nitidi* uult Ommerenus. uid. not. *uultus nitidus ueſtiſque decora* L. 178) *Queis ſine iamque ipſum* V. R. L. G. 181) *Quid mihi* uel *tibi* V. *tibi* L. *demeris* uulgatae poſt Aſc. et Baſil. O. et Bip. *dempſeris* L. Gr. G. Pu. Pi.

177. *Turpe ſeni uultus nitidi.)* Licet uiros interdum fuco uſos fuiſſe non negem, hic tamen eius mentionem aegre concoquo forte *cultus nitidi.* nam ſcriptores cultum ueſtemque coniungere ſolent. Nepos Paul. c. 3. *cultum ueſtitumque;* Cic. de Amic. §. 49, *ueſtitu cultuque corporis;* Curt III, 3, 24, *cultu ornatuque*, et VI, 19, *cultus habituſque;* Liu. V, 41, 8, *ornatum habitumque.* Haec annotauit OMMER. Sed *uultus nitidi* ſcriptum eſſe ab auctore, ſequentia declarant, ubi *ioci* et *conuiuia* nominantur. Nihil enim frequentius poëtis, quam *nitidum os*, *nitidas comas* tribuere iis, qui ſe hilaritati, amoribus, conuiuiis dant. Ouid Met. XI, 690: *non ille quidem, ſi quaeris, habebat Adſuetos uultus, nec quo prius ore nitebat.* Idem A. A III, 443: *Nec coma uos fallat liquida nitidiſſima nardo* Horat. Carm. I, 4, 9: *Nunc decet aut uiridi nitidum caput impedire myrto.* Idem Epiſt. I, 14, 32: *Quem tenues decuere togae nitidique capilli.* i. e. unguento delibuti.

179. *Crimen amare iocos* caet.) Haec etiam ſenectuti negata eſſe contendit Horat. Epiſt II, 2, 55: *Singula de nobis anni praedantur euntes; Eripuere iocos, uenerem, conuiuia, ludum; Tendunt extorquere poemata.*

181. *Quid mihi diuitiae* caet. Sic Horat. Epiſt. I, 5, 12;

Quamuis largus opum, ſemper egenus ero?
Immo etiam poena eſt partis incumbere rebus,
Quas cum poſſideas, eſt uiolare nefas.
Non aliter ſitiens uicinas Tantalus undas
Captat, et appoſitis abſtinet ora cibis.
Efficior cuſtos rerum magis ipſe mearum,
Conſeruans aliis, quae periere mihi.

Sicut

183) *ſuccumbere rebus* V. ed. Pu, et Pi. male. 186) *et oppoſitus*, ſ. *oppoſitis* G.

5, 12: *Quo mihi fortunam, ſi non conceditur uti?* et Epiſt I, 2, 50: *ualeat poſſeſſor oportet, Si comportatis rebus bene cogitat uti*

183. *poena eſt partis incumbere rebus,* h. e. Ipſe ſibi ſupplicium et cruciatum parat, qui opes in hoc tantum colligit, ut partas aſſidua cura et ſollicitudine cuſtodiat. *Incumbere* uel *incubare* de ſollicita cuſtodia uſurpatur, quacum nullus uſus rei coniunctus eſt. Virg. G. II, 507: *Condit opes alius, defoſſoque incubat auro* Conf. not. ad Sulp. Luperci Eleg. u. 11. Tom. III. P. M. p 236.

184 *eſt uiolare nefas,* putas nefas eſſe attingere, et uſu capere, tanquam ſacrum. quomodo Horat. Serm. I, 1, 71: *congeſtis undique ſaccis Indormis inhians, et tanquam parcere ſacris Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.* Confer etiam Serm. II, 3, 109. Inter uitia ſenum hoc idem recenſet A. P. u. 170: *Quaerit, et inuentis miſer abſtinet, ac timet uti*

185. *ſitiens uicinas Tantalus undas,)* Videtur hoc, ut ſuperiora expreſſiſſe ex Horatio Serm. I, 1, 68: *Tantalus a labris ſitiens fugientia captat Flumina,* Plura de Tantali poena loca poëtarum produximus ad Petronii fragm. Tomo III. P. M. p 62. et ad Lucilii Aetn. u. 79.

Sicut in auricomis pendentia plurimus hortis
Peruigil obſeruat non ſua poma draco.

Hinc

189) *dependentia plurima* L. uitioſe. pro *plurimus* forte *luridus* coniicit Pulm. cuius liber uetus hic corruptus fuit.

189. *auri comis pend. pluribus hortis.)* Barthius not. ad Grat. Cyn. u. 30, hunc uerſum Maximiani citans, *plurimus* accipit pro aſſiduus, atque remiſſus ſed haec notior iam ſatis exprimitur uoce ſequente *Peruigit*, Ego rectius puto accipi de magno, longe extento et circumuoluto, ut dicat auctor, Draconem hortos Heſperidum magno uolumine cingere et complecti Iſta imagine draconis fabula haud dubie flexuoſos meatus fluuii, aut aeſtuarii maritimi, hortum Heſperidum ambientis, deſignauit, ut notaui ad Priſc. Perieg. u. 123. Sed uocabula *multus*, uel *plurimus* de magno et extento fluuii, maris, terrae tractu ſaepe adhibentur. Ouid. Met. VIII, 572. Auien. D. O. 463 et Or. mar. u. 362.

190. *Peruigil obſeruat draco)* De dracone mala aurea Heſperidum in Libya ſeruante ſermo eſt, quem propterea Maſſylum uocat, uel Libycum, Martialis X, 94: *Non mea Maſſylus ſeruat pomaria ſerpens.* quocum conf. XIII, 37. Sed aliud exemplum cuſtodis draconis in fabulis eſt illius, qui uellus aureum in luco Martis ſuſpenſum apud Colchos ſeruabat, quod pro imagine auari adhibet idem lib. XII, 52: *Largiris nihil. incubanſque gazae, Vt magnus draco, quem canunt poëtae Cuſtodem Scythici fuiſſe luci.* Fabularem famam et uulgarem opinionem ſecutus etiam Phaedrus lib. IV, fab. 19, fingit draconem abditos theſauros in ſpelunca ſubterranea cuſtodientem. Rationem eius opinionis reddere conatur Pomp. Feſtus, qui *Dracones*, inquit, *dicti* ἀπὸ τοῦ δέρκειν, *quod eſt uidere. clariſſimam enim dicuntur habere oculorum aciem, qua ex cauſſa incuban-*

Hinc me ſollicitum torquent ſuper omnia curae,
Hinc requies animo non datur ulla meo.
Quaerere quae nequeo, ſemper retinere laboro,
Et retinens ſemper, nil tenuiſſe puto.
Stat dubius, tremuluſque ſenex, ſemperque malorum
Credulus, et ſtultus quae facit ipſe timet.
Laudat praeteritos, praeſentes deſpicit annos:
Hoc tantum rectum, quod ſapit ipſe, putat.
Se ſolum doctum, ſe iudicat eſſe peritum:
Et quod ſit ſapiens, deſipit inde magis.
Multa licet nobis referens, eademque reuoluens
Hor-

193) Hunc uerſum Ommerenus ita interpungendum cenſet: *Quaerere, quae nequeo ſemper retinere, laboro.* 197) *praeſentes increpat actus*, et a manu ſec. *deſpicit* L. 198) *Hoc ſolum* Pu. et aliae. 200) *deſipit ipſe* V. Gr. *decipit ipſe* Pu. 201) *uobis ref.* G.

bantes eos theſauris cuſtodiae cauſſa finxerunt antiqui.

193. *Quaerere quae nequeo*, h. e. quae me deſpero poſſe labore et induſtria quaerere, reparare, augere, ſi forte abſumſerim, ea illibata ſemper retinere laboro. Hoc ſenſu uerborum conſtituto, nihil opus eſt mutata interpunctione, quam Cl Ommerenus ſuadet. Vid. V. L.

196 *quae facit ipſe*, h. e. quae ipſe per obliuionem, imprudentiam, ſocordiam, ſenum propriam, committit, ut fiant.

197. *Laudat praeteritos*, caet. Idem inter uitia ſenum recenſet Horat. A. P. 173: *Difficilis, querulus, laudator temporis acti Se puero, cenſor caſtigatorque minorum.* Et Tibull. III, 5, 26: *Et referam pueris tempora priſca ſenex.*

Horret, et alloquium conſpuit ipſe ſuum.
Deficit auditor, non deficit ipſe loquendo:
O ſola fortes garrulitate ſenes!
Omnia nequidquam clamoſis uocibus implet:
Nil ſatis eſt, horret, quae placuere modo.
Arridet de ſe ridentibus, ac ſibi plaudens
Incipit opprobrio laetior eſſe ſuo.
Hae ſunt primitiae mortis, his partibus aetas

De-

202) *Narrat* pro *horret* V. Gr. *conſpicit* pro *conſpuit* G. male. 206) *horrent* V. Gr.

202. *alloquium conſpuit ipſe ſuum.* Alloquii ſui faſtidium mouet ſpurcitie oris, dum inter loquendum ſaliua commota frequenter ſpuit. De cauſidico uehementer loquente Iuuenalis VII, 112: *Tunc immenſa caui ſpirant mendacia folles, Conſpuiturque ſinus.* Vitium loquentium, maxime ſenum, exiſtimatur ſpumans ore ſaliua. De Claudio ſene Suetonius, cap. 30: *ira turpior erat: ſpumante rictu, humentibus naribus,* et Iuuenal. VI, 622: *tremulumque caput deſcendere iuſſit In coelum, et longa manantia labra ſaliua.*

204. *O ſola fortes garrulitate ſenes)* Sententia haec forte ab Homero deriuata eſt, qui Il. III, 151, ſenes Troianos bello inutiles, ſed otioſos et garriendo fortes, cicadis ſtrepentibus comparat. Et Cicero de ſen. c. 14, ſenes ſermonis et colloquiorum auidos eſſe fatetur.

207. *Arridet de ſe rid. ac ſibi pl.)* Horat. A. P. 101: *Vt ridentibus arrident, ita flentibus adſunt Humani uultus.* Idem Serm. I, 1, 66: *Populus me ſibilat, at mihi plaudo Ipſe domi.*

209. *Hae ſunt primitiae mortis,* tanquam ex meſſe mul-

Defluit, et pigris greſſibus ima petit.
Non habitus, non ipſe color, non greſſus euntis,
Non ſpecies eadem, quae fuit ante, manet.
Labitur ex humeris demiſſo corpore ueſtis,
Quaeque breuis fuerat, iam modo longa mihi eſt.
Contrahimur miroque modo decreſcimus, ipſa

Di-

210) *Defuit* G. perperam. *ima perit* Bipont. ſed aliae conſtanter *petit*, idque aptum *greſſibus*. 212) *Nec ſpecies* G. 213) *depreſſo corpore* L. 214) *iam mihi longa modo* G. *longa manet* R. 215) *Contrahimur* uel *Conterimur* V. *decreſcimus ipſi* uulgatae omnes. ſed melius *decreſcimus*, *ipſa Diminui* V. L. et Gr.

multorum malorum offerendae et ſacrificandae Morti; ſi quidem primitiae dari uel libari Diis dicuntur, et totus homo *uictima eſt nil miſerantis Orci*, ſecundum Horatium.

210. *aetas defluit*, pedetentim progrediendo abſumitur, ut riuus, aquis deficientibus exareſcens. *Ruſticus exſpectat dum defluat amnis* Horat. Epiſt. I, 2, 42. *ima petit*, extrema, finem.

213. *Labitur ex humeris ueſtis*, fluit ex humeris, nec bene ſedet ueſtis, quia iam laxior eſt, corpore meo demiſſo, uel depreſſo et exili facto. Significare idem uidetur, quod Horat. Serm. I, 3, 31: *Ruſticius tonſo toga defluit, et male laxus In pede calceus haeret*. Non ſatis placet *demiſſo corpore*, et legere malim *Labitur ex humeris demiſſa et corpore ueſtis*, quia demiſſa frequenter poëtis dicitur ueſtis longior et in terram fluens. Ouid. Am. III, 2, 25: *Sed nimium demiſſa iacent tibi pallia terrae*. Horat. Serm. I, 2, 25: *Malchinus tunicis demiſſis ambulat*, et ibid. u. 99: *Ad talos ſtola demiſſa, et circumdata palla*.

Diminui noſtri corporis oſſa putes.
Nec coelum ſpectare licet, ſed prona ſenectus
Terram, qua genita eſt, quam reditura, uidet:

Fit-

216) *Subminui* R. 217) *Non coelum* G. *Non ſpectare licet* L. *Nec coelum exſpectare licet* Baſil. *ſed parua ſen.* V. Gr. 218) *Et iam* (uel *terram*) *qua* V. Gr. *qua* etiam R. et G. *et reditura* pleraeque uulgatae. *quam reditura* G.

217. *prona ſenectus*, quae curua ceruice, capite demiſſo humum ſpectat, ut *prona animalia* Ouidius et Iuuenalis dixit. Eadem *curua ſenectus* Tibullo III, 5, 16, et Ouidio A. A. II, 670, *inclinata* Calpurnio V, 13.

218. *Terram, qua genita eſt*, caet.) Recepi et conſtitui lectionem, quam libri mſpti et editio Germ. ante Gauricum et Aſcenſ. exhibent. *quam reditura* recte dicitur pro *in* uel *ad quam reditura* eſt. Etenim cum uerbis *ire*, *redire*, *uenire*, *reuenire*, non ſolum nomina propria, ſed etiam appellatiua locorum, eorumque relatiua, caſu quarto ſine praepoſitione poëtae in primis conſtruunt, ut praecipue demonſtrauit Sanctius Mineru. lib. IV, cap. 16. Sic Virg. Aen. VI, 638: *Deuenere locos laetos*, *et amoena uireta*, caet. Idem Aen. VI, 696: *haec limina tendere adegit;* Ouid. Met. III, 462: *Verba refers aures non peruenientia noſtras;* Plautus Poen. III, 6, 4: *utinam hinc abierit malam crucem*; Apulei. Met. IX. p. 194: *larem reueni meum;* ibid. p. 199: *hortum redire.* Ergo et *terram redire* Maximianus dicere potuit, idque hoc magis, quod Latini etiam genitiuum *terrae* pro *in terra*, ut *humi*, ſubinde uſurparunt. Exemplum uidimus ad. u. 213, in loco Ouidii Am. III, 2, 25. et pluribus exemplis id firmat Drakenborch. ad Liu. V, 51, 9.

Fitque tripes, prorſus quadrupes, ut paruulus infans,

Et per ſordentem, flebile, repit humum.

Ortus

219) *Fit turpis prorſus* G. *prorſus quadrupeſque* dedit Bipont. neſcio quo duce. nam libri mei omnes copula *que* carent. *rurſus quadrupes* L. A. 220) *ſerpit hum.* omnes uulgatae. *repit* pro uariatione ponunt V. L. unum *repit* exhibet G. quod uerum puto. uid. not. *flebile* Pith. interpunctione diſtinguit, non male. probat idem Burmann. Anthol. Vol. I. p. 196.

219. *Fitque tripes, prorſus quadrupes.)* Reſpicit ad fabulam et aenigma Sphingis, ab Oedipo ſolutum, quod Auſonius in Gripho Idyl. XI, u. 38 ſeq. breuiter his uerbis complexus eſt: *Illa etiam thalamos per trina aenigmata quaerens, Qui bipes, et quadrupes foret, et tripes omnia ſolus, Terruit Aoniam uolucris, leo, uirgo, triformis Sphinx, uolucris pennis, pedibus fera, fronte puella.* Alluſit quoque Naſo, diuerſas aetates hominis deſcribens, Met. XV, 221: *Editus in lucem iacuit ſine uiribus infans: Mox quadrupes rituque tulit ſua membra ferarum*, caet. Qui de Sphinge eiuſque oraculo egerunt, ſcriptores ueteres recenſent Aug. van Staveren ad Hygin. fab. LXVII, et Heynius ad Apollodor. lib. III, cap. 5. § 8.

220. *Et per ſord. fl. repit humum)* Sic ſcribendum putaui ductu quorundam exemplarium uetuſtorum, licet impreſſi plerique habeant *ſerpit humum*. Nam de infantibus, de quibus hic ſermo, proprium eſt *repere* uel *reptare*. Claud. III. Conſ. Hon. u. 22: *Reptaſti per ſcuta puer.* Et pluribus hunc uſum demonſtratum uideas a Schradero in not. ad Auien. D. O. u. 894. Phraſin totam uſurpauit Horat. Epiſt. II, 1, 251: *nec ſermones ego mallem Repentes per humum.* Caeterum *ſerpere* et *repere* permutari ſolere notaui ad Auien. Or. mar. u. 577.

Ortus cuncta ſuos repetunt, matremque requirunt;
Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil.
Hinc eſt, quod baculo incumbens ruitura ſenectus
Aſſiduo pigram uerbere pulſat humum:
Et numeroſa mouens crebro ueſtigia paſſu,

Talia

221) *Ortus cuncta.* Hoc et ſequens diſtichon in Lun. mſpto. ponitur poſt uerſ. 234, ordine non meliore. 223) *incumbens cintura ſen.* G. 224) *Aſſidue* V. G. *tangit humum* L. 225) *certo ueſt.* uulgatae omnes. *crebro* MS. Pulm. *paſſu* uulgatae. *greſſu* L. *planta* R.

223. *Hinc eſt quod baculo incumbens)* Sic Claud. in Epigr. XXIX. de ſene Veronenſi, u. 3: *Qui baculo nitens, in qua reptauit arena,* h. e. qui eadem in humo, qua reptauit infans, etiam ſenex tripes factus eſt. Ad eum locum Barthius etiam uerſus Maximiani adducit. Calpurn. V, 13: *et baculum premat inclinata ſenectus.*

224. *uerbere pulſat humum*, quaſi qui fores domus pulſat, intromitti cupiens. quem morem ſignificant Horat. Serm. I, 1, 10. Ouid. Met. II, 767, et frequentiſſime Comici. Sic etiam, qui inferos ſub terram abditos, inuocabant, pede terram percutiebant, ut eſt apud Cicer. Tuſc. II, 25.

225. *Et numeroſa mouens)* Nec *numeroſa ueſtigia*, nec *certus paſſus* ſatis apte ſeni incedenti tribui uidentur. *numeroſa* enim proprie ſunt apte ad numerum et menſuram mota, ut *numeroſa uerbera* in Lucil. Aetn. u. 38; et *certus paſſus* eſt firmus et ualidus, ſenum autem uacillans et trepidus. Contra enim Seneca de Oedipo u. 656: *repit incertus uiae, Baculo ſenili triſte praetentans iter.* Malim igitur *numeroſa* accipere de multiplicatis paſſibus, quia cum minores gradus in eodem ſpatio facit, quam iuuenis, tum etiam plures, bacu-

Talia rugato creditur ore loqui:
Suſcipe me, genetrix, nati miſerere laborum,
Membra uelis gremio feſſa fouere tuo.
Horrent me pueri, nequeo uelut ante uideri:
Horrendos partus cur ſinis eſſe tuos?
Nil mihi cum ſuperis: expleui munera uitae:
Redde, precor, patrio mortua membra ſolo.
Quid miſeros uariis prodeſt ſuſpendere poenis?

Non

226) *rugoſo* R. *dicitur* pro *creditur* idem. *creditus* habet Bip. cum nonnullis aliis. *Talia non grato* L. 227) *o Genetrix* R. 228 et 229) in codice R. deſiderantur. 228) *Membra peto gr.* L. 231) *tempora uitae* L. 233) *extendere poenis* R.

baculo ante tentans, ubi inoffenſus inſiſtat. *certo* autem plane uelim eiicere, et *crebro paſſu* reponere, quod codex Pulm. habuit.

226. *rugato cred. ore)* Tibull. III, 5, 25: *Cum mea rugoſa pallebunt ora ſenecta.*

227. *Suſcipe me, genetrix)* Tertull. Apol. cap. 10: *Quis non coelum et terram matrem, ac patrem uenerationis et honoris gratia appellet.* Calpurn. VIII, 36: *Corporis et genetrix tellus. Matrem* Terram uulgo quidem, ſed falſo dici, quod poſt Deucalioneum diluuium cautes pepererint homines, pro ſcopo ſuo affirmat Columella cult. hort. u. 58. ſeqq.

229. *nequeo, uelut ante, uideri,* h. e. nequeo amplius talis uideri et apparere aliis, tam colendus et obſeruandus, qualis ante fui.

230. *Horrendos partus)* quales olim terrigenae gigantes, quos *Terrae partus* appellat Horat. C. III, 4, 74. Et ignobilis contemnendusque homo *terrae filius* prouerbio dicitur, *fraterculus gigantis* Iuuenali, IV, 98.

233. *ſuſpendere poenis,* interim cruciare, morari, diſtinere. Vid. u. 155.

Non eſt materni pectoris iſta pati.
His dictis trunco titubantes ſuſtinet artus,
Neglecti repetens ſtramina dura tori.
Quo poſtquam iacuit, miſero quid funere differt?
Heu tantum attriti corporis oſſa uides.
Cumque magis iaceam ſemper uiuamque iacendo,

Quis

234) *corporis iſta* R. Hic ſubiicitur in L. uerſus inſititius: *Quos quondam pulcros genuiſti pectore claro*, ſine pentametro. 237) *funere diſtat.* L. 238) *Heu niſi contracti corp.* L. *tantum attenti* Gr. *abſtracti* MS. Pulm. *attracti* G. melior lectio uulgata *attriti.* 239) *magis ſemper iaceat uiuatque* R.

235. *trunco titub. ſuſtinet artus.)* Sic Columbanus epiſt. ad Sethum u. 25: *Sic baculo nitens artus ſuſtentat inertes.* Virg. Aen. III, 659, de Polyphemo: *Trunca manu pinus regit et ueſtigia firmat.*

237. *miſero quid funere differt)* Ouid. ex Pont. II, 3, 3: *quid enim ſtatus hic a funere differt.*

238 *attriti*, attenuati uel emaciati corporis. Fere tamen admittere uelim codicis Pulm. lectionem *attracti.* nam certe ſimilia uerba de macie adhiberi ſolent. Ouid Her. XI, 27: *Fugerat ore color, macies adduxerat artus.* Manil. IV, 717: *Aſperior ſolidos Hiſpania contrahit artus.* Quando *attriti corporis oſſa* ſibi tribuit, *laruae* ſe ſimilem uult dicere, ſiue ſpeciem habere Laruarum, uel Lemurum, *nudis oſſibus cohaerentium*, ut explicat Seneca Epiſt. XXIV. Sic enim deſcribere ſenes capulares macie pallidos et exſuccos ſolebant. *Laruale ſimulacrum* appellat Appulei. Met I. p. 5. et lib. IV. p. 67. *buſti cadauer, uitae dedecus, Orci faſtidium.* Et plane appoſite auctor Eleg. de fort. uiciſſ. u. 129: *Sordibus et multo ſimilis ſqualore ſepultis, Vix inter uiuos larua uidenda uagor.*

Quis ſub uitali me putet eſſe loco?

Iam poena eſt totum quod uiuimus: urimur aeſtu,

Offi-

241) *quod uiximus* G.

240. *Quis ſub uitali me p. e. loco?)* Fateor me neque, *uitalis locus* quis ſit, neque, *ſub loco eſſe* qui dici poſſit, ſatis intelligere. Ferrem aliquatenus, ſi *ſub uitali polo* ſcriptum eſſet, nam *uitalem aëra* a Calpurnio, *uitalem naturam* a Rutilio dici memini, qua animantia uiuunt et ſpirant. Neque tamen haec ſententia aſſumta ſatis conueniret praecedentibus. Quae enim haec conſecutio: *Quia* mihi perpetuo iacendum in toro, et iacendo uiuendum eſt, nemo me putabit uitali ſub coelo eſſe. Ego hunc locum paullo acriore medicina ſanandum puto, ſed qua ei et ſenſum et elegantiam conciliem. Scribo: *Quis non uitali me putet eſſe toro*, aut *Quis me in uit. non p. e. t.* Nempe *uitalem lectum* aut *torum* boni ominis cauſſa ueteres dicebant feralem et funebrem, quo offerebantur cadauera, ſicut *uitalia* omnia inſtrumenta funebria pro *mortualibus*. Vid. Petron. cap. 42 et 77. et Seneca Epiſt. 99. Et Lactantius in Phoen. u. 90. eleganter hanc dictionem a nidum phoenicis, quo ſe cremat, traduxit: *Vitalique toro membra quieta locat.* Vid. annot. noſtr. ad h. l. Iam ſenſus hinc aptiſſimus enaſcitur: Quum ſemper iaceam in toro, uiuamque iacendo, quis non torum illum meum re uera uitalem eſſe putet, in quo uiuere quidem uidear, ſed tamen ut mortuus iaceam, proxime efferendus. *eſſe in toro* pro iacere, non uidetur inſolens, ſiquidem auctor elegiae ad Meſſalam u. 18. id uerbum ſic accepit: *patulae ſub tegmine quercus Moeris paſtores et Meliboeus erant*, i. e. iacebant, uel ſedebant.

Officiunt nebulae, frigus et aura nocent:
Ros laedit, modicoque etiam corrumpimur imbre:
Veris et autumni laedit amoena dies.
Hinc miſeros ſcabies, hinc tuſſis anhela fatigat:
Continuos gemitus aegra ſenectus habet.
Hos ſupereſſe rear, quibus et ſpirabilis aër,
Et

242) *Offendunt neb.* R. *aura nocent* V. R. G. *nocet* pleraeque uulgatae. 243) *Ros etiam laedit modicoque corrumpimur* (ſupra ſcript. *affligimur*) *imbre* V. *corrumpitur* Bipont. fortaſſe ex errore, nam omnes aliae *corrumpimur*. 245) *Hinc miſeros* Gr. R. L. G, quod praeferendum uidetur uulgatae *miſerum*. 247) *reor* V. R. *quibus eſt ſpir.* R. L. G.

245. *Hinc miſeros ſcabies*, caet.) Iuuenal. X, 218: *circumſilit agmine facto Morborum omne genus.* Et Seneca Epiſt. 108: *Senectus inſanabilis morbus eſt.*

246. *aegra ſenectus habet.)* Fruſtra Withofius p. 317. uitium correptae ſyllabae ultimae in *ſenectus* amoliri ab auctore, et in deſcriptorum incuriam transferre conatur. Nam extremae latinitatis poëtis talia ſunt communia. Nec quae pro emendatione ſubſtituit, *ruga ſenilis habet*, ui et ſenſu aequare reiectam lectionem uidentur. *Ad continuos gemitus* notari poſſunt ſimilia uerba Calpurnii, V, 12: *Adſpicis, ut nobis iam dudum mille querelas Adferat, et baculum premat inclinata ſenectus.* Columbanus l. c. n. 26: *Quid triſtes memorem gemitus, quid taedia mentis.*

247. *ſpirabilis aër*, i. e. uitalis, quo ſpiramus et uiuimus, quomodo appellat Calpurn. VIII, 36. Virgilius Aen. III, 600, dicit *coeli ſpirabile lumen*, eodem ſenſu, quia *lumen* pro aëre, uel aura.

Et lux, qua regimur, redditur ipſa grauis?
Ipſe etiam, cunctis requies gratiſſima, ſomnus
  Auolat, et fera uix mihi nocte redit.
Vel ſi laſſatos unquam dignabitur artus,
  Turbidus heu! quantis horret imaginibus?
Mollia fulcra tori duris ſunt cautibus aequa:

Par-

249) *Ipſa etiam* A. Pi. Bipont. *Ipſe* V. R. L. G. B. O. quod etiam uult Withofius p. 318. 250) *Abuolat* G. B. Pu. Pi. O. *Auolat* V. R. Gr. Bip. *et ſana* L. a. m. ſec. 251) *laſſatos nunquam* A. B. Pi. Bip. *unquam* G. O quod tenendum. 252) *Turpibus in quantis* G. *Turb. in quantis* B. Pi. O. Bip. *heu quantis* V. Gr. L. 253) *cotibus aequa* B Pi. O. Bip. *cautibus* V. R. Gr. G. quae corrupte praefert *euntibus*.

248 *Et lux, qua regimur*, qua efficitur, ut uideamus, ſentiamus, agamus, moueamur.

249. *requies gratiſſima ſomnus)* Ouid. Met. XI, 623: *Somne, quies rerum, placidiſſime Somne Deorum, Pax animi, quem cura fugit.* Idem ex Pont. I, 2, 43: *requies medicinaque publica curae, Somnus.* Seneca Herc. fur. u. 1068: *Tuque o domitor Somne malorum, requies animi, Pars humanae melior uitae.*

250. *Auolat*, deſerit me. Alatum fingi Somnum a poëtis, in uulgus notum eſt. Multis poëtarum locis congeſtis hoc illuſtrauit Broukhuſius, et alia ſuper ea re erudite monuit Heynius V. C. ad uerſum Tibulli, II, 1, 90: *Poſtque uenit tacitus fuſcis circumdatus alis Somnus, et incerto ſomnia uana pede.*

252 *horret imaginibus.)* Ouid. ex Pont. I, 2, 45: *Somnia me terrent, ueros imitantia caſus, Et uigilant ſenſus in mea damna mei.* Tibul. III, 4, 55: *Et quum te fuſco ſomnus uelauit amictu, Vanum nocturnis fallit imaginibus.* Claud. R. P. III, 124: *Somnia ſaepe mouent uariis infauſta figuris.*

Parua licet, magnum pallia pondus habent.
Cogor per mediam turbatus ſurgere noctem,
Multaque, ne patiar deteriora, pati.
Vincimur infirmi defectu corporis, et qua
Noluerim, infelix hac ego parte trahor.
Omnia naturae ſoluuntur uiſcera noſtrae,
Et tam praeclarum quam male nutat opus!
His ueniens onerata malis incurua ſenectus,
Cedere ponderibus ſe docet ipſa ſuis.

Ergo

256) *ne uidear deter.* G. 257) *Viuimus inf. defectum* R. uitioſe. *in firmi* O. 258) *Nos* et a. m. ſec. *nox uero, inf.* V. uitioſe. *Noluerim* G. et hoc praeferendum uidetur uulgatae *Noluero*. 264) *Et tam pr. quod male mutat op.* B. Pi. O. Forte *Eſt tam* coniicit Pulm. *Heu tam praecl.* R. *quam male mutat opus* R. V. *quam male mittit* G. corrupte pro *nutat. quod malum nutat* L. Ex his colligimus legendum eſſe *quam male nutat opus*. 261) *inopina ſenectus* A. B. Pi. O. Bip. ſed *incurua ſen.* V. Gr. L. G. quod ſine dubio rectius aptiuſque eſt. 262) *Sidere ponderibus* Gr. non male. ſed uid. u. 274.

254. *magnum pallia pondus habent.)* Ab Ouidio ſumſit, qui Her. XXI, 170: *At mihi, uae! miſerae, torrentur febribus artus, Et grauius iuſto pallia pondus habent.*

259. *Omnia naturae)* Conf. ſupra u. 165, ubi eadem dixit.

262. *Cedere ponderibus ſe d. ipſa ſuis)* Videtur auctor imagine uti labantis et in ruinam ſuam incumbentis domus, quam luculentius exponit Ouid. Triſt. II, 183 ſeq.: *Cum coepit quaſſata domus ſubſidere; partes In proclinatas omne recumbit onus: Cunctaque Fortuna rimam faciente dehiſcunt: Ipſa ſuo quondam pondere tecta ruunt.*

Ergo quis has cupiat per longum ducere poenas?
  Paullatimque anima deficiente mori?
Morte mori melius, quam uitam ducere mortis,
  Et ſenſus membris ſic ſepelire ſuis.
Non queror, heu! longi quod totum ſoluitis anni,
  Improba naturae dicere iuſſa nefas.
Deficiunt ualidi longaeuo tempore tauri:
  Et quondam pulcher, fit modo turpis equus.

Fracta

263) *Ergo quis cupiat*, omiſſo *has*, R. 264) *animo defic.* V. 266) *quam ſepelire* L. a man. ſec. *Quod ſenſus menti ſic ſepelire ſue.* G. 268) *dicere iure nefas.* Pi. *dicere iura* B. O. Bip. *dicere iuſſa* G. *diſcere iuſſa* V. Gr. Placet *iuſſa.* 270) *fit modo turpis equus* L. V. R. Gr. G. *qui modo turpis* B. Pi. O. Bip.

265. *Morte mori*, i. e. prorſus penituſque mori, quomodo alias *occiſione occidere* et *internecione delere* dicitur. *uitam ducere mortis*, h. e. aegre miſereque uiuendo lentam ſuſtinere mortem, uitam trahere inſtar mortis protractae. Sic Ouid. ex Pont. II, 3, 42: *Inſtar et hanc uitam mortis habere puta.* Et Seneca Herc. Oet. u. 105: *Mortis habet uices, Lente cum trahitur uita gementibus.* Neſcio an reſpexerit illud Aeſchyli, Prom. uinct. u. 749: κρεῖσσον γὰρ εἰσάπαξ θανεῖν, Ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.

266. *ſenſus membris ſ. ſepelire ſ.)* h. e. ſenſus fere extinctos atque obrutos corporis ſui membris habere.

269. *Deficiunt ualidi)* Ouid. ex Pont. I, 4, 11: *Cernis, ut in duris, et quid boue firmius? aruis Fortia taurorum corpora frangat opus.*

Fracta diu rabidi compeſcitur ira leonis:
  Lentaque per ſenium Caſpia tigris erit.
Ipſa etiam ueniens conſumit ſaxa uetuſtas:
  Et nullum eſt quod non tempore cedat opus.
Sed mihi uenturos melius praeuertere caſus,

Atquo

271) *rapidi* V. Gr. L. G. O. caeteri melius *rabidi*. *Fracta die* emendat Ommerenus. 272) *caſpida tigris erat* G. 273) *conſumit* V. R. Gr. G. caeteri *conſumet*.

271. *Fracta diu rabidi)* Cl. Ommerenus coniicit *die*, et probat locis Virgilii Aen. IX, 8: *Turne, quod optanti Diuum promittere nemo Auderet, uoluenda dies en! attulit ultro.* Cic. ad diuerſ. lib. I, 6, 1: *et ipſa dies, quae debilitat cogitationes inimicorum;* et lib. VII, 28, 6: *Sed etiam dies, quae ſtultis quoque mederi ſolet.* Cortius ad haec loca monet, *diem* eſſe longum tempus. Et interdum diſerte *longa* additur, quod noſter El. II, 17, et in primis facit Tibullus lib. I, 4, 17, ed. Heyn.: *Longa dies homini docuit parere leones, Longa dies molli ſaxa peredit aqua.* Qui locus quia ita ſimilis noſtro eſt, ut Maximianus eum reſpexiſſe uideatur, hinc etiam probare uidetur, ſcriptum ab eo eſſe *Fracta die rabidi.*

272. *Caſpia tigris.* Sic appellat Maximianus, ut alii poëtae tigres Armenias aut Hyrcanas, quod idem eſt. Virg. Ecl. V, 29, et Aen. IV, 367. Ouid. Met. VIII, 121. Et *feram Caſpiam* dicit Seneca Herc. Oet. 145.

273. *conſumit ſaxa uetuſtas)* Imitatus eſt Ouidium ex Pont. IV, 8, 49: *Tabida conſumit ferrum lapidemque uetuſtas; Nullaque res maius tempore robur habet.*

275. *melius praeuertere caſus*, h. e. melius mihi eſt, obire ante, quam plures acerbioreſque caſus eueniant, mihi ſubeundi. Ad hanc ſententiam Lucanus VIII, 29: *niſi ſumma dies cum fine bonorum Affuit,*

Atque infelices anticipare dies.
Poena minor, certam ſubito perferre ruinam,
Quod timeas, grauius, ſuſtinuiſſe diu.
At, quos fert alios, quis poſſit dicere caſus?
Hoc quoque difficile eſt commemoraſſe ſeni.
Iurgia, contemtus, uiolentaque damna ſequuntur,
Nec

277) *proferre ruinam* G. male. 278) *Quod timeam* L. *Quam timeas* G. 281) *uiolentia damna* L. *uiolataque damna* V. Gr. G. caeteri *uiolentaque*.

fuit, et celeri praeuertit triſtia leto, Dedecori eſt fortuna prior. Atque hoc inter calamitates longae ſenectutis recenſet Iuuenalis X, 243 ſeqq. quod illi uidenda experiendaque ſint multa triſtiſſimaque domus et fortunae ſuae detrimenta, quae ſatius fuiſſet non uidiſſe.

276. *anticipare dies,* praeueniendo auertere, ſuperare. Sic *anticipare uiam* Ouidio Met. III, 234, eſt celerius et maturius abſoluere: *ſed per compendia montis Anticipata uia eſt.* Seuerus Sanctus carm. buc. u. 27: *Cur non anticipans, quae metuenda ſunt, Admoſti medicas manus.*

277. *certam ſubito perferre ruinam.)* In hanc ſententiam Ouid. ex Pont III, 7, 27: *Mitius ille perit, ſubita qui mergitur unda; Quam ſua qui tumidis brachia laſſet aquis.*

278 *grauius ſuſtinuiſſe diu)* diu eius metum ferre, quod ſemel metuendum eſt. Aliter hoc eloquitur Seneca Troad. 869: *Optanda mors eſt, ſine metu mortis mori*, h. e. repentina mors, quae ante contingat, quam metueris, optanda maxime eſt. Qualem mortem optabant ſibi Caeſares, pater et nepos, teſte Suetonio, Iul. c. 87, et Aug. 99.

281. *Iurgia, contemtus.)* Inter praecipuas ſenum querelas eſt, quod ſe contemtui

Nec quiſquam ex tantis praebet amicus opem.
Ipſi me pueri, atque ipſae ſine lite puellae,
Turpe putant dominum iam uocitare ſuum.
Irrident greſſus, irrident denique uultus,
Et tremulum, quondam quod timuere, caput.
Cumque nihil uideam, tamen hoc ſpectare li-
cebit,
Vt grauior miſero poena ſit iſta mihi.
Felix, qui meruit tranquillam ducere uitam,
Et laetos ſtabili claudere fine dies.

Dura

283) *pueri et iuuenes* L. *pueri atque ſine lite puel.* hiante metro, G. 284) *me uocitare* L. G. caeteri *iam uocitare.* 285) *denique uultus* L. G. caeteri *uultum.* Illud praefero, quia eodem plurali utebatur ſupra u. 94. 287) *Quumque nihil* A. O. 288) *Et* (uel *ut*) *miſero grauior* V. caeteri, ut edidimus. 290) *Et laeto* uel *lecto ſtabiles*, uel *laetos ſtabili*, utrumque proponit V. *leto inſtabiles* R. *laeto ſtabiles* Gr. G. caeteri *laetos ſtabili.*

temtui eſſe aliis, praeſertim iunioribus, putant. Cic. Cat. c. 3, de Salinatore et Albino refert: *Deplorare ſolebant* (ſenectutem) *tum quod uoluptatibus carerent, tum quod ſpernerentur ab iis, a quibus eſſent coli ſoliti.*

282. *ex tantis*, et tot amicis.

285. *irridént denique uultus, Et tremulum caput*) Grauiter haec deſcribit Iuuenalis X, 191: *deformem ante omnia uultum, Diſſimilemque ſui --- cum uoce trementia labra Et iam laeue caput.* Catullus carm. LXI, 161: *Vſque dum tremulum mouens Cana tempus anilitas Omnia omnibus annuit.* Claudii Imp. *caput maxime tremulum* in primis deriſui fuiſſe, intelligitur ex Iuuen. VI, 621. et Suet. Claud. c. 30.

290. *ſtabili fine*, certo, nec diu dubio et metuendo.

Dura ſatis miſeris memoratio priſca bonorum,
Et grauius ſummo culmine miſſa ruunt.

ELEG. II.

En dilecta mihi nimium formoſa Lycoris,
Cum qua mens eadem, res fuit una mihi,
Poſt multos, quibus indiuiſi uiximus, annos
Reſpuit amplexus heu! ſtupefacta meos;

Iam-

291) *priſca laborum* L. 292) *magna ruunt* V. Gr. *merſa ruunt* L. G. caeteri *miſſa ruunt*.

1) *multum formoſa* V. Gr. *liquoris* uitioſe pro Lycoris. R. L. G. 2) *res eadem, mens fuit una*. P. ed. 3) *indiuiſim* L. 4) *Reſpicit amplexus haec ſtup.* G. *pauefacta* V. L. P.

291. *ſummo culmine miſſa ruunt*, nempe de culmine fortunae deiecta, ut Claud. Prol. ad lib. I. in Eutr. u. 5: *Culmine deiectum uitae fortuna priori Reddidit.* Qui rebus ante proſperrimis laetiſſimiſque uſi ſunt, quum ſubito caſu affliguntur, grauius multo, quam alii ruunt. Et reſpexiſſe omnino auctor uidetur hanc ſententiam Claudiani, in Ruf. I, 21: *iam non ad culmina rerum Iniuſtos creuiſſe queror: tolluntur in altum Vt lapſu grauiore ruant.*

2. *res fuit una mihi*, rei familiaris et bonorum communio. quomodo intelligitur in illa formula diuortii: *Res tuas tibi habeto.*

3. *indiuiſi uiximus*) Ouid. ex Pont. III, 4, 69: *Magnaque pars animae mecum uixiſtis amici.* Appuleius in Apolog. p. 308. Elmenh.: *qui indiuiduo contubernio mecum uixit.*

4. *ſtupefacta*, ſubito ita mutata, quaſi erepto omni ſenſu et amore mei. Vid. El. I, 126.

Iamque alios iuuenes, alioſque requirit amores:
Me uocat imbellem, decrepitumque ſenem:
Nec meminiſſe ualet tranſactae dulcia uitae,
Nec, quod me potius reddidit ipſa ſenem.
Immo etiam cauſſas ingrata ac prrfida fingit,
Vt ſpretus uitio iudicer eſſe meo.
Haec me praeteriens cum dudum forte uideret,
Exſpuit, obductis ueſtibus ora tegens.

Hunc,

7) *meminiſſe uolet* habetur in uulgatis. pro eo *ſolet* eleganter coniicit Ommerenus. *gaudia uitae* pro *dulcia* V. Gr. quod gloſſema eſſe uidetur. Ita tamen mutauit olim, obſeruante Ommereno, Abb. Columbanus Epiſt. ad Sethum, u. 31: *Quid meminiſſe iuuat tranſactae gaudia uitae.* 8) *Sed quod* R. 10) *Vt ſpretum uitio iudicet eſſe meo.* L. P. *ſpretus u. indicit* uitioſe G. 11) *Hic me praet.* G.

7. *meminiſſe uolet.)* Faueo quidem coniecturae Ommereni, *ſolet* reponentis, quia praeceſſit *reſpuit*, *requirit*, *uocat*, et ſequitur *fingit.* ſed hanc ipſam ob cauſſam ego malui *ualet* ſcribere, quod ſimilius eſt τῷ *uolet*, et apte reſpondet τῷ *ſtupefacta*, quod dixit u. 4. Ita ſcilicet ſtupefacta eſt, ut ne ualeat quidem meminiſſe caet. *dulcia uitae* eo ſenſu dixit, quo uſurpat Dido apud Virg. Aen. IV, 318: *Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam Dulce meum.*

8. *quod me reddidit ipſa ſenem)* Commode huc refert Ommerenus ſimilem locum Catulli XI, 21: *Nec meum reſpectet, ut ante, amorem, Qui illius culpa cecidit; uelut prati Vltimi flos, praetereunte poſtquam Tactus aratro eſt.*

12. *Exſpuit*, ad ſignificandum contemtum, uel quaſi ad auertendum portentum, quod idem ſeni inepto

Hunc, inquit, dilexi, hic me complexus amauit?
Huic ego ſaepe, nefas! oſcula blanda dedi?
Nauſeat, et priſcum uomitu ceu fundat amarem,
Imponit capiti plurima dira meo.

Heu!

13) *Hunc ego dilexi, meque hic compl. am.* Baſ. P. O. *Hunc, inquit, dilexi, hic me.* V. Gr. *hic me* etiam R. Haec lectio elegantior ſuperiore, quia etiam ſequitur *Huic ego.* *Hunc inquit dilexi, complexus eius amaui.* G. 14) *oſcula multa dedi.* V. Gr. G. 15) *fundit* L. *uomitu diffundit.* G. 16) *plurima probra* G.

inepto euenire dicit Tibull. I, 2, 95. Heyn.: *Hunc puer, hunc iuuenis turba circumterit arta; Deſpuit in molles et ſibi quiſque ſinus.* *Veſtibus ora tegens*, pudoris uel indignationis ſignum. Ouid. Met. X, 421: *pudibundaque ueſtibus ora Texit* e auctor Ceiris u. 342: *Paulatim tremebunda genis obducere ueſtem.*

15. *uomitu ceu fundat amorem.)* Faſtidium et contemtum ſuum ſimulata nauſea ſignificat, quae eſt ſtomachi concitatio ad uomitum. unde *fluentem nauſeam* dicit Horat Epod. IX, 35. Quae autem hac nauſea reddit Lycoris, ſunt conuicia, probra et dirae, quas uerſu in minore dicit, quaeque alias Latinis *euomi* dicuntur.

16 *Inponit capiti pl dira m)* Appuleius, ad finem Florid. VII: *An non ſummam contumeliam uobis imponit, qui uos arbitratur maledictis optimi cuiuſque gaudere.* *caput* pro ipſa perſona, uita, ſalute. Ouid. Her. XX, 127: *In caput haec noſtrum dominae periuria, quaeſo, Eueniant* Tibull I, 2, 12: *Et, mala ſi qua tibi dixit dementia noſtra, Ignoſcas; capiti ſint precor illa meo.*

Heu! quid longa dies nunc affert? ut ſibi quiſquam
  Quondam dilectum prodere turpe putet?
Nonne fuit melius tali me tempore fungi,
  Quo nulli merito deſpiciendus eram;
Quam, poſtquam periit quidquid fuit ante decoris,
  Exſtinctum meritis uiuere criminibus?
Iam nihil eſt totum quod uiximus: omnia ſecum
Tem-

17) *En quid* V. Gr. L. *nunc aufert.* V. R. G. *quod ſibi* et uerſu ſeq. *putat.* R. *ut* uel *nec ſibi* a manu ſec. et u. ſeq. *uiuere turpe putat.* L. ſed ſcriptor libri L. *uiuere* poſuiſſe uidetur, quod τὸ *prodere* falſo interpretabatur. 20) *Quo merito nullum decutiendus eram.* G. nullo ſenſu. 21) *Sed poſtquam.* V. Gr. Sed haec lectio connexionem et conſecutionem ſententiarum tollit. 23) *omnia fecit* V. Gr. ſed hoc corruptum ex uoce *ſecum* male lecta.

17. *Heu quid longa dies*) Heu! quidnam illud, et quam mirum eſt, quod longa aetas affert, ut quiſquam alium olim ſibi probatum atque dilectum, iam turpe putet, id confiteri. *prodere* enim hoc loco eſt fateri. E recepta quidem melioribus ſcribendi ratione dicendum erat *quod ſibi quiſquam* --- *turpe putat*, idque ipſum propterea poſuiſſe uidetur cod. R. ſed τὸ *ut* pro *quod* ſaepe uſurpari a ſequioris aeui ſcriptoribus, monui Excurſ. VI. ad Calpurn. Tom. II. pag. 328. Similis Ouidii querela de uxore eſt Triſt. IV, 3, 51: *Me miſerum, ſi turpe putas mihi nupta uideri! Me miſerum, ſi te iam pudet eſſe meum.*

23. *Iam nihil eſt totum quod uiximus)* Nihil mihi prodeſt, uel in caſſum cecidit omne illud, quod adhuc uiuendo egi, merui, conſecutus ſum.

Tempus praeteriens, horaque ſumma trahit.
Atque ea, dum niuei circumdant tempora cani,
Et iam caeruleus inficit ora color,
Reſtat adhuc, nimiumque ſibi ſpecioſa uidetur,
Atque annos mecum deſpicit illa ſuos.

Et

25) *Atque equidem niuei* V. Gr. G. *Atque eadem* R. *Et quamuis.* P. Reliquae uulgatae habent *At mea iam niuei.* Quae ſi de canitie Maximiani intelligantur, parum dicere uidentur pro ea deformitate, quam ſibi hactenus tribuit, parumque reſpondent praecedentibus dictis. At uarietates lectionis, hoc in uerſu reperiundae, ulcus ſubeſſe ſignificant, et potius auctori ſermonem eſſe de incipiente canitie Lycoridis, ut dicat: Quamuis ipſius Lycoridis tempora iam cani circumdent, Reſtat tamen illa ſpecioſa, et ſibi talis eſſe uidetur caet. Hinc malo ſcribere cum Pulm. *Et quamuis niuei*, uel ex R. corrigere *Atque ea*, (ſcil. Lycoris) *dum niuei.* 26) *conficit ora* V. Gr. ſed hoc minus aptum loco, et aſſumtum a librariis, ut ultimam breuem in *coeruleus* ex metri lege longam efficerent. qua tamen cura non opus erat. 27) *Praeſtat adhuc* omnes ſcripti et excuſi, una excepta G. quae *Reſtat* exhibet. quod praeferendum alteri duco, ut ſententiae aptius. *ſibi formoſa* Gr. 28) *Deſpicit ipſa ſuos.* V. et G.

25. *Atque ea, dum niuei) Atque ea* Lycoris, *dum canis* per tempora ſparſis et *coeruleo* uultus *colore* ſigna prodit incipientis ſenectutis, *Reſtat adhuc ſpecioſa.* Poſſis etiam legere *At mea* ſc. Lycoris. Diſerte auctor infra u. 53. Lycoridi canitiem tribuit.

26. *coeruleus inf. ora color)* Supra El. I, 134: *nunc inficit ora Pallor et exſanguis funereuſque color.*

27. *Reſtat adhuc*, i. e. ſupereſt adhuc et remanet ſpecioſa, talisque ſibi uidetur, quaſi quae reſiſtere aetati uenienti potuerit.

28. *annos deſpicit illa ſuos.* nihil curat, quot annos habeat, dum forma maneat.

Et fateor, primae retinet monumenta figurae,
Atque inter cineres condita flamma manet.
Vt uideo, pulchris etiam uos parcitis anni;
Nec ueteris formae gratia tota perit.
Relliquiis ueterum iuuenes paſcuntur amorum,
Et ſi quid nunc eſt, quod fuit ante, placet.
Ante oculos ſtatuunt primaeui temporis actus,
Atque in praeteritum luxuriantur opus.

Sed

29) *Prima* habet Pi. 31) *Vt uideor.* V. R. *nos parcimus annis* G. *uos parcitis annis.* Amſt. Bip. cum nonnullis aliis. ſed *uos particis anni.* A. Pu. Pi. Baſ. O. quod rectum eſt. Sic enim noſter et ſupra El. I, 267: *Non queror, heu! longi quod totum ſoluitis anni.* Withofius uſum hunc Maximiani non obſeruauit, ſimulque uitioſa lectione *annis* deceptus eſt, quum Encaen. crit. p. 320. hunc uerſum ita correxit: *Di, uideo, pulchris etiam uos parcitis annis.* 34) *Sed ſi quid.* Baſ. Pi. O. Bip. et aliae. *Et ſi quid* Gr. G. P. Et hoc uolunt Withofius et Ommerenus, omnino recte. *ſi quid nunc eſt, quod fuit ante, placet*, ſic diſtinguunt B. Pi. Bip. et pleraeque aliae, ſed *quod, fuit ante, placet.* A. O. Mihi paullo impeditior haec diſpunctio uidetur. praefero ſuperiorem. Nempe, ſi quid nunc eſt, id placet propterea, quod fuit ante.

30. ***Atque inter cineres cond. fl. man***) Manet adhuc in ſeneſcente corpore decor ille e iuuenilibus annis reſiduus, qui excitare adeo flammas amoris queat. In hunc ipſum modum Horatius C. IV, 13. extr. pulchritudinem amabilem aetate conſumtam uocat *Dilapſam in cineres facem.* Quum oden adeo Maximianus ante oculos habuiſſe uidetur, ſiquidem in eius principio idem de Lyce Flaccus dicit, quod noſter praecedente uerſu de Lycoride: *fis anus, et tamen Vis formoſa uideri.*

36. ***in praeteritum luxuriantur opus***, h. e libidinoſe appetunt opus, uel rem,

Sed quia nos totus membrorum deſerit uſus,
  Nullos amplexus, quos remoretur, habet.
Sed miſeris ſolus ſupereſt poſt omnia luctus:
  Quot bona tunc habui, tot modo damna fleo.

Ergo

37) *Et quia* pleraeque uulgatae. *Sed quia* V. Gr. G. *At quia* uolunt Withoſius et Ommerenus, quod idem eſt. 38) *Nullos amplexus, quos rem. habet.* Pi. Bip. et aliae uulgatae. *quis remoretur* uult Ommerenus. *quos memoretur* A. B. O. *Nullus amplexus, quod memor. habet.* L. *Nullus ad amplexum, quod memoretur, habet.* V. P. Gr. *Nullus ad implexum quod memor etas habet.* G. Difficile eſt, in tam uaria conſtitutione uerſus, quae in libris eſt, reperire, quid uerum ſit. Suſpicor tantum ſcriptum ab auctore eſſe, quod plures mſpti ſignificant: *Nullus, ad amplexus quod remoretur, habet*, h. e. non habet, quod remoretur, teneat puellam, ad amplexus iungendos. 39) *Sed ſolis miſeris.* L. *ſupereſt ſuper omnia.* G. 40) *tot modo damna fleo.* Poſt hunc uerſum cod. Lun. hoc diſtichon inſerit: *Omnia nemo poteſt, non omnes omnia poſſunt Efficere, hoc uincit femina iuncta uiro.* Idem exhibent reliqui Mſti, quos habeo, cumque iis antiqua ed. Germ. qui tamen in principio rectius ſcribere uidentur *Omnia nemo pati, non omnes* caet. nonnullis aliis mutatis. Sed apparet, inſitios hos eſſe uerſus, et parum attinere ad contextum. Nec ulla impreſſorum librorum, poſt Aſcenſianam, editio eos recepit.

rem, quae quia defecit iam, pro praeterita habenda eſt. Luxus, luxuria, luxuriari ſerioris aetatis ſcriptoribus de libidine, amoribus et ſtupris adhibetur, ſicut a noſtro rurſus infra u. 69. Et ante Maximianum Aurelius Victor in Epitome, de Licinio agens, *luxum Venereum* dixit. Quamquam Martialis ſic iam uſurpaſſe uidetur, III, 69: *nihil eſt te ſanctius uno: At mea luxuria pagina nulla uacat.* Plura autem exempla Cangius dabit in Gloſſario.

Ergo uelut pecudum praeſentia ſola manebunt?
  Nil de tranſactis, quod memoretur, erit?
Cum fugiant et bruta nouos animalia campos,
  Ac repetant celeres paſcua nota greges.
Sub qua decubuit requieſcens, diligit umbram
  Taurus, et amiſſum quaerit ouile pecus:

Dum

43) *Cum fugiunt*, et u. ſeq. *Ac repetunt*. V. Gr. *Vt fugiunt, ut repetunt* R. *Confugiunt* L. et G. Atque ii omnes in uerſibus ſequentibus indicatiuos continuant, *repetunt*, *diligit*, *quaerit*, *cantat*, *Fitque*. Impreſſi contra perpetuis ſubiunctiuis utuntur, *Cum fugiant*, *repetant*, *diligat*, *quaerat*, *Sitque*. Ego de hac diuerſitate ſic iudico, quum in principio uerſus 43 uix aliter legi queat, quam *Cum fugiant*, atque hoc diſticho generaliter animalia et greges nominentur, etiam in minore uerſu ſcribendum eſſe *Ac repetant*. Sed in duobus diſtichis ſequentibus, ubi auctor ad exempla et ſpecies animalium progreditur, conuertenda uidetur oratio, ut directa ſiat, et indicatiui ponantur, quemadmodum in mſptis ueteribus fit. 45) *Sub qua concubuit*, uel *ſuccubuit*. V. *corrubuit* Gr. *requieſcere diligit umbra*. V.

41. *Ergo*, quae *praeſentia*, uel in praeſenti, habemus, *ſola manebunt*, haerebunt in animis, memorabuntur, *uelut pecudum*, quaſi pecudes ſimus, quae nihil de praeterito meminerunt, tantum quod ante pedes eſt, uident et appetunt. Pariter Claudianus in Eutr. II, 50, homines uitiis deditos futura negligere dicit, praeſentibus frui: *Sed quam coecus ineſt uitiis amor! omne futurum Deſpicitur, ſuadentque breuem praeſentia fructum.*

45. *Sub qua decubuit requieſcens)* Sic Calpurn. III, 15: *illic requieſcere noſter Taurus amat, gelidaque iacet ſpatiatus in umbra.*

46. *quaerit ouile pecus.* nempe oues proprie pecus. Auienus D O. 306: *multo ſonuere per agros Balatu pecudes*. et pluribus locis.

Dulcius in ſolitis cantat philomela rubetis,
  Fitque ſuum rapidis dulce cubile feris.
Tu tantum bene nota tibi, atque experta relinquis
  Hoſpitia, et potius non manifeſta petis.
Nonne placet melius certis confidere rebus?
  Euentus uarios res noua ſemper habet.
Sum grandaeuus ego, nec tu minus alba capillis,
  Par aetas animos conciliare ſolet.
Si modo non poſſum, quondam potuiſſe memento:
  Sit ſatis, ut placeam, me placuiſſe prius.
Permanet inualidis reuerentia priſca colonis,

Quod

49) *Tu tamen bene nota.* ſic nonnullae uulgatae. *Tu tamen et bene.* Bip. Sed Withoſius p. 321. contendit ſcribendum eſſe *Tu tantum*, idque omnes excuſi, qui apud me ſunt, habent. *Tu tantum bene cuncta nota atque experta relinquis* G. mendoſe. 53) *tu non minus alba capillis.* G. 54) *conſociare ſolet.* R. 57) *Permanet inualidis* coniunctim pro *in ualidis*, quod in uulgatis eſt, legendum eſſe ſtatuit Ommerenus, quod probo. Idem in uerſu ſeq. ita interpungendum eſſe cenſet, uti fecimus.

47. *in ſolitis cantat philomela rub.)* Similem ſententiam de philomela et feris, adſuetos ſaltus et cubilia amantibus, habes apud Ouid. ex Pont. I, 3, 39 ſeq. unde forte deprompſit ſua Maximianus: *Cum bene ſit clauſae cauea Pandione natae, Nititur in ſiluas illa redire ſuas: Adſuetos tauri ſaltus, adſueta leones (Nec feritas illos impedit) antra petunt.*

50. *non manifeſta petis.* ea petis, quorum tibi nondum explorata eſt conditio.

57. *inualidis reuerentia priſca col.)* Ouid. Faſt. V,

Quod fuit, in uetulo milite miles amat.
Ruſticus expertum deflet ceſſaſſe iuuencum:
Cum quo conſenuit, uictor honorat equum
Nec me adeo primis ſpoliauit floribus aetas:

En

59) *cecidiſſe iuuencum* V. L. P. G. quod probat Vlitius ad Grat. u. 9. uulgatae habent *ceſſiſſe*, pro quo *ceſſaſſe* legi iubet Burm. Anthol. Vol. I. p. 733. 60) *Cum quo conſueuit.* R. L. G. *uictor honorat.* V. R. Gr. L. G. quod melius eſt, quam *miles*, quod eſt in uulgatis. Idem probat Burm. l. c. 61) *Non me adeo.* R. G.

57: *Magna fuit quondam capitis reuerentia cani, Inque ſuo pretio ruga ſenilis erat*

59 *deflet ceſſaſſe iuuencum*, ſenio confectum iam imparem eſſe operi ruſtico, et arare deſiiſſe. Claud. de. R. P I, 197: *ceſſante iuuenco Ditior oblatas mirabitur incola meſſes.* Et *ceſſata arua* dicuntur Ouidio Faſt. V, 617, quae coli deſierunt.

60. *Cum quo conſenuit uictor hon. eq.)* Victor, qui cum equo eo in ludis Olympicis uel Circenſibus uicit; *honorat*, ut bene meritum, concedenda quiete, et praebendis alimentis. Celebratus eſt uerſus Ennii apud Cicer. de Sen c. 5: *Sicut fortis equus, ſpatio qui ſaepe ſupremo Vicit Olympia, nunc ſenio confectu quieſcit.* Horatius Epiſt. I, 1, 8, *ſeneſcentem equum* eſſe *ſoluendum* ait. conf. Ouid. Triſt. IV, 8, 20 Subinde ſolebant equos bene meritos omni opere humano exſoluere, ſacrare alicui Deo, et dimittere ſine cuſtode in arua et paſcua. Vid. Suet. Iul. c. 81. Ouid. Am. II, 9, 20. Talis mihi uidetur *Victor equus* apud Virg. G III, 499, qui dum uagus et liber errat in campis, morbo correptus *Labitur infelix, ſtudiorum atque immemor herbae.* Maxime uero honores equis bene meritis habitos teſtantur tumuli iis facti et epitaphia poſita, de quibus fortaſſe alio loco et tempore.

En facio uerſus, et mea facta cano.
Sit grauitas, ſitque ipſa tibi ueneranda ſenectus:
Sit, quod te noſti uiuere uelle diu.
Quis ſuam in alterius condemnet crimine uitam?
Et quo pertendit, claudere certet iter?
Dicere ſi fratrem, ſeu dedignaris amicum,
Dic patrem, affectum nomen utrumque tenet.
Vin-

62) *mea dicta cano* uulgatae omnes, quas habeo. *mea facta* V. Gr L P. quod praefero. 64) *quod denoſti* uitioſe habent plures uulgatae, ipſaque Bip. *te noſti* L. A. B. Pu. Pi. rel. idque ipſum corrigit Withofius p. 322. *quod me noſti* G. male. 65) *Quiſnam in alt.* V. Gr. *Quiſque ſuam — condemnat.* L. *Quis ſuam alterius contemptus crim.* R. *Quis in alterius* G. Burmannus Anthol. Vol. I. p. 46. e codicis Voſſ. uerbo *Quiſnam*, uoculis tranſpoſitis, legendum cenſet *Nam quis in alterius*, ſed male, Nam *Quiſnam* e uera lectione, quae in uulgatis extat, *Quis ſuam* corruptum eſt, et *ſuam* ad ſenſum neceſſarium eſt. 66) *Et quod pertendit.* V. Gr. *Et quo pertendit.* Baſ. *Et per quod tendit* L. caeteri habent *Et quo praetendit. tendit iter* pro *certet*, L. *claudere curet* V.

65. *Quis ſuam in alterius* caet. h. e. Quis tam demens eſt, ut, dum alium criminatur, quod diu inutilis et indignus uiuat, hinc ſemet ipſum iudicet indignum longiore uita eſſe, aut ſe, quod ipſe cupiat diutius uiuere, condemnet.

66. *claudere certet iter*, omni ſtudio impedire et finire tentet iter, et longius ire uetet alium, quo tamen ipſe pertendit.

67. *Dicere ſi fratrem.)* De uſu huius uocabuli pro *amatore* uid. Heynius ad haec Tibulli III, 1, 23: *Haec tibi uir quondam, nunc frater, caſta Neaera,* caet.

Vincat honor luxum, pietas ſuccedat amori:
Plus ratio, quam uis caeca, ualere ſolet.
His lacrimis longos, quantum fas, fleuimus annos:
Eſt graue, quod doleat, commemorare diu.

Eleg. III.

Nunc operae pretium eſt quaedam memorare iuuentae,
Atque ſenectutis pauca referre meae:
Quo lector mentem rerum uertigine fractam
Eri-

69) *ſuccedit am.* G. *amore* V. 70) *ratio quamuis caeca* eſt in pluribus uulgatis. ſed diuiſim ſcribendum eſſe *quam uis caeca*, recte monent Withoſius et Ommerenus. Diſtincte etiam hoc exprimit ed. uetus Baſ. *Plus quamuis ratio cera ual. ſol.* G. 71) *longos quamuis defleuimus.* R. 72) *commemoraſſe* V. Gr. pro *diu* L. *ſemel et memorare.* G.

1) *operae eſt pretium* R. *eſt* omittit G. 3) *Quo lector* A. B. Pi. O. *Quis* i. e. *queis* V. G. *Quo rector* R. *ferrugine fr.* L. *fractum* G.

69. *Vincat honor luxum,* libidinem et laſciuiam reprimat, expellat. Vid. u. 36. et V, 64. De ea ſignificatione *luxus* et *luxuriae* egit Burman. ad Sueton. Ner. c. 29.

70. *Plus ratio, quam uis caeca)* Videtur reſpicere illud Horatii C. III, 4, 65: *Vis conſili expers mole ruit ſua.*

3. *Quo lector mentem.)* Vt lector, ubi triſtem rerum mearum conuerſionem hactenus commemoratam legerit, ſeque animo fractum ſenſerit, nunc denuo

Erigat, et moeſtum noſcere curet opus.
Captus amore tuo demens, Aquilina, ferebar,
Pallidus et triſtis, captus amore tuo.
Nondum quid ſit amor, uel quid Venus ignea, noram:
Torquebar potius ruſticitate mea.
Nec minus illa mea percuſſa a cuſpide, flagrans

Erra-

4) *dicere cur.* V. Gr. *curat* G. 5) *Raptus amore* G. *Aquilona* V. Gr. *uidebar* pro *ferebar.* G. 6) *Pall. et certus* G. 7) *noui* pro *noram* R. L. 9) *Non minus* Gr. G. *illa meo* V. Gr. *percuſſa a cuſpide* A. B. Pi. O. *percuſſa cuſpide* G. *percuſſa cupidine* V. R. Gr L. *flagrat* uel *flagrans* V. *flagrat* Gr. Recipio lectionem *percuſſa a cuſpide*, quia *percuſſa* magis aptum eſt cuſpidi, quam cupidini.

denuo leuiores iuuentutis meae caſus audiens, erigat et attendat animum, et caetera moeſti operis mei cognoſcere cupiat. *rerum uertigine*, mutatae fortunae uiciſſitudine. Sic Lucan. VIII, 16: *Occurſu ſtupuere ducis, uertigine rerum Attoniti.*

7. *Nondum quid ſit amor --- noram)* Pariter Claud. de nupt. Hon. u. 3: *Nec nouus unde calor, nec quid ſuſpiria uellent Nouerat incipiens et adhuc ignarus amandi.*

8. *ruſticitate mea*, pudore ruſtico, qui arte, dolo, nequitia neſcit, nec audet uti, ut uoto ſuo potiatur. Ouid. A. A I, 607: *Colloquio iam tempus adeſt, fuge ruſtice longe Hinc pudor: audentem Forſque Venuſque iuuat.* Idem Her. XVII, 186: *utinam bene cogere poſſis! Vi mea ruſticitas excutienda fuit.*

9. *mea percuſſa a cuſpide*, eadem qua ego tactus ſum Amoris ſagitta percuſſa, pari amoris furore correpta. Vulgatum eſt ſagittas, arcus Amoris pro ipſo amore poni. Videtur tamen *cupidine*, quod in aliis edd. eſt, firmari

hoc

Errabat, tota non capienda domo.
Stamina, penſa procul nimium dilecta iacebant:
Solus amor cordi curaque ſemper erat.
Nec reperire uiam, qua coecum paſceret ignem,
Docta, nec alternis reddere uerba notis.

Tan-

11) *Carmina pulſa pr.* A. B. Pl. O. *Stagmina penſa* Gr. Hoc etiam e codice antiquo producit et probat Vlitius ad Nemeſ. Cyn. u. 91. et *ſtagmina* ſcriptum putat pro *ſtamina*, ut in Nemeſ. *ſubtegmine* pro *ſubtemine*, in Auieno *exagmina* pro *examina*. *Stamina*, *penſa*. V. L. P. G. Haec lectio ſine dubio rectior. Qui enim carmina apud Aquilinam iacuiſſe dicere poterat auctor, quam mox u. 14. affirmat ſcribere non potuiſſe. Niſi forte, qui *carmina* ſcripſerunt, *carmen* a carendo lanam, uel carminationem lanae intellexerunt. Hinc enim *carmina* et *ſtamina* in pluribus poëtarum locis confundi et permutari monet Burm. Anthol. lat. Vol. II. p. 267. 13) *Non reper.* R. *qua ſecum paſcere ignem*, G. uitioſe. 14) *Docta nec alloquiis* G.

hoc Ouidii, Met. XIV, 29: *Optantemque eadem parilique cupidine captam.*

10. *flagrans Errabat*, furore incenſa et impotens animi uagabatur, ut ſupra u 5. *demens ferebar. tota non capienda domo*, ita furens, ut tota domo contineri non poſſet, quin extra uagari cuperet. Quemadmodum Dido apud Virg. Aen. IV, 300: *Saeuit inops animi, totamque incenſa per urbem Bacchatur.*

11. *Stamina*, *penſa*, telae, colus, ſunt operae conſuetae puellarum, quas deſerere et negligere dicuntur, alio animi ſtudio uel morbo abreptae. Auctor Ciris u. 177: *Nulla colum nouit: carum nec reſpicit aurum: Non Libyco molles plauduntur pectine telae.* Ouid. Met. IV, 10: *Telaſque, calathoſque, infectaque penſa reponunt.*

14. *nec alternis reddere uerba notis.)* Intelligo de epiſtolis uel tabellis mutuo miſſis, et reſponſum ferentibus. Nam *notae* ponun-

Tantum in conſpectu ſtudio perſtabat inani,
Anxia uel ſolo lumine corda fouens.
Me pedagogus adit, illam triſtiſſima mater
Seruabat; tanti poena ſecunda mali.
Prenſabantque oculos nutuſque per omnia noſtros,
Qui-

15) *ſtudium perſtabat inane* R. L. *in conſpectum ſtudio preſtabat inani.* G. ſed uulgata, quam dedimus, lectio melior. 16) *Anx. uel ſolo lumina corde f.* B. O. et aliquae recentiores. *de ſolo* L. *ſolo lumine corda fouens.* L. P. Pi. Idem per coniecturam ſtatuit Ommerenus. 17) *Paedagogus adit me, illam.* Baſ. Pi. ed. Hanou. et plures recent. cum Bip. *Me pedagogus adit, illam.* V. R. L. P. A. O. et ſic ex Mſpto Iureti legit Salmaſ. ad Spart. p. 156. notante Heinſio. *Me pedagogus habet, illam.* G. 18) *taciti* et ſupra *tanti* L. 19) *Prenſabantque* B. Pi. O. *Penſabant* uel *ſignabant* V. R. Gr. L. G.

nuntur pro litteris, ut in hoc Ouidii A. A. III, 469: *Verba uadum tentent abiegnis ſcripta tabellis: Accipiat miſſas apta miniſtra notas.* *alternae notae* ſunt inuicem ſcriptae et miſſae, quemadmodum *alterni ſermones* Horatio A. P. 81, ſunt dialogi. Plenius eloquitur Ouid. ex Pont. IV, 2, 6: *ceſſauit epiſtola nunquam Ire per alternas officioſa uices.*

15. *Tantum in conſpectu caet.)* Hoc tantum ſtudebat, ut aſſidue ſtare in conſpectu, et adſpicere adſpicique uellet, quo tamen ſtudio nihil ipſa proficiebat.

18. *tanti poena ſecunda mali.)* Hoc alterum illud erat, quod in iſto malo nos excruciaret. *Poena* ſaepius utitur noſter pro moleſtia et cruciatu, ut El. I, 4. 183. 241.

19. *Prenſabant oculos nutuſque)* Obſeruabant, arripiebant, annotabant, ut inde arguerent Ouid. Am. II, 7, 6: *In uultu tacitas arguis eſſe notas.*

Quique ſolet mentis ducere ſigna color.
Dum licuit, uotum tacite compreſſimus ambo,
Et uaria dulces feximus arte dolos.
At poſtquam teneram rupit uerecundia frontem,
Nec ualuit penitus flamma recepta tegi,
Mox captare locos et tempora coepimus ambo,
Atque

20) *mentis ducere ſigna* B. Pi. O. et recentiores. *dicere ſigna* L. *dicere ſingula color* G. 21) *compreſſimus* omnes uulgatae. *compeſcimus* R. 22) *Et uaria dulces tex. arte dol.* ſic uulgatae. ſed *uarios dulci* R. L. G. Praeſero lectionem uulgarem. *arte iocos* uult Withoſius, p. 334. 23) *At tandem* R. Gr. P. *rupit uerecundia mentem.* G. *rupit uehementia fr.* corrigit Withoſius. quem non audio. Vitium metri in uoce *uerecundia* ſaepius admittit noſter, ut u. 61. V, 55. 25) *captare dolos.* B. Pi. O. et aliae. *temptare dolos* L. *captare locos* V. Gr. P. *aptare locos* G. et *locos* ſere praeferre alteri lectioni uellim, quia *dolos* iam adſuit u. 22. et quia loci et tempora plerumque coniunguntur.

23 *rupit uerecundia frontem)* uerecundia, quae adhuc fuit, rupto et ſoluto omni pudore, de fronte profugit. Ouid. Her. IV, 155: *Depuduit, profugusque pudor ſua ſigna relinquit.* Frons ut ſedes pudoris, ita ipſe pudor. Perſ. V, 104: *exclamat periiſſe Frontem de rebus.* Caeterum hic minus accurate rem elocutus eſt Maximianus, etiamſi a uitio metri diſceſſeris.

24. *penitus flamma recepta tegi.)* Ouid. Faſt. V, 403: *penituſque recepta Oſſibus, et toto corpore peſtis erat.*

25. *Mox captare locos et tempora)* Lectionem, quam hic ſequor, meliorum librorum res ipſa et uſus confirmant. Nam locum et tempora conſtituere amantes ſolent, ubi conueniant. Vid. Ouid. Met. IV, 83 ſeqq. Et haec ſaepe coniunguntur. Terent. Eun.

Atque ſuperciliis luminibuſque loqui:
Fallere ſollicitos, ſuſpenſos ponere greſſus,
Et tota nullo currere nocte ſono.
Nec longum; genetrix furtiuum ſenſit amorem:
Et medicare parans uulnera uulneribus,

Incre-

27) *ſuſpenſos pondere greſſus* G. uitioſe. 29) *Nec longo* B. O. et aliae. *Nec longe* Bip. *Nec longum* Gr. P. Pi. *Hinc longum* R. G. *Tunc longum* L.

Eun. III, 4, 3: *Locus, tempus conſtitutum eſt.* Iuſtin. XV, 2, 16: *tempus et locum coëundi condicunt.* Et *capere* uel *captare* tempus, locum, uſitate dicitur. Virg. Aen. XI, 783. Georg. II, 230 Ouid. ex Pont. III, 1, 129.

26 *ſuperc. luminibuſque loqui)* Ouid. Her XVII, 82: *quoties ego tecta notaui Signa ſupercilio paene loquente dari.* Idem Am. II, 5, 15: *Multa ſupercilio uidi uibrante loquentes: Nutibus in ueſtris pars bona uocis erat: Non oculi tacuere tui* Tibull. I, 2, 21: *Illa uiro coram nutus conferre loquaces, Blandaque compoſitis abdere uerba notis.*

27. *ſuſpenſos ponere greſſus.)* Lindenbrogius hunc uerſum applicat ad locum Ciris u. 212: *Tum ſuſpenſa leuans digitis ueſtigia primis Egreditur.* Addit hunc Tibulli, ut ipſe ait, ſed qui Ouidii eſt, Faſt. I, 425: *ueſtigia furtim Suſpenſo digitis fert taciturna gradu.*

28. *et nullo currere n. ſono.)* Tranſtuliſſe haec uidetur e Tibullo, I, 2, 20: *Illa docet furtim molli deſcendere lecto, Illa pedem nullo ponere poſſe ſono.* Atque idem I, 8, 59: *Et poſſum media quamuis obrepere nocte, Et ſtrepitu nullo clam reſerare fores.*

29. *Nec longum* ſc. tempus interceſſit. Plene eloquitur Virg. Georg. II, 80: *nec longum tempus, et ingens Exiit ad coelum ramis felicibus arbos.*

Increpitat caeditque: ignes cum uerbere creſcunt,
  Vt ſolet adiecto creſcere flamma rogo.
Concipiunt geminum flagrantia corda furorem,
  Et ſic permixto ſaeuit amore dolor.

Tunc

31) *ignes et pectore creſcunt* A. B. O. *in pectore creſc.* Pl. Han. Bip. *cum uerbere creſcunt* G. *augentur caedibus ignes* V. Gr. *fouemus taedibus ignes* R. *fouentur caed. ign.* L. 32) *Vt ſolet adducto* V. Gr. *creſcere flamma mero* pro *rogo* corrigit Withof. p. 327, ex Ouid. Her. XIII, 114. 33) *corda timorem* B. Pi. O. *furorem* V. Gr. *fauorem* R. *dolorem* G. quod etiam coniicit Ommerenus, qui et in minore uerſu ſubſtituit *ſaeuit amore timor.* Mihi praeferendum uidetur *furorem*, quia τὸ *flagrantia* et *ſaeuit* uix aliud pati uidetur.

31. *ignes cum uerbere creſcunt.*) Hanc lectionem, ut ſequenti ſimili aptiſſimam, caeteris praetuli, quamuis a ſola antiqua Germ. ſeruatam. Ouid. Met. III, 395: *Sed tamen haeret amor, creſcitque dolore repulſae.* Sententia fere conuenit prouerbio, quo utitur Horatius Serm. II, 3, 276: *ignem gladio ſcrutari.*

32. *adiecto creſcere flamma rogo.*) Seruo lectionem uulgatam *rogo*, quamuis Withofius *mero* uelit ex ſimili loco poëtae. Nam hic non de quouis lychno, ſed de igne rogi ſermo eſt, qui comparatur cum amoris flamma uerberibus concitata, quia, ut hic uirgarum ulmearum in uerbera, ita iſtic lignorum in rogum congeſtio flammae uehementioris cauſſa eſt. *rogus* itaque uidetur paullo inſolentius de quouis faſce uel congerie lignorum dici, qui aceruo ardenti adiicitur. Et ſic uſurpatum eſſe ſeriore aetate, docet Cangius in Gloſſar. u. *Rogus.* Fortaſſe *adiecto* capere poſſis pro *adaucto, accumulato*, ut auctor Conſol. ad Liu. u 226, *adiectas aquas* dixit lacrimarum flumine auctas, de Tiberi loquens: *Vix capit adiectas alueus altus aquas.*

Tunc me uiſceribus perterrita quaerit anhelis,
Emtum ſuppliciis quem putat eſſe ſuis.
Nec memorare pudet, turpeſque euoluere ueſtes,
Immo etiam gaudens imputat illa mihi.
Pro te ſuſceptos iuuat, inquit, ferre dolores:
Tu pretium tanti dulce cruoris eris.
Sit modo certa fides, atque inconcuſſa uoluntas,
Quae

35) *Nunc me* G. *Tunc mea* Bip. *perterrita quaerit* B. Pi. O. Han. Bip. *per totum quaerit* V. R. Gr. L. G. P. 37) *reuoluere uerſus* B. Pi. O. Han. et aliae. *reuoluere ueſtes* V. R. Gr. P. G. *euoluere ueſtes* L. Haec ueterum librorum ſcriptura ueriſſima. 39) *ferre labores* B. Pi. O. Han. Bip. *ferre dolores* V. R. L. G. 41) *Sit mihi certa* G. *inconcuſſa uoluptas* G. B. Pi. O. Han. Bip. *uoluntas* V. Gr. L. quod rectum eſt. Withofius

35. *uiſceribus perterrita qu. anhelis.)* ſpiritu concitatius acto ex curſu feſtino et terrore. Repoſiani carm. u. 117: *totis pulmonibus ardor anhelat.*

37. *turpeſque euoluere ueſtes.)* Per *turpes* intelligo laceratas, aut maculis ſanguinis turpes ex plagis acceptis Sic apud Ouid. Met. VIII, 581. Procne *euoluit ueſtes*, quibus ſoror Philomela indicium ſceleris in ſe perpetrati *purpureis notis* intexuerat.

38 *gaudens imputat illa mihi)* gaudet illis ſuppliciis mihi quaſi beneficium praeſtitiſſe, uenditat illa mihi pro beneficio. Iuuenal. V, 14: *Fructus amicitiae magnae cibus: imputat hunc rex, Et quamuis rarum tamen imputat.* Frequens ea uerbi notio apud auctores argenteae et ſequioris aetatis.

40. *pretium tanti dulce cruoris*, i. e. praemium, uel merces. Ouid. Met. IV, 738: *reſoluta catenis Incedit uirgo, pretiumque et cauſſa laboris.*

41. *inconcuſſa uoluntas)* Virg. Aen. IV, 125: *sua ſi mihi*

Quae nihil imminuit paſſio, nulla fuit.
His egomet ſtimulis angebar ſemper, et ardens
Languebam, nec ſpes ulla ſalutis erat.
Prodere non auſus carpebar uulnere muto,
Sed ſtupor, et macies uocis habebat opus.
Hic mihi, magnarum ſcrutator maxime rerum,
Solus,

ſius p. 328. diſtinguit poſt *inconcuſſa*, et deinde corrigit *uoluptas, Quam nihil imminuit paſſio, nulla fuit*, h. e. *uoluptas* nulla fuit ſine dolore. Sed haec mutatio ſententiam auctoris infringit, et difficultas ſenſus omnis abeſt, *ſi inconcuſſa uoluntas* legatur.

43) *angebar ſemper* B. Pi. O. et aliae recent *agitabar* G. quod melius uidetur. *et ardens* uulgatae. *horrens* V. Gr. 45) *non auſus* uulgatae. *non audens* L. *uulnere coeco* uulgatae. *uuln. muto* V. Gr. L. G. *uuln. tanto* R. 46) *uocis habebat opus* uulgatae. *habebat opem* G. *habebat iter* V. Gr. 47) *Sed mihi* G.

mihi certa uoluntas. Ouid. A. A. III, 617: *adſit modo certa uoluntas*.

42. *Quae n. immin. paſſio nulla fuit*) Ego nihil acerbi me perpeſſam arbitror, ſi modo nihil eo caſu deminutum de tuo amore ſentiam. *Paſſio* inferioris latinitatis uocabulum.

45. *carpebar uulnere muto*.) Editores poſt Gauricum *coeco* correxiſſe uidentur ex hoc Virgilii Aen. IV, 2: *Vulnus alit uenis, et coeco carpitur igni*. Sed *muto* poſcit uerſus ſequens, quamquam *carpebar* minus aptum eſt τῷ *uulnere*. Similiter *tacitum uulnus*, quod tacetur et premitur, dixit Seu. Sanctus carm. buc. u. 8.

46. *uocis habebat opus*, i. e. uim et ſignificationem ſermonis. Stupor ille et macies conſpicua ſatis per ſe ſignificabant, quod uoce exprimendum erat. Sic iterum noſter El. IV, 28: *ruborque Interdum certae uocis habebat opus*. Similiter Ouid. A. A. I, 574: *Saepe tacens uocem uerbaque uultus habet*.

Solus, Boëti, fers miſeratus opem.
Nam quum me curis intentum ſaepe uideres,
Nec poſſes cauſſas noſcere triſtitiae:
Tandem proſpiciens tali me peſte teneri,
Mitibus alloquiis pandere clauſa iubes.
Dic, ait, unde nouo correptus carperis igne?
Dic, precor, et dicti ſume doloris opem.
Non intellecti nulla eſt curatio morbi,
Et magis incluſis ignibus antra fremunt.

Dum

48) *Bobeti*, corrupta a Gaurico lectio, omnes editos occupanit, ſolus Goldaſtus reſtituit *Boethi*; ſiquidem omnes Mſpti cum antiqua ed. Germ. ſeruant *boeti*. 49) *Nam quum* (uel *cum*) *me curis intentum* uulgatae poſt Aſcenſ. *Nam me cum curis uertentem.* G. 50) *cauſam* B. Pi. O. et aliae. *cauſas* V. L. P. G. 53) *Dicito et unde nouo* B. O. Han. et aliae. *Dicis et unde nouo correptus corporis ig.* G. *Dicis et* V. Gr. et ſic coniicit Ommerenus. *Cuius et unde nouo corr. carp. igne? Dic precor.* ſic emendare uult Withoſius p. 319. *Dic ait, unde* V. L. P. Pi. quod genuinum eſſe uidetur. *carperis aeſtu* V. Gr. 54) *Dic precor.* B. Pi. O. *Dicit et edicti* G. *Dic ait* L. R. *Dicito* V. Gr. 56) *Vt magis* B. Pi. O. Han. Bip. *Et magis* L. G. R. *Sed magis* V. *ante fremunt* V. Pi. H. Bip. et plures aliae, uitioſe. rectius *antra fremunt* L. Gr. G. A. B. O. quod etiam probat Vlitius ad Grat. u. 432.

51 *proſpiciens tali me peſte teneri.)* Verſus fere totus Virgilii Aen. IV, 90: *Quam ſimul ac tali perſenſit peſte teneri Cara Iouis coniux.*

55 *nulla eſt curatio morbi.)* Cl. Ommerenus huc uerba idem dicentis Boëthii, Conſol. lib. I. proſ. 4, aduocauit: *Si operam medicantis exſpectas, oportet uulnus detegas.* Eodem pertinet ſententia Horatii Epiſt. I, 16, 24: *Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.*

56. *incluſis ignibus antra*

Dum pudor eſt tam foeda loqui, uitiumque fateri,
Agnouit taciti conſcia ſigna mali.
Mox ait: Occultae ſatis eſt res prodita cauſſae,
Pone metum, ueniam uis tibi tanta dabit.
Proſtratus pedibus uerecunda ſilentia rupi,
Cum lacrimis referens ordine cuncta ſuo.
Fac, ait, ut placitae potiaris munere formae;
Re-

58) *Agnouit tanti conſcia lingua* B. O. H. Bip. et aliae. *tanti conſcia ſigna* G. *taciti conſcia ſigna* Gr. L. P. quod rectum uidetur. uidit etiam Withof. p. 330. 61) *diuturna ſilentia* corrigit Withoſius, fruſtra. 63) *Fare ait ut placidae* B. Pi. O. Han. Bip. *Fare ait an pl.* V. *Dic ait aut pl.* G. *Fac ait* L. quod optimum uidetur, probaturque ab Ommereno, qui et *placitae* uult. *munera formae.* R.

tra fremunt.) Reſpicere uidetur antra Aetnae, quae ſubinde prementibus inſuper ruinis montis, aut incumbente uento, ignes incluſos diu continet, donec pulſis obſtaculis uehementius erumpant. Vid Lucil. Aetn. u. 371. ſeqq. et Ouid. Met. XV, 346. ſeq. Hac ſimilitudine ſaepe utuntur poëtae. Ouid. Her. VIII, 58: *Pectoraque incluſis ignibus uſta dolent.* Idem Met. IV, 64: *Quoque magis tegitur, tectus magis aeſtuat ignis.* Seu. Sanctus carm. buc. u. 11: *Et quicquid tegitur, ſaeuius incoquit.*

58. *conſcia ſigna mali.)* Sic Ouid. Am. II, 1, 8: *Agnoſcit flammae conſcia ſigna ſuae.* Ibid. II, 8, 8: *Furtiuae Veneris conſcia ſigna dedi.*

60 *ueniam uis tibi tanta dabit)* Si quidem tanta uis te amoris urget, aequum eſt, ut ueniam demus et ignoſcamus tibi, qui ſuccubueris.

61. *uerecunda ſilentia)* Vid. u. 23.

63. *Fac ait, ut plac. potiaris)* Optime haec lectio con-

Reſpondi: pietas talia uelle fugit.

Soluitur in riſum, exclamans, proh! mira uoluptas,

Caſtus amor Veneris, dicito, quando fuit?

Parcere dilectae iuuenis deſiſte puellae:

Impius huic fueris, ſi pius eſſe uoles.

Vnguibus, et morſu teneri paſcuntur amores:

Vul-

64) *Reſpondet pietas* nonnullae edit. cum Bip. *Reſponde: pietas* A. B. Pi. O. *Reſpondi* V. L. G. *uelle fuit* R. Withoſius p. 330. emendat ex ingenio *Reſpondi, ut pietas talia uelle uetet.* 65) *Soluitur in riſum exclamans* G. B. Pi. O. *in riſus clamans.* L. *prout mira uol.* O. *proh* omittunt G. R. *dira uoluptas* R. G. 68) *Impius hinc fueris.* L. G. *ſi bonus eſſe* V. quod improbat Burm. Anthol. Vol. I. p. 316. *eſſe uoles* uulgatae pleraeque. *uelis* L. Gr. P.

confirmari uidetur loco Ouidii Met. XIV, 637 ſeq. *Quid non et Satyri, ſaltatibus apta iuuentus, Fecere --- --- Vt poterentur ea.* 68 *Impius hic fueris*) Burmannus Anthol. Vol. I. p. 316, hunc uerſum cum iſto carminis de Maeuio, quod Tomo III. propoſuimus, u. 28, comparat: *Impius hoc telo es: hoc potes eſſe pius.*

69. *Vnguibus et morſu ten. paſc. am.*) Vi, contentione, pugna, iurgiis, in quibus unguium et morſus uſus eſt. Paria his exiſtimes, quae Claud. habet Feſcenn. od. 4: *Ne ceſſa, iuuenis, cominus aggredi, Impacata licet ſaeuiat unguibus. Creſcunt difficili gaudia iurgio, Accenditque magis, quae refugit, Venus.* Haec *bella* ſunt *Veneris* a Tibullo deſcripta, I, 10, 53 ſeqq. De *morſu* Propert. III, 6, 21: *Inmorſo aequales uideant mea uulnera collo, Me doceat liuor mecum habuiſſe meam.* Centena de his iurgiis loca poëtarum leguntur, quorum nonnulla cum noſtro protulit Burm. ad Anthol. Vol. I. p. 502.

Vulnera non refugit, res magis apta plagae.
Interea donis permulcet corda parentum,
Et pretio faciles in mea uota trahit.
Auri coecus amor natiuum uincit amorem:
Coèperunt natae crimen amare ſuae.
Dant uitiis furtiſque locum: dant iungere dextras,
Et totum ludo concelebrare diem.
Permiſſum ſit uile nefas, ſit languidus ardor:
Vicerunt morbum languida corda ſuum.
Illa nihil quaeſita uidens procedere, cauſſam
Odit, et illaeſo corpore triſtis abit.
Proieci uanas ſanato pectore curas,

Et

70) *non figit.* L. 71) *donis promulcet* G. 77) *et languidus ard.* Han. Bip. et nonnullae aliae. ſed praeſtat *ſit languidus*, quod ſcripti et editi plerique habent. *heu languidus* V. Gr. G. 78) *languida membra* L. G. 79) *Illa nihi quaeſita* habet ed. Amſt. et Bip. neſcio an uitio. nam reliqui mei ſcripti et excuſſ *Illa nihil* praeferunt. *cauſam* uulgatae. *cauſas* L. 81) *Proiecit* V. *Proieci uarias* R. L. G. *ſanato corpore* G.

70. *res magis apta plagae)* Nouum uitium in metro. Confundit *plagam*, quae ictum, cum *plaga*, quae regionem ſignificat. Ouid. Met. XIII, 119: *clypeus, qui tela ferendo Mille patet plagis.*

74. *natae crimen amare ſuae)* Ouid. Triſt. IV, 4, 21: *Vt non debuerim, tamen hoc ego crimen amabo.*

77. *Permiſſum ſit uile nefas, ſit lang. ard.)* Expertum ſe dicit, quod Ouidius pronuntiat Am. III, 4, 9: *Cui peccare licet, peccat minus: ipſa poteſtas Semina nequitiae languidiora facit.*

Et ſubito didici, quam miſer ante fui.
Salue ſancta, inquam, ſemperque intacta maneto,
Virginitas, per me plena pudoris eris.
Quae poſtquam perlata uiro ſunt omnia tanto,
Meque uidet fluctus exſuperaſſe meos:
Macte, inquit, iuuenis, proprii dominator amoris,
Et de contemtu ſume tropaea tuo.
Arma tibi Veneris, cedantque Cupidinis arcus,
Cedat et armipotens ipſa Minerua tibi.

Sic

83) *ſancta inquit* G. 85) *poſtquam prolata* G. *omnia tuto* A. B. Pi. O. Bip. et aliae. *tanto* L. Gr. G. 86) *Meque uidet luctus* V. R. Gr. L. *fletus* G. ſed praeſtat *fluctus*, quod exhibent B. Pi. O. et aliae. 87) *proprii damnator am.* G. ſed praeſtat uulgata *dominator*. 88) *En de contemtu* A. B. Pi. O. *Et de* V. Gr! G. et nonnullae aliae edit. quod malim. 89) *cedantque* et uerſu ſeq. *Cedit* G.

84. *Virginitas* de uiro Veneris experte ſerioris et eccleſiaſticae latinitatis ſcriptoribus in uſu eſt.

86. *fluctus exſuperaſſe meos)* euaſiſſe diſcrimina, uel aeſtus animi, quibus me quaſi fluctibus merſiſſe uidebatur amor. Horatius Charybdin nominat C. I, 27, 19: *Quanta laboras in charybdi.*

87. *proprii dominator amoris.)* Sic Ouid. Am. III, 11, 5: *Vicimus, et domitum pedibus calcamus Amorem.*

88. *de contemtu ſume tropaea tuo.)* Laetare, tanquam de ſumma, uictoria, quod demum contemnere auſus ſis, quod adhuc ſummo ſtudio ambiebas. *contemtae dominus ſplendidior rei*, ut ait Horat. C. III, 16, 25. *Sume ſuperbiam* Horat. C. III, 30, 14. *ſic olim gaudia ſumet* Calpurn. XI, 59.

Sic mihi peccandi ſtudium permiſſa poteſtas
  Abſtulit, atque ipſum talia uelle fugit.
Ingrati, triſtes pariter diſceſſimus ambo,
  Diſcidii ratio uita pudica fuit.

91) *Sic mihi* V. Gr. L. *Si mihi* G. *Si tibi.* reliquae uulgatae. Placet *Sic mihi. promiſſa poteſtas* G. 93) *diſcedimus* G. *Ingratis* i. e. *ingratiis* Douza pater coniecit in marg. edit Antuerp. 1569. 94) *Diſſidii ratio* uulgatae. forte *diſcidii* Pulm. et *Diſcidii* exhibent L. et G. *tota pudica* L. In codice Rottend. primi ſex uerſus elegiae ſequentis huic Elegiae annectuntur.

91. *Sic mihi peccandi ſtudium) Peccare* de libidinibus, amoribus uetitis, adulteriis uſurpatum. Horat. Serm. I, 2. 63: *quid inter Eſt in matrona, ancilla, peccesne togata?* Tibull. IV, 14: *Rumor ait, crebro noſtram peccare puellam.* Ouid. Am. II, 7, 19: *ſi ſit peccaſſe libido*

92 *ipſum talia uelle fugit)* ipſa me uoluntas talia capiendi deſerit.

94. *Diſcidii ratio) Diſcidii* legendum eſt, non *diſſidii*, quia praeceſſit *diſceſſimus ambo.* Nam ut Taubmannus ad Plaut. Pſeud. I, 1, 68, obſeruat, *diſſidium* animi eſt; *diſcidium* uero corporis, a diſcindere, i. e. dirimere, diſpellere. Et *diſcidium* de amantibus dicitur, ut *diuortium* de coniugibus. Tibull. I, 5, 1: *Aſper eram, et bene diſcidium me ferre loquebar.* Terent. Andr. IV, 2, 14: *Valeant, qui inter nos diſcidium uolunt.*

ELEG.

ELEG. IV.

Reſtat adhuc alios, turpeſque reuoluere caſus,
Atque aliquo molli paſcere corda ioco.
Conueniunt etenim delirae ignaua ſenectae,
Aptaque ſunt operi carmina uana meo.
Sic uicibus uariis alternos fallimus annos,
Et mutata magis tempora grata mihi
Virgo fuit, ſpecies dederat cui candida nomen,
Candida, diuerſis ſed bene comta comis.

Huic

1) *Perſtat adhuc* G. 2) *Ex aliquo atque molli* G. 3) *delira ignaua* O. 5) *alternis uoluimur annis* A. B. Pi. O. *alternis uincimur armis* G. *alternos fallimus annos* V. L. quae lectio melior uidetur. 7) *ſpecies dedit aeui candida nomen.* ſic nonnullae recentiores editt. Amſt. Bip. et *dederat aeui candida* Hanou. Multo rectius antiquiores *ſpecies dederat cui candida nomen* L. A. B. Pi O. quomodo etiam ex coniectura Withofius p. 331. *ſpecies aderat et candida nomen* G. 8) *ſat bene comta comis.* A. B. Pi. O. *ſtat bene* P. G. *nam bene* L. *comta modis* V. Gr. L. P. G. Praefero *comis*, et ſcripſi *Sed bene*, quia hoc diuerſitas comarum poſcit.

1. ***reuoluere caſus***, recordari, repetere animo. Virg. Aen. X, 61: *iterumque reuoluere caſus Da, pater, Iliacos Teucris.*

5. *Sic uicibus uariis alt. fallimus annos)* Sic cum annos noſtros uarias inter uices agimus, fit, ut quae in ſingulis nobis accidunt, aliis alternatim ſuccedentibus, minus ea ſentire, aut moderatius ferre uideamur.

8. *diuerſis ſat bene comta comis)* intelligo comas colore *diuerſas* a candida ſpecie, nigras ſcilicet, quas pariter in niueo colore laudat auctor El. V, 26.

Huic ego per totum uidi pendentia corpus
Cymbala multiplices edere pulſa ſonos:
Nunc niueis digitis, nunc pulſans pectine chordas,
Arguto quiuit murmure dulce loqui.

Hanc

9) *Huic ego per totum uidi ſplendentia corpus.* ſic pleraeque uulgatae, B. Pi. O. *pendentia* proferunt V. R. Gr. L. G. quod recipiendum uidetur. ſed ex his V. et Gr. totum diſtichon aliter concinnant: *Vidi per totum pendentia cymbala corpus Huic quoque multiplices* caet. 10) *edere pulſa* pleraeque uulgatae. *reddere pulſa* R. G. 11) *Cum niueis dig.* G. *pulſas pectore* L. 12) *Auguto quidquid* uulgatae. *quidquam* V. R. *quamquam* P. *quid-*

10. *Cymbala multiplices)* Non uidentur hic cymbala proprie dicta intelligi, aera caua et gemina, quae manuum compulſu tinnitum edunt. Haec enim neque per totum corpus pendere, neque multiplices ſonos edere dici poſſunt. Quamquam multiplices ſonos cymbalorum fuiſſe ex ipſo hoc Maximiani loco probare conatur F. A. Lampe de Cymb. p. 178, id tamen cum ex aliis uetuſtiorum auctorum locis oſtendi nequeat, et uarietas ſonorum haud aliunde uenire, quam e uarietate inſtrumenti, chordarum, foraminum aliarumque partium poſſit, hinc mihi uidetur Maximianus cymbali uocabulum nouo et recentioribus ſaeculis inducto ſignificatu pro citharae uel lyrae genere poſuiſſe. Et lyrae etiam ſic geſtari dicuntur, ut pendeant ex corpore, uel parte corporis. Tibull. III, 4, 38: *fulgens teſtudine et auro Pendebat laeua garrula parte lyra.*

11. *Nunc niueis digitis* caet.) Virg. Aen. VI, 647: *Iamque eadem digitis, iam pectine pulſat eburno.* Sal. Baſſus ad Piſon. 154: *Siue chelyn digitis et eburno uerbere pulſas.*

12. *Arguto quiuit* caet.) Ad tactum citharae potuit dulce carmen arguta uoce dice-

Hanc ego ſaltantem ſubito correptus amaui,
  Et coepti tacitus uulnera grata pati.
Sic me diuerſis tractum de partibus, una
  Carpebat uariis pulchra puella modis.
Singula uiſa ſemel ſemper memorare libebat,
  Haerebantque animo nocte dieque meo.
Saepe uelut uiſae laetabar imagine formae,

Et

quiddam G. Quicquid horum eligatur, ineptum eſt. praeterea uerbum deeſſe uidetur conſtructioni, quod participium *pulſans* ſequatur. Legendum arbitror *pulſans pectine chordas Arguto quiuit murmure dulce loqui.* Verbum hoc *quiuit* decepit librarios, ut *quidquid* uel *quidquam* legerent.

13) *Hanc ego.* Hoc et ſequens diſtichon in cod. R. et L. et in ed. G. tranſponuntur, ita ut diſtichon *Sic me diuerſis* ſit uerſus 13. 15) *de partibus*, *olim* G. 17) *memorare licebat* Gr. G. 18) *Haerebatque* uulgatae. *Haerebant* V. P. *Haerebantque* Gr. optime. *Horrebat* G. peſſime.

dicere. Hinc u. 20. *uocem manumque* eius laudat, et reſpexiſſe locum Tibulli modo citatum uidetur, quo pergit: *Hanc* (lyram) *primum ueniens plectro modulatus eburno Felices cantus ore ſonante dedit. quiuit* perfectum poſui, quia praeceſſit u. 7. *Virgo fuit*, et u. 9 *uidi edere ſonos. murmur* Maximianus dicere uidetur lenem cantum uel modulationem uocis, ut El. V, 10. Cl. Ommerenus quidem aliter hunc locum intelligit, legendumque cenſet *pulſas pect. chord.* et *dulce loqui* ad *chordas* trahit, ut de ſolo cantu citharae ſermo ſit. Sed *murmur* de eo cantu uix dici poteſt, atque alia ſunt in uerbis, quae iſtam interpretationem impediant.

19. *uelut uiſae laetabar imag. form.*) Ouid Faſt. II, 769: *Carpitur attonitos abſentis imagine ſenſus Ille: recordanti plura magiſque placent.*

Et procul abſentis uoce manuque frui.
Saepe uelut praeſens fuerit, mecum ipſe loquebar,
Cantabam dulces, quos ſolet illa, modos.
O quoties demens, quoties ſine mente putabar,
Nec, puto, fallebam, non bene ſanus eram.
Atque aliquis, cui coeca foret bene nota uoluptas,
Cantat, cantantem Maximianus amat.

Cer-

20) *abſenti uoce manuque fui* V. G. B. O. Han. Bip. ſed optime *abſentis uoce manuque frui* Pu. et Pi. 21) *Saepe uelut praeſens mecum fuit, ipſe loquebar.* L. 22) *ipſe modos* R. *ipſa modos* G. *illa melos* L. 23) *ſine mente putabar* R. G. B. Pi. O. *ferebar* V. Gr. P. Genuinum uidetur *putabar*. librarii *ferebar* intulerunt ex El III, 5, ubi pariter *demens* et *ferebar* coniuncta ſunt. 24) *fallebar* quidem omnes ſcribunt, ſed reponendum cenſeo *fallebam* ſcil. eos, qui putarent, me ſine mente eſſe. *nec bene ſanus* uulgatae pleraeque; *non bene ſan.* Gr. P. Pi. quod praeſtat. 25) Hoc diſtichon, quod a Gaurico eiectum ab omnibus editis eum ſequentibus exſulat, Mſpti omnes, atque ex impreſſis Pulmanni, Pithoei et Goldaſti editiones tenent. *Atque aliquis tibi coeca* G. uitioſe. 26) *Cantat cantantem* Pi. O. *Canta cantantem* V. Gr. G.

20. *abſentis uoce manuque frui*) *Laetabar frui*, gaudens me oblectabam recordatione eorum, quae cum uidiſſem uoce manuque agere, quum dulci uoce, et facili manu chordas pulſans ceciniſſet. Virg. Aen. IV, 83: *Illum abſens abſentem auditque uidetque*

23. *ſine mente putabar*, i. e. dicebar. erant, qui dicerent me ſine mente eſſe. *putare* Maximianus ſubinde ponere uidetur pro *dicere* quod quis putet. Vid. infra u. 43.

Certe difficile eſt abſcondere pectoris aeſtus,
  Panditur et clauſo ſaepius ore furor.
Nam ſubito inficiens uultum pallorque, ruborque,
  Interdum certae uocis habebat opus.
Nec minus ipſa meas prodebant ſomnia curas,
  Somnia ſecreti non bene fida mei.
Nam cum ſopitos premerent obliuia ſenſus,
  Confeſſa eſt facinus conſcia lingua ſuum.
Candida, clamabam, propera! cur Candida ceſſas?
  Nox abit, et furtis lux inimica uenit.

Proxi-

28) *Proditur* Withoſius libentius legere uult, quam *Panditur*. 30) *Interdum certae* uulgatae. *clauſae* V. R. Gr. P. L. G. ſed praeferam illud, quia modo ad fuit *clauſo*, et *clauſae* uocis nullum opus eſſe poteſt. 32) *ſecreti non b. f. mei* omnes uulgatae. *ſecretis — meis* R. Forte legendum *Conſcia ſecreti* ex El. V, 95. 34) *conſcia lingua* uulgatae. *neſcia l.* V. R. P. G. L. Praeferendum puto *conſcia*, quia *confeſſa* dicitur. *neſcius* confiteri non poteſt. 35) *ceſſas* uulgatae. *tardas* V. L. G. 36) *inimica redit* V. R. Gr. L. G.

30. *uocis habebat opus)* rem et uim uocis habebat: idem ſignificabat, quod uox certa poſſet.

33. *ſopitos premerent obliuia ſenſus)* Obliuio rerum ſomni et quietis comas. Virg. Aen. IX, 225: *animalia ſomno Leníbant curas et corda oblita laborum.* *Premunt* illa obliuia ſenſus, ut ipſe ſomnus *premere* dicitur. Virg. Aen. VI, 521: *preſſitque iacentem Dulcis et alta quies.* Auctor Epitomes Hom. u. 115: *Dumque tuo* (Somne) *premitur ſopitus pondere dulci.*

Proximus at genitor me tum comitatus amatae
  Virginis herboſa forte iacebat humo.
Illius ad nomen turbatos excitat artus:
  Exſilit, et natam credit adeſſe ſuam.
Omnia colluſtrans, toto me pectore ſomnum
  Proſpicit efflantem, nec meminiſſe mei.
Vana putas? an uera ſopor ludibria iactat?

Et

37) *Protinus at* V. Gr. *Proximus ut* uulgatae. *Prox. et.* L. Rectum uidetur *Proximus at mecum comit.* omnes ſcripti et excuſi. ſed dubium non eſt, quin *me tum comit.* ſcribendum ſit. Idem uiderunt Withofius et Ommerenus. pro *amatae*, quod in uulgatis eſt, *amore* habent V. et Gr. 38) *in gelida ſorte* excuſi fere omnes. ſed *herboſa* V. R. Gr. L. G. 39) *excitat actus* A. B. Pi. O. Pu. *artus* V. Gr. P. G. 41) *corde ſolutum* A. B. Pi. O. et aliae. *pectore ſomnum* V. L. P. G. quod multo melius eſt. 42) *Aſpicit* G. caeterae *Proſpicit*. *afflantem* omnes excuſi. *efflantem* unus exhibet V. a manu ſecunda. ſed hoc ipſum imitatio Virgiliana poſcit. 43) *Vana putas? an uera ſop.* V. B. Pi. O. H. Bip. *Vana putas aut uera* G. *putat* R. E contrario *Vera putas, an uana* L. et ſic legi uult Ommerenus. cui tamen lectioni uerſus minor non ſatis bene reſpondere uidetur.

39. *turbatos excitat artus.* i. e. mente perturbatus excitat. affectus, qui mentis eſt, tranſlatus ad exteriores artus; quod ſaepe fit. Ouid. Her. XI, 102: *Fit fuge turbato tecta nefanda pede.*

41. *toto me pectore ſomnum Proſp. eſſl.)* Genuinam hanc eſſe lectionem, quam ducibus mſptis dedimus, phraſis Virgiliana, quam expreſſit auctor, docet, Aen. IX, 326: *toto proflabat pectore ſomnum.* Ouid. Met. II, 85: *ignibus illis, Quos in pectore habent, quos ore et naribus efflant.*

43 *Vana putas?* Vana ſunt, quae dicis? Vid. not. ad u. 23. Verborum *an uera ſopor ludibria iactat*

ambi-

Et te uerus, ait, pectoris ardor habet?
Credo equidem aſſuetas animo remeare figuras,
Et

44) *Et te uerus, ait, pect. ard. habet* uulgatae. *Aut te uer. & p. a. agit.* V. R. *An hic uerus a. p. a. agit.* G. *Hic eſt uerus, ait, pectoris ard. angit.* L. Perplexam et dubiam totius diſtichi lectionem et ſententiam eſſe, uariationes exemplarium demonſtrant. Ego uix expedio; uulgatamque lectionem, ut a pluribus receptam, malo relinquere intactam.

ambigua ſententia eſt. Nam *ludibria* poſſunt accipi de ſimulacris rerum falſis, quibus ſomnia ludunt et illudunt dormientibus. Vt Virgil. ait Aen. X, 642: *Aut quae ſopitos deludunt ſomnia ſenſus*, et Petron. cap. 104: *Somnia, quae mentes ludunt uolitantibus umbris.* Sed poſſunt etiam *ludibria* ſignificare illuſionem et uerba iocoſa, quibus aliquis ridetur et ludibrio habetur. cui interpretationi fauet adiectum *uera*, et uerbum *iactat.* nam *ludibria iactare* aeque dici poteſt, ac iactare conuicia, et *uera ludibria* ſunt, quae uere ea cauſſa iactantur, ut alter ſe ludificari intelligat. Inde ſenſus huius uerſus ſatis commodus procedit: Haeccine uana omnino ſomnia ſunt, quae dicis? an uero, ſomnium ſimulans, uere me uis iis uerbis ludibrio habere, quaſi nunc demum a ſomniante diſcere debeam; quod a uigilante dudum agi ſtultus ego hactenus non ſenſerim.

45. *aſſuetas animo remeare figuras)* figuras et ſimulacra earum rerum, quibus ſe oblectare aſſueuit uigilans, credo eiuſdem animo recurrere noctu. Claud. in praef. ad VI. Conſ. Hon. u. 1: *Omnia, quae ſenſu uoluuntur uota diurno, Pectore ſopito reddit amica quies.* In ſequentibus ille hunc locum communem per ſpecies affectuum et ſtudiorum humanorum declarat, ſicut et Petron. carm. de Somniis, quod Tomo IV. P.

Et fallax ſtudium ludit imago tuum.
Stat tamen attonitus, perplexaque murmura captat,
Et tacitis precibus dicere plura rogat.
Sic ego, qui cunctis ſanctae grauitatis habebar,
Proditus indicio ſum miſer ipſe meo.
Et nunc infelix tota eſt ſine crimine uita,

Et

46) *ludit imago ſuum* B. P. O. et aliae. *imago tuum* V. quod rectius uidetur. *fudit imago tuum* G. 48) *Et tacitis prec. dic. plura rogat* uulgatae omnes. *tacitus pr. plura licere rogat* L. *tacitus* etiam Gr. 49) *Aſt ego* R. 51) *Et nunc infelix tota eſt*, omnes impreſſi poſt Aſcenſ. *At nunc* G. Withoſius p. 331. porro corrigendum cenſet *infelix non eſt ſine crimine uita.* alterum enim, inquit, uere eſt ἀσύστατον. ſed uid. not. noſtr.

P M. p. 283. dedimus. Ducta autem ſunt ex fonte Lucretii, qui haec ſuauiſſime exſequitur lib. IV, 959 ſeqq

46. *Et fallax ſtudium lud. im. tuum.)* Et ſomnium illud ludit te obiecta fallaci imagine eius rei, cuius ſtudio et cupiditate teneris.

47. *perplexaque murmura captat)* Auſcultat et percipere tentat uerba, quae ego perplexo et obſcuro murmure edere uideor.

51. *Et nunc infelix tota eſt ſ. crim. uita.)* Perplexior huius uerſus ſenſus e mala et peruerſa mente Maximiani explicandus eſt, quam ſequentia ſatis declarant. Nempe hoc uult: *At nunc uita* mea, quia, ut ex hactenus dictis patet, *ſine crimine*, h. e. ſine crimine concubitus et ſtupri commiſſi peracta eſt, pro praeſente animi mei ſenſu *tota infelix eſt*, uel abs me infelix habetur; *Et ſenem* iam factum *pudet* me *peccare*, cum maxime uellem, *non potuiſſe.* Quippe peccandi iam facultate *deſeror*, et *uoluptas* quaſi *indignata*, quod eam ante uſurpare noluerim, nunc *fugit* me.

Et peccare ſenem non potuiſſe pudet.
Deſerimur uitiis: fugit indignata uoluptas;
Nec, quod non poſſum, non uoluiſſe meum eſt.
Hoc etiam meminiſſe licet, quod ſerior aetas
Intulit, et gemitus, quos mihi lena dedit.
Sed quis ad has poſſit naturae attingere partes,

Gna-

53) *Deſtruimur uitiis.* habet Bip. cum aliis recentioribus; at omnes ſuperiores cum nonnullis mſptis *Deſerimur.* 54) *Et quod non poſſum, non potuiſſe iuuat* B. Pi. O. H. Bip. *Nec quod non poſſum, non uoluiſſe meum eſt* L. Gr. G. Haec lectio melius reſpondet uerſui praecedenti. *ualuiſſe* R. *eſt ualuiſſe meum* P. *Nec uel hoc quod poſſum, non uoluiſſe meum* V. 55) *ſenior aetas* R. G. *certior* uel *ſerior* R. 56) *Impulit* P. *quos mihi laeta dedit;* uulgatae omnes. *leta dedit* L. G. Vnde *lena* ſcribendum eſſe arbitratus ſum in praef. ut hic de *lena* uel copa loquatur, quam ſequente elegia narrat ſe hoſpitio receptum illecebris corrupiſſe. 57) *Has ſed quis poſſit naturae adſtringere partes.* ſic

uul-

54. *Nec, quod non poſſum. non uoluiſſe, meum eſt.)* Hanc lectionem e Mſptis reduxi, contra editiones uulgatas, quarum lectio parum conuenit ſententiis ante pronuntiatis. Senſus eſt: Neque hoc in mea poteſtate ſitum eſt, ut a uitio, quod committere non poſſum, etiam animo abhorream, idque committere nolim.

56. *quod ſerior aetas Intulit, et gemitus* caet.) quod ſerior aetas mea caſum aliquem attulit, qui libidinem, aetate iam ſopitam et fere extinctam, ui ſingulari excitaret, quum in lenae et meretriculae alicuius inſidias inciderem, quae me peſſum dedit. De *lena* hic loqui auctorem, in praefatione demonſtraui. Atque huius mentione facta tranſit ad narrationem de eius meretricis amoribus, quam Elegia V profert.

57. *Sed quis ad has poſſit naturae attingere partes)*

Gnarus ut et ſapiens noxia ſaepe uelit?
Interdum rapimur uitiis, trahimurque uolentes:
Et quae non capiunt, pectora bruta uolunt.

ELEG. V.

Miſſus ad Eoas legati munere partes,
Tranquillum cunctis nectere pacis opus,

Dum

uulgatae omnes poſt Aſcenſ. ſine ſenſu commodo. *Sed quis et* (m. ſ. *ad*) *has poſſet naturae attingere partes* V. Gr. *Et quis ad has cupiat* R. *Sed quis ad has poſſit nat. attingere part.* L. G.

58) *Gnarus et ut ſapiens* G. B. Pı. O. Bıp. ſed melius eſt *Gnarus ut et ſap.* quod habet V. et R. quodque Ommerenus requirit. *Gnarus* uel *ſanctus* V. et Gr. *noxia quaeque* L. G. 60) *Quae non capiunt* uulgatae omnes. *quod non cap.* R. *quod non poſſunt* V. Gr.

1) *ad Eoas legati munere functus.* ſic omnes impreſſi, manifeſto errore. nam *eoas* aliud adiunctum uocabulum deſiderat: hoc exhibent mſpti uetuſtiores, *ad Eoas leg. mun. partes.* Vnus L. ſcribit *ad eolicos* ſupra ſcripto *eoas.*

tes) Videtur alludere ad uerſum Virgilii Georg. II, 483: *Sin, has ne poſſim naturae accedere partes.* Sententia auctoris haec eſt: Quis hanc partem naturae et ingenii humani plane mirabilem ſatis aſſequi et explicare poſſit, quae adeo peruerſa et deprauata eſt, ut ſapiens etiam et rerum naturae bene guarus, ſaepe ea, quae noxia ſcit eſſe, cupiat. *Vt gnarus* pro *quod* uidetur poſitum, more cadentis latinitatis. Talem animi ſui peruerſitatem confitetur Medea apud Ouidium, Met. VII, 19: *Sed trahit inuitam noua uis, aliudque Cupido, Mens aliud ſuadet: uideo meliora proboque, Deteriora ſequor.*

1. *Miſſus ad Eoas partes*, a Theodorico, rege Ita-

Dum ſtudeo gemini componere foedera regni,
Inueni cordis bella nefanda mei.
Hic me ſuſcipiens Etruſcae gentis alumnum,
Inuo-

3) *geminae comp. f. pacis* pariter omnes impreſſi, qui *pacis* repetunt e. praecedente uerſu. Contra omnes mſpti *gemini — regni*, quod multo aptius. 5) *Hic me ſuſpiciens* V.

Italiae, ad Anaſtaſium Imperatorem Orientis, ut pluribus expoſui in praefat.

3. *gemini foedera regni*) regni Italiae, et imperii Orientis.

5. *me ſuſcipiens*, ſcil. hoſpitio. Et hoſpitium publicum ſ. πανδοχεῖον intelligendum uidetur, cuius hoſpita uel copa, lenam agens, meretrices alebat, ad captandos aduenas, uel ipſa erat puella illa, cuius illecebris ſe corruptum eſſe Maximianus narrat. Haec enim plane ſic deſcribitur, ut Copa in carmine incerti auctoris, quod Tomo II. produximus.

Ibid. *Etruſcae gentis alumnum*) h. e. Italum, uel Romanum. Infra u. 40. *Tuſcum* ſe appellat. Vtroque loco hoc nomen opponit Graiis, qui erant ſub imperio Orientis. Atque hoc uſu ueniſſe uidetur ſcriptoribus Latinis ab eo inde tempore, quo reges Gothorum Italiam tenebant, nec Romani Imperatores erant, ut Etruſcus uel Tuſcus diceretur pro eo, qui antiquitus Romanus erat, quia Etruria nobilior et celebrior pars Italiae; Romanorum uero nomen tum iis ceſſerat, qui eſſent ſub imperio Orientis. Manifeſte hoc confirmat Phocas Grammaticus, qui Virgilium in praef. ad uitam Virg. u. 22. *uatem Etruſcum* dicit, et in ipſa uita u. 5. *Tuſcam tellurem* pro Italia. Vnde nec certo affirmari poteſt, Maximianum, qui ſe Tuſcum appellet, ex ipſa Etruria ortum fuiſſe.

Inuoluit patriis Graia puella dolis.
Nam cum ſe noſtro captam ſimularet amore,
Me potius uero fecit amore capi.
Peruigil ad noſtras adſtabat nocte feneſtras,
Neſcio quid Graeco murmure dulce canens.
Nunc aderant lacrimae, gemitus, ſuſpiria, pallorque,
Et quidquid nullum fingere poſſe putes.
Sed uelut afflictam, nimium miſeratus amantem,
Effi-

6) *Graia puella* uulgatae omnes. *Graeca* V. Gr. *grata* G. *paucis grata p.* L. 7) *captam noſtro ſim. amorem* R. 8) *Me uero potius* R. Burmannus Anthol. Toth. I. p. 102. ſcribit Heinſium hic emendaſſe *uerſo fecit amore capi*, ut apud Ouid. Epiſt. XV, 167: *Nec mora, uerſus amor tetigit lentiſſima Pyrrhae Pectora.* 9) *adſtabat mane* uulgatae poſt Aleand. ſed rectius *adſtabat nocte* V. R. L. P. G. 10) *dulce ſonans* habet gloſſa in V. et Gr. 11) *Nunc aderant lacrimae, gemitus* B Pi. O. H. *Nunc gemitus lacrimae aderant* G *ſuſpiria pallor* R. Gr. G. B. *pallorque* Pi. O. H. Bip. 13) *afflicto nimium miſ. amore* B. Pi. O. H. et aliae. *afflictam n. miſ. amantem* V. R. L. P. G. *Sic uelut* R. G.

6. *patriis Gr. p. dolis)* Infra n. 93. et 81. Graias et Argiuas artes ei tribuit. Virg. Aen. II, 152: *dolis inſtructus et arte Pelaſga.*

8. *uero fecit amore capi) Verus* amor, qui ſimulato, fallaci et falſo opponitur, ut in hoc Ouidii A. A. I, 618: *Fiet amor uerus, qui modo falſus erat.*

10. *Gr. murmure d can.)* murmur de ſubmiſſo, leni et ſecreto cantu. Manil. V, 335: *ſecreta mouebit Carmina, furtiuo modulatus murmure uocem.*

13 *afflictam nim. miſeratus amantem)* Reſpexit Virgilium Aen. IV, 370: *Num lacrimas uictus dedit aut miſeratus amantem eſt?*

Efficior potius tunc miſerandus ego.

Haec erat egregiae formae, uultuſque modeſti;

Grata, micans oculis, nec minus arte placens;

Docta loqui digitis, et carmina fingere docta,

Et reſponſuram ſollicitare lyram.

Illam Sireniis ſtupefactus cantibus aequans,

Effi-

15) *egregia forma uultuſque ſereni* uulgatae poſt Aſcenſ. *egregiae formae uultuſque modeſti* V. L. P. G. 18) *pollicitate lyram* uitioſe G. 19) *Illam Sirenum* emendat Withofius p. 332. et uerſu ſeq. *inſtar Vlyſſis ego*, ut peccatum in metro deleat.

16. *Grata, micans oculis,* Auctor Epithal. Auſp. u. 47: *Blanda, micans oculis, refugit pede*

17 *Docta loqui digitis)* Intelligo de arte pulſandi lyram. Nam ſic Tibull. III, 4, 41: *Sed poſtquam fuerant digiti cum uoce locuti.* Et inſtrumentum muſicum loqui dicit Manil. V, 331: *Et quodcunque manu loquitur, flatuque mouetur.* Alias *digitis loqui* eſt ſigna dare geſtu et uibratione digitorum, quomodo Ouid. Triſt. II, 453: *digitis ſaepe eſt nutuque locutus.*

18 *Et reſponſuram ſollic. lyram.) reſpondere* lyra dici poteſt, quando ſonos reddit, quos manus pulſantis excitare ſtudet. Horat A.P. 348: *Nam neque chorda ſonum reddit, quem uult manus et mens; Poſcentique grauem perſaepe remittit acutum.* Sed quia *carmina* praeceſſerunt; malo hoc loco *reſponſuram lyram* accipere de ea, quae cantum et modulationem uocis ſequitur, eique modos et ſonos ſuos accommodat, ut Echo et ſiluae reſpondent cantanti. Virg. Ecl. X, 8. Calpurn. VIII, 74. Sic ad tibiae cantum ſaltare Appuleio eſt *molli tibiarum ſono delicatis reſpondere greſſibus,* Met. X, p. 235.

19. *Illam Sireniis)* Potuiſſet *Sirenum cantibus* ſcribere auctor; ſiquidem gna-

Efficior demens alter Vlyſſes ego.
Et quia non poteram tantas euadere moles,
Neſcius in ſcopulos et uada coeca feror.
Quid referam greſſus certa ſe lege mouentes?
Suſpenſoſque nouis plauſibus ire pedes?

Gran-

21) *At quia* coniicit Ommerenus. *tantas euadere moles* omnes uulgatae; niſi quod G. uitioſe habet *tantos --- melos. euincere moles* V. Gr. *tacitas euincere* L. 23) *Quis referat* V. R. Gr. G. *certa ſub lege* V. Gr. *ſine lege* G. 24) *nouis paſſibus ire* omnes impreſſi. ſed *plauſibus* V. Gr. L. Burmannus Anthol. T. I. p. 45. inde ait Heinſium coniecisſe *auſibus*.

gnarus peccati eius in metro fuiſſet. Claud. laud. Ser 23: *ſurdoque carina Remige Sirenum cantus tranſuecta tenaces.* Sollenne eſt ueteribus ſuauem mulierum uocem Sirenum cantui aſſimilare. Vid notata ad carmen Petronii, Tomo IV, P M. p. 303.

20. *alter Vlyſſes ego)* Male ſe alterum Vlyſſem uocat Maximianus, qui nihil minus, quam prudentiam Vlyſſis in euitandis Sirenum ſcopulis imitatus eſt, imo ipſum eius nomen ad ſcopulum metri adhaerere fecit. Alioquin *alter Vlyſſes* prouerbio dicitur homo uafer et callidus. Vnde Varro in Satyris ſuis *Seſculyſſem* quaſi ſeſqui --- Vlyſſem, ſiue Vlyſſem unum integrum et dimidium dixit, pro ſumme aſtuto, ac ueteratore plane expolito. Plin. praef. ad Hiſt. nat.

23. *certa ſe lege mouentes*, certo motu et aequali menſura paſſuum. Petron. cap. 126: *inceſſus tute compoſitus, et ne ueſtigia quidem pedum extra menſuram aberrantia.*

24 *Suſpenſoſque nouis plauſibus ire ped.)* Malui *plauſibus* e codd. mſptis dare, quam *paſſibus*, quia greſſus modo nominauit, et hic de inceſſu ſermo eſſe uidetur ad ritum ſaltandi compoſito, quando pede mox ſuſpenſo mox apploſo ingrediebatur. Alias

cho-

Grande erat, inflexos gradibus numerare capillos,
Grande erat in niueo pulla colore coma.
Vrebant oculos durae ſtanteſque papillae,

Et

26) *pulchra colore* omnes impreſſi. *pulla colore* V. *pulſa* P. Schraderus praefat. ad Emend. p. 56, aſſerit *pulla*, idque duobus mſptis confirmari ait. 27) *ſtantes duraeque pap.* V. L. G. *rigidaeque* pro gloſſa V.

choreis aptus pedum plauſus. Virg. Aen. VI, 644: *Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt.*

25. *Grande erat*, dignum mea cura opus uidebatur, in magno negotio id habebam. *inflexos gradibus numerare capillos*, i. e. numerare capillorum inflexos orbes ſiue cincinnos, qui in ordines circum caput compoſiti ad uerticem uſque quaſi gradibus aſcendebant. Iuuenal. VI, 503: *Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum Aedificat caput.* Claud. de nupt. Hon. u. 104: *ſed tertia retro Dat uarios nexus, et iuſto diuidit orbes Ordine.* Sueton. Ner. c. 51: *Circa cultum habitumque adeo pudendus, ut comam ſemper in gradus formatam, peregrinatione Achaica etiam pone uerticem ſummiſerit.* Vid. Hadr. Iunius de Coma, cap. 7.

26. *in niueo pulla colore coma)* Ouid. Am. II, 4, 41: *Seu pendent niuea pulli ceruice capilli.*

27 *durae ſtanteſque papillae)* Broukhuſius ad Propert. II, 12, 21, ſcribit Maximianum hoc loco in animo habuiſſe uerſum Lucilii, qui apud Nonium u. *Stare* extat: *Hic corpus ſolidum inuenies, hic ſtare papillas Pectore marmoreo.* Sunt autem *ſtantes papillae* corporis ſolidi uegetique iuuencularum, quemadmodum *iacentes* uel *pendentes mammae* uetularum. Vid. not. noſtr. ad Moretum, u. 34. Praeterea Burmann. ad Anthol. Tom. I. p. 516 et 648.

Et quas adſtringens clauderet una manus.
Ah quantum mentem ſtomachi fultura mouebat,
Atque

28) *inſtringens* V. Gr. 29) *O* uel *Ha* V. L. *Heu quant.* R. *Ha qu.* G. *ſtomachi factura* R.

28 *clauderet una manus)* Sublegiſſe hoc Martiali uidetur, XIV, 134: *Faſcia, creſcentes dominae compeſce papillas, Vt ſit, quod capiat noſtra tegatque manus.* Conf. Ouid. Am. I, 5, 20. Verbo *conſtringere* utitur auctor Epithal. Laur. u. 82

29 *mentem ſtomachi fultura mou.)* Manifeſte exprimere uoluit Horatium Serm. II, 3, 154: *Deficient inopem uenae te, ni cibus atque Ingens accedat ſtomacho fultura ruenti.* Sed *fultura ſtomachi* Horatio eſt ciborum copia, quibus impletur et fulcitur ſtomachus. nam ſic et alii loquuntur de cibo, ut Lucret. IV, 865: *Propterea capitur cibus, ut ſuffulciat artus.* Maximianus alieno ſenſu ſtomachum accepit de parte pectoris, cui ſubiacet ſtomachus, nam ſequente uerſu *pectus* ipſum nominat. Nec inſulſum adeo uideri debet, ſtomachum pro pectore poſitum, cum etiam *pectus* pro *ſtomacho* poſitum uideatur in illo Horatii A. P. 337: *Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.* Nam probabile eſt, hic metaphoram duci a ſtomacho, qui cibis oppletus nauſea commouetur, ut reiiciat, quae abundant. Iam *fultura ſtomachi* Maximiano eſt pars uentris tumidior, quae pectori ſubeſt, quae bene farta, plena et carnoſa, quaſi tomento pectus imminens ſuſtinet; quemadmodum *fulciri* toro, ceſpite, pulmino dicuntur, qui inſident. Simili uocabulo *fulmenta* i. e. fulcimenta, utitur Focas Grammat. in uita Virgilii, u. 27: *Terra miniſtrauit flores, et munere uerno Herbida ſuppoſuit puero fulmenta uireſcens.* Laudare igitur Maximianus in puella uult corpus habitius et ſucculentum, quando aluus pectori

Atque ſub exhauſto pectore pingue femur.
Vrebar teneros adſtringere fortiter artus,
  Viſa per amplexus oſſa ſonare meos.
Grandia, clamabat, nimium me brachia laedunt:
Non

31) *Vrebar teneros* B. Pi. O. H. Bip. *Terrebar* L. G. *Tenebant* R. *Horrebam ten.* V. Gr. 33) *clamabam, nimium me.* Pi.

ctori ſubiecta paullum turget et prominet, quae contra in macilentis et ſeniculis reductior eſt, pectore magis propendente. Auctor Moreti u. 34: *Pectore lata, iacens mammis, compreſſior aluo.* Ouidius Met VIII, 805, de Fame: *Ventris erat pro uentre locus: pendere putares Pectus*

30. *ſub exhauſto pectore pingue femur.*) Imitari haud dubie uoluit Ouidium, qui Am. I, 5, 21: *Quam caſtigato planus ſub pectore uenter! Quantum et quale latus, quam iuuenile femur!* Sed Ouidio *caſtigatum* pectus eſt compreſſius, ſtrictius, Maximianus *exhauſtum* dicit, quod perperam accepit I. C. Scaliger in Hypercrit. cap. VII, totum hunc uerſum reprehendens: *Non eſt*, inquit, *femur ſub pectore; neque pectus exhauſtum probaueris, quaſi phthoë laboret.* Sed *exhauſtum* Maximiano eſſe uidetur finitum, extremum, deſinens, ut *exhauſta pericula* i. e. finita, Maro et Ouidius dicunt, *exhauſti fati tempora* Statius Silu. III, 5, 40, i. e uitae paene finitae Idem Theb. II, 37: *Illic exhauſti poſuere cubilia uenti*, i e, ſpirare deſinentes. *Femur* pectori ſubiicere auctor uidetur tantum ex imitatione Ouidiana, et quia uentris iam mentionem fecerat.

31. *Vrebar adſtringere*, i. e. ardenter cupiebam adſtringere. Sic Calpurn. X, 56: *raptantur amantes Concubitu Satyri fugientes iungere Nymphas*, i. e, currentes properant iungere.

Non tolerant pondus ſubdita membra tuum.
Dirigui, quantuſque fuit calor oſſa reliquit,
Et nata eſt uenae cauſſa pudenda meae.
Non ſic lac tenerum permixta coagula reddunt:
Non

Pi. Han. Amſt. Bip. *clamabat* A. B. O. *clamabat tua ſunt, quae* uel *me br. l.* V. Gr. P. *me brachia l.* G. *clamabat tua me nunc brachia laed.* R. L. *clamabat* legendum eſſe, etiam uiderunt Withofius et Ommerenus.

34) *Non tulerant* P. G. *membra ſuum* P. 35) *calor oſſa reliquit* uulgatae poſt Aſcenſ. at mſpti cum uetuſta Germ. *calor ille receſſit.* in his *color* habent R. et G. 36) *Et data eſt* R. *ueniae cauſa* omnes uulgatae poſt Aſc. ſed *uenae* omnes mſpti cum uetuſta Germ. 37) *Non ſic lac tenerum* B. Pi. O. et aliae. *Non lac ſic ten.* R. G. *Nec lac ſic* L. *Et lac ſic* P. *commixta coag.* V. Gr.

34. *Non tolerant pondus*) Horat. C. II, 5, 4: *non tauri ruentis in Venerem tolerare pondus.*

35 *Dirig qu. f. calor oſſa reliquit.*) Verſus fere totus Virgilianus, Aen. III, 308: *Dirigui uiſu in medio: calor oſſa reliquit.* Imitatio Virgiliana facit, ut hanc lectionem praeferam alteri, quam mſpti habent: *calor ille receſſit*, quaeque forſan ex uerſu 49. huc relata eſt.

36. *uenae cauſſa pud.*) *cauſſa*, noxa, uitium, languor *uena* pro inguine, quod intelligi ex hoc Horatiano poteſt, Serm. I, 2, 33: *Nam ſimul ut uenas inflauit tetra libido.* Sed conf. in primis Perſius VI, 72. Martial. VI, 49, 2. XI, 16, 5.

37. *Non lac ſic ten. perm. coagula red.*) Ouid. Faſt. IV, 545: *liquefacta coagula lacte.* Languorem et inertiam uenae, quam expertus eſt, comparat cum lactis coagulo, et ſpuma liquoris, quae ſunt ſollennia mollitiae et leuitatis ſymbola. Ouid. Met. XIII, 796: *Mollior et cycni plumis, et lacte coacto.* Colum. X, 397: *Mollior infuſo calathis modo lacte gelato.* Martial. VIII, 64, 8: *Vin-*

Non liquidi mollis ſpuma liquoris erit.
Succubui, fateor, Graiae tum neſcius artis:
  Succubui Tuſca ſimplicitate ſenex.
Quae defenſa ſuo, ſuperata eſt, Hectore, Troia:
  Vnum non poterat fraus ſuperare ſenem?
Muneris iniuncti curam ſtudiumque reliqui.
  Deditus imperiis, ſaeue Cupido, tuis.
Ne memorare pudet tali me uulnere uictum,
  Subditus his flammis Iupiter ipſe fuit.

Sic

38) *Non liquidi* G. *mellis ſpuma* uulgares edit. omnes. *mollis ſpuma* Gr. L. G. quod rectius eſt. non enim de melle ſermo eſt, ſed de cuiuſuis liquoris molli ſpuma. 39) *Succ graiae fateor nunc n. a.* L. *Succ. fateor nunc artis neſcius ipſe* G. *tunc neſcius* Gr. 41) *Qua defenſa* omnes quidem ſcripti et excuſi. ſed legendum uidetur *Quae defenſa*. 42) *Vnde non p. fr. ſup. fidem* L. *exſuperare ſenem* R. 43) *Muneris inuicti* omnes impreſſi. *Mun. adiuncti* V. Gr. *iniuncti* correctum in V. et L. Ommerenus etiam coniicit *iniuncti* uel *indicti*, uel ſimile quid. 44) *Editus imp.* G. *ſepe Cup.* R. 46) *Subiectus fl.* L.

Vincas mollitie tremente plumas, Aut maſſam modo lactis alligati. Caeterum non ſine nequitia delegiſſe haec ſimilia uidetur auctor male iocoſus

41. *Quae defenſa ſuo caet.*) Senſus eſt: Tota Troia ſuperata eſt, quamquam firmiſſimum praeſidium habuit in Hectore ſuo, qui eam diu defendit; multo magis igitur unus ſenex, qui ego ſum, fraude circumueniri et ſuperari potuit De Hectore defenſore Troiae uide locos ueterum, quos adduximus ad Pentadii Tumulum Hectoris, Tomo III. P. M. p. 277 ſeq.

43. *Muneris iniuncti*, i. e. legationis mandatae.

Sic mihi prima quidem nox affuit, et ſua ſoluit
Munera grandaeuo uix ſubeunda uiro.
Proxima deſtituit uires, uacuuſque receſſit
Ardor, et in Venerem ſegnis ut ante fui.
Illa, uelut proprium repetens infeſta tributum,
Inſtat, et increpitans, Debita reddis? ait.
Sed nihil hic clamor, nil ſermo mitis agebat:
Quod natura negat, reddere nemo poteſt.
Erubui ſtupuique: omnes uerecundia motus
Abſtulit, et blandum terror ademit opus.

Con-

47) *Sed mihi* V. L. G. *et mihi* Gr. *quondam nox affuit omnia ſoluit* R. *et ſua fallit* Mun. *grand. uix adeunda uiro.* G. 50) *ut ante fuit.* V. Gr. 51) *proprium ſoluens.* R. 55) *ſtupuique mihi uerec.* V. Gr. *ſtupui, quia tunc uerec.* L. *ſtupuique ego uer.* G. 57) *flagrantia membra.* V. R. Gr. L. ſed praeferenda eſt uulgata lectio *frigentia.* Vid. u. 60.

49. *uacuuſque receſſit Ardor)* uanus et iners ſucceſſu caruit. Ouid. Met. VII, 786, de cane feram perſequente: *ſimiliſque tenenti non tenet, et uacuos exercet in aëra morſus.*

50. *in Venerem ſegnis)* Virg. Aen. XI, 735: *At non in Venerem ſegnes, nocturnaque bella.* Idem Georg. III, 97: *Frigidus in Venerem ſenior.*

55. *omnes uerecundia motus Abſt.)* *Motus Veneris* dicit Ouid. Am. II, 10, 35 Pariter pudorem terroremque ſibi nocuiſſe queritur Ouid. Am. III, 7, 36: *Huc pudor acceſſit: facti pudor ipſe nocebat; Ille fuit uitii cauſſa ſecunda mei.* Plura ex hac elegia Ouidii de impotentia ſua querentis repetiit Maximianus, quae deinceps citatis tantum locis indicabimus.

Contrectare manu coepit frigentia membra,
Meque etiam digitis ſollicitare ſuis.
Nil mihi torpenti, nil tactus profuit illis,
Reſtitit in medio frigus ut ante foco.
Quae te crudelis rapuit mihi femina? dixit:
Cuius ab amplexu feſſus ad arma redis?
Iurabam curis animum mordacibus uri;
Nec poſſe ad luxum triſtia corda trahi.
Illa dolum credens: Non falles, inquit, amantem,

Plu-

57) *flagrantia membra.* V. R. Gr. L. ſed praeferenda eſt uulgata lectio *frigentia* Vid. u. 60. 59) *nil tactis profuit illis* A. B. Pu. Pi. et aliae. *tactus* profuit *illis* Bip. et aliae. *nil tactus pr. ullus.* V. R. Gr. L. 60) *Perſtitit* V. R. Gr. G. *thoro* pro *foco.* V. et *toro* legendum putat Burm. Anthol. Tom. II p. 556. 62) *Eius ab ampl.* G. *ad amplexum* Gr. 63) *mordacibus angi.* P. 65) *non falles inquit amorem* B. Pi. O. H. Bip. *inquit nunc fallis amorem* L. *inquit me fallis amantem* V. *non, inquit, fallis amantem.* R. G.

58. *dig. ſollicitare ſuis)* Ouid. Am. III, 7, 74.

60. *Reſtitit*, remanſit, perſeuerauit. Vid. El. II, 27. In *medio foco* partem illam mediam ſignat, in qua maxime calet Venus. Conf El I, 84. In eo *frigus* reſtitiſſe dicit, quemadmodum focus ipſe *algere* dicitur, in quo nullus ignis accenſus. Martial. VIII, 67, 8.

62. *feſſus ad arma redis.*) Ouid. l. c. u. 80.

63 *curis animum mordae.*) Horat. C. I, 18, 4: *neque Mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines.* Virg. Aen I, 261: *quando haec te cura remordet.*

64. *Nec poſſe ad luxum*, i. e. libidinem et laſciuiam, Vid. El. II, 69.

65. *Non falles, inquit, amantem)* Virg. Aen. IV, 296:

Plurima coecus amor lumina ſemper habet.
Quin potius placito noli unquam parcere ludo,
Proiice triſtitias, et renouare iocis.
Obtundunt ſiquidem curarum pondera ſenſus:
Intermiſſa minus ſarcina pondus habet.
Tunc egomet toto nudatus corpore lecto,
Effuſis lacrimis talia uerba dedi.
Cogimur heu ſegnes crimen, uitiumque fateri,

Ne

66) *certus amor.* V. Gr. G. 67) *Quin etiam tacito* R. *placido* quidem pleraeque edd ſed *placido* uidetur rectum eſſe, quod G habet. 68) *et renouere iotis.* A. B Pi. O. Pu. *renouare iocis* R. Bip. et aliae. *renouare ioco* V. L. *iocos* Gr. G. 69) *Obtendunt* uel *Offendunt ſiquid.* V. *Obtundunt ſiquid* Gr. *Obtundunt equidem* R. *Oſtendunt ſemper curarum pondera ſenſus* G. 71) *Nunc egomet* L. *Tunc ego de toto* G. *toto nudato corp.* V. Gr. 73) *heu ſenes* R.

296: *At regina dolos (quis fallere poſſit amantem) Praeſenſit.*

66. *Plurima c. am. lumina ſ. habet.*) Ouid. Am. III, 4, 20: *Centum fronte oculos, centum ceruice gerebat Argus, et hos unus ſaepe fefellit Amor.* Idem Met IV, 68: *Quid non ſentit amor, primi ſenſiſtis amantes.*

69. *curarum pondera ſenſus*) *Pondus curarum* aliquoties dixit Statius, ut Theb. IV, 39. IX, 575. Et Lucretius quamlibet curam et anxietatem *animi pondus* nominat, lib. III, 1067: *Si poſſent homines, proinde ac ſentire uidentur, Pondus ineſſe animo, quod ſe grauitate fatiget,* caet.

70. *Intermiſſa ſarcina,* depoſita ad tempus. Ouid. ex Pont. III, 7, 14: *Iam tibi ſentiri ſarcina nulla poteſt* Seu Sanctus carm. bucol. u. 10: *Et diuiſa minus ſarcina ſit grauis.*

Ne meus exſtinctus forte putetur amor.
Me miſerum cuius non eſt culpanda uoluntas,
Iudicor infelix debilitatis ope.
En longo confecta ſitu tibi tradimus arma,
Arma miniſteriis quippe dicata tuis.
Fac quodcunque potes, nos cedimus: hoc tamen ipſe
Grandior eſt hoſtis, quo minus ardet amor.
Protinus Argiuas admouit turpiter artes,
Meque cupit flammis uiuificare ſuis.

Aſt

75) *Me dico miſerum non eſt culpanda uoluptas.* G. omnes praeterea libri ſcribunt *uoluptas.* ſed *uoluntas* ſententia requirit. 76) *Venditor inf.* V. Gr. *Venditor* G. 77) *En longa confecta ſiti tibi credimus arma.* G. 78) *quippe ditata meis.* G. 79) *Fac quaecunque potes. tibi credimus haec tamen ipſe* G. *tibi ceſſimus.* V. R. Gr. L. *hic tamen ipſe* L. 81) *Protinus argutas.* G. 82) *Me cepit* V. Gr.

75. *non eſt culpanda uoluntas)* Ouid. ex Pont. III, 4, 79: *Vt deſint uires tamen eſt laudanda uoluntas.*

76. *Iudicor infelix*) Petron. c. 134: *Nunquam tu hominem tam infelicem uidiſti* caet. infelices uocari ſolent, quibus Venus non eſt propitia.

77. *confecta ſitu t. tr. arma.*) Tibull. I, 10, 50: *triſtia duri Militis in tenebris occupat arma ſitus.* Ouid. Faſt. IV, 928: *inquinat arma ſitus.*

81. *Argiuas turpiter artes*) Graecas, Theſſalicas, magicas, ueneficia, medicamina, quibus et faſcinum auertere, et excitare languentem Venerem uolebant. Exempla paſſim leguntur. Tibull. I, 2, 42 ſeqq. 8, 17 ſeqq. Ouid. A. A. II, 415 ſeqq. Petron. c. 138. *Haemonias artes* uocat Ouid. A. A. II, 99.

Aſt ubi dilecti perſenſit funera membri,
Nec uelut expoſitum ſurgere uidit onus,
Erigitur, uiduoque toro laniata recumbens,
Vo-

83) *Perſenſit* uel *praecepit* V. praeſenſit R. 84) *uidit opus* omnes quidem libri habent, ſed *onus* et certa coniectura reſcribendum putaui. Vid. not. 85) *lacrimata rec.* P. *laniata capillos* L.

83. *Aſt ubi dil. perſenſit funera membri)* Expreſſit Ouid. Am. III, 7, 75 Ibid. u. 65: *Noſtra tamen iacuere uelut praemortua membra.* Petron. c. 129: *funerata eſt pars illa corporis, qua quondam Achilles eram.* Conf. ſupra El. I, 112.

84. *Nec uelut expoſitum ſ. u. onus)* deſperatum, abiectum et derelictum ſine ſpe ſalutis. ductum a ritu exponendi aegros et affectos in templo Aeſculapii, cuius meminit Sueton. Claud. c. 25 Hoc ſenſu iterum adhibet noſter u. 103; ſed qui praeter illum ſic dixerit, ſcio neminem. Alii Romani *depoſitos* uocant deſperatos, et alludunt ad ritum funebrem, quo moribundi deponebantur in terra, ut extremum ſpiritum redderent terrae, et tum conclamari ſolebat. Sic Virg. Aen. XII, 395: *Ille ut depoſiti proferret fata parentis,* caet. et Ouid. ex Pont II, 2, 47: *Iam prope depoſitus, certe iam frigidus, aegre Seruatus per te, ſi modo ſeruor, ero.* Quod uulgatae editt. habent, *opus* defendi quidem poteſt ex u. 56. ſed omni ratione aptius grauiuſque uidetur, quod Cl. Ommereuus iam cenſuit, *onus*, i. e. truncum, inanime, immobile corpus. Confirmant hoc plures dictiones, quas Ouidius in Elegia ſaepius citata uſurpat quam totam reſpexit et imitatus eſt hic improbus nugator, ut u 4: *Sed iacui pigro crimen onuſque toro*, et u. 15, 16: *Truncus iners iacui, ſpecies et inutile ſignum: Nec ſatis exuctum, corpus an umbra forem.*

Vocibus his luctus et ſua damna fouet:
Mentula feſtorum cultrix operoſa dierum,
Quondam diuitiae, deliciaeque meae.
Quo te deiectam lacrimarum gurgite plangam?
Quae de tot meritis carmina digna feram?
Tu mihi flagranti ſuccurrere ſaepe ſolebas,
Atque aeſtus animi ludificare mei.
Tu mihi per totam cuſtos gratiſſima noctem,
Conſors laetitiae triſtitiaeque meae:
Conſcia ſecreti ſemper fidiſſima noſtri,
Adſtans in noſtris peruigil obſequiis,

Quo

86) *mouet* uel *fouet* V. *ſonet* G. 87) *fauſtorum* et *feſtorum* L. 88) *deliciae diuitiaeque* L. P. 89) *Quo me deiectum* G. *deiectum* uel *deuectam* V. *dilectam* R. 94) *triſtitiae laetitiaeque* L. 96) *Aſtans aeternis* V. Gr. *Aſtans interius.* G.

89. *lacrimarum gurgite pl.)* Frigida hyperbole, quam non puto ab alio meliorum poëtarum uſurpatam. Quanto modeſtius Ouidius Met. XI, 655: *et humectat lacrimarum gramina riuo*, idque in fabula, qua Byblin in fontem mutatam narrat. *Gurgitem curarum* idem dixit ex Pont. I, 3, 13, ſolam copiam et perennitatem ſignificans.

92. *ludificare* uidetur eſſe in ludum uertere, laceſſere per ludum et fallere.

96. *Peruigil obſeq.* aſſidua, pernox, tota nocte officioſa. *obſequiis*, ut ſupra u. 78. *miniſteriis* Sic *peruigiles labores* infra u. 139, per noctem tolerandi, *peruigiles tibiae* apud Claudian. in Feſcenn. quae tota nocte canunt. Similiter Propertius II, 18, 24, *tota nocte officium ſuum ualere* ait.

Quo tibi feruor abit, per quem feritura placebas?
Quo tibi criſtatum uulniferumque caput?
Nempe iaces nullo, ut quondam, ſuffuſa rubore:
Pallida demiſſo uertice nempe iaces.
Nil tibi blanditiae, nil dulcia carmina proſunt,
Non quidquid mentem ſollicitare ſolet.
Sic uelut expoſito meritam te funere plango,
Occidit, aſſueto quod caret officio.
Haec ego cum lacrimis deducta uoce canentem

Irri-

67) *Quo te feruor habet* G. *perquem mihi ſaepe plac.* L. *peritura pl.* P. reliqui omnes *feritura*, quod licet metri uitio laboret, dictioni tamen Maximiani conueniens eſt. Conf. u. 131 et 134. 98) *uulnificumque* V. Gr. L. P. *munificumque* G. 99) *perfuſa rubore* V. Gr. *perfuſo rub.* G. 100) *namque iaces.* L. 102) *Nec quicquid* Gr. L. G. *letificare ſolet* G. 103) *Nunc uelut* V. *Nec uelut* Gr. *Hic uel.* R. L. *merito te* R. G. *plangam* G. 104) *aſſiduo quod* uulgatae. *aſſueto quod* V. R. Gr. P. G. *aſſueto qui* L. 105) *Hanc ego* V. R. Gr. L. G. *nocte et uoce* L.

101. *Nil tibi blanditiae)* Ouid. Am. III, 7, 11 et 55.

103. *Sic uelut expoſito)* Vid. u. 84.

105. *deducta uoce canentem)* Bene hic contulit Cl. Ommerenus locum Propertii II, 24, 38: *Et mea deducta carmina uoce legis.* Nonius in *Deductum* uocem deductam explicat *diminutam*, *ſuppreſſam*, et apponit locum Lucilii lib. XXX: *Deducta tunc uoce leo, Cur tu ipſa uenire Non uis huc?* Sigillatim muliebrem uocem; ut hic, ſignificari docet locus Pomponii, a Macrobio Sat. VI, 4, productus: *Vocem deducas oportet, ut mulieris uideantur uerba. Iube modo afferatur unus, ego uocem reddam tenuem et tinnulam.*

Irridens, dictis talibus increpui:

Dum defles noſtri languorem femina membri,

Oſtendis morbo te grauiore premi.

Vade, inquam, felix ſemper felicibus apta,

Et tibi cognatis utere Deliciis.

Illa

107) *Quid defles* L. 109) *Vade inquam.* Hic uerſus cum 110 et 11. in codice R. deſiderantur, contra inſeruntur poſt uerſum 124. ſic mutati et interpolati: *Erige dulce caput ſolitaſque recollige uires, Et tibi cognatis utere deliciis. Salue inquam felix ſemper felicibus apta, Et de cognatis utere deliciis.* In cod. L. diſtichon hoc loco abeſt, ſed ſubiicitur poſt uerſum 122. et in uetuſta Germ. poſt u. 124. *Salue inquam* L. *Vale inquit* G. *Vade modo* Gr. 110) *Vtere cognatis utere del.* V. B. Pi. O. Bip. *Et tibi cognatis* R. Gr. P. G. *En tibi cogn.* L.

nulam. Petitum autem hoc uidetur a lana in filum tenue deducta et diminuta. Vnde recte Heynius V. C. ad Virg. Ecl. VI, 5, *deductum carmen* explicat *tenue*, ut paſtoritium, quia plenius hoc eloquitur Horat. Epiſt. II, 1, 225: *tenui deducta poëmata filo.* Nonius l. c. *deductum carmen*, interpretatur *molle* et *ſuaue*, quod quidem ad ſententiam Virgilii proxime non facit, de alio tamen carmine ualere poteſt, quod molliter procedit, quaſi filum ex molli et ſequaci lana, facili opera nec inuita Minerua ductum. Quo ſenſu accepiſſe uidetur Ouid. ex Pont. I, 5, 13: *luctor deducere uerſum, Sed non fit fato mollior ille meo.*

109. *ſemper felicibus apta)* iis tantum, ut uideris, apta, qui Venere ſemper proſpera utuntur, nunquam ceſſant.

110. *tibi cognatis utere deliciis)* i. e. tibi conuenientibus, propriis, tua libidine dignis. *fruere uotis uſque ad inuidiam felicibus*, ut loquitur Petron. cap. 11. Sed ſuſpicor, per *delicias* hic potius intelligendos eſſe ſeruos uel pueros delicatos de Alexandria

 ple-

Illa furens: credo, neſcis, quod, perfide, dixi,
Non fleo priuatum, ſed generale chaos.

Haec

111) *Illa furens, credo quod neſcis, perfide, dixit.* ſic uulgatae: *neſcis ut credo perfide* V. G. *neſcis ut cerno* P. et V. pro gloſſa. *dixit ut credo perfide neſcis.* L. In omnibus hiſce uariationibus uerba manent confuſa, ut ſententiam, quam debent, non efficiant. Puto *dixit* mutandum eſſe in *dixi*, et uerba ſic ordinanda: *Illa furens*, (ſcil. ait) *credo quod dixi, perfide, neſcis.* uel ſic: *credo, neſcis, quod, perfide, dixi.* 112) *priuatum* omnes impreſſi antiquiores. *priuatim* Amſt. Bip. et fortaſſe aliae. *generale malum* uel *chaos* V. *malum* Gr.

plerumque emtos, qui iocis et cantibus et arguta dicacitate dominis delicias faciebant, ab iis ſaepe improbe amati, et ſingulariter *Deliciae* uocabantur. Quinctil. Inſt. or. I, 2, 7. Statius Silu. V, 5, 67. Petron. cap. 31. His utendum eſſe puellae libidinoſae, mordaci ioco ſuadet Maximianus, tanquam *ei cognatis*, h. e. quod pari aetate, conditione, nequitia, garrulitate eſſent, atque ipſa, quae cantu et fidibus oblectare docta, forte in idem miniſterium emta ex Syria erat, ut pueri ex Alexandria, qui et ſubinde cum Syris fidicinis coniunguntur, ut a Capitolino in Vero cap. 8. Sic in fragmento Petronii, quod Tomo III. p. 72. produximus *famuli* uel ſerui *cognata faece ſepulti* dicuntur, qui in faece uel turba uiliſſima ſimilium hominum latent.

112. *ſed generale chaos)* Etſi quidam codices legunt *generale malum*, dubium tamen non eſt, quin pro gloſſa hoc appoſuerint uerbum librarii, qui, quid chaos hic ſignificare poſſet, non perſpiciebant. Et omnino, quid eo uerbo uoluerit auctor, obſcurum eſt, niſi in ſubſidium uocemus locum Ouidii A. A. II, 467 ſeqq. qui poſtquam diſcordiam et iras amantium dixit ſaepe optime componi petito concubitu, tum illuſtrat hoc memorata primitiua illa omnium

Haec genus humanum, pecudum, uolucrumque ferarumque,

Et quicquid toto ſpirat in orbe, creat.

Hac ſine diuerſi nulla eſt concordia ſexus:

Hac ſine coniugii gratia ſumma perit.

Haec geminas tanto conſtringit foedere mentes,

Vnius ut faciat corporis eſſe duos.

113) *ferarumque* B. Pi. O. Amſt. Bip. *ferarum* R. Gr. G. 117) *tanto conſtr.* uulgatae omnes. *toto* uel *tanto* V. Gr. *tacito* R. *ſtante* et *toto* L. 118) *ut facias* R. *eſſe duas* L.

um rerum diſcordia, quam dixerunt Chaos, quo ſublato, et partibus uniuerſi omnibus in certum ordinem redactis, cum genus humanum terras pro ſede ſortitum eſſet, hoc tamen rude admodum initio et ſuis tantum uiribus confiſum diſſediſſe a ſe, et ſolis in agris erraſſe, donec blanda uoluptas et amor truces animos leniret, atque in unum coire locum doceret. Hinc ideam iſtam concepit auctor, ut *generale chaos* diceret rudem omnium animantium diſcordiam et infoecundam rerum uaſtitatem, quae futura eſſet, niſi diuerſorum ſexuum fieret coniunctio. Pro ſterili et deſerto loco *chaos* poſuit Petron. bell. ciu. u. 74: *Sed chaos, et nigro ſqualentia pumice ſaxa* caet.

115. *nulla eſt concordia ſexus)* Petitum ab Ouidio A. A. l. c. u. 463: *Illic* (in concubitu) *depoſitis habitat Concordia telis: Illo, crede mihi, Gratia nata loco eſt.*

118. *Vnius ut faciat corporis eſſe duos)* Quid hoc? notum illud σώματα μὲν δύω, ψυχὴ δὲ μία. Vid. Ouzel. ad Minuc. p. 41. an *pectoris?* de re ipſa u. Valckenar ad Eurip. Hippol. u. 195 et 273. OMMER. Minucii locus eſt Octauii cap. 1: *crederes unam mentem in duobus fuiſſe diuiſam.* Verba ea, ut et

Pulchra licet, pretium, ſi deſit, femina perdit,
  Haec ſi defuerit, uir quoque turpis erit,
Haec ſi gemma micans rutilum non conferat aurum,
  Aeternum fallax mortiferumque genus.
Tecum pura fides, ſecretaque certa locantur,

O

119) *Pulchra licet deſit pretium ſi femina perdit* G. qua lectione ſenſus turbatur. Withoſius p. 332. lectionem uulgatam ſic diſtinguendam putat: *Pulchra licet, pretium, ſi deſit, femina perdit.* Sed ita iam diſtinguunt edd. B. et O. Withoſius tamen mallet *ſine tali*, ſi liceret. 121) *gemma* uel *mamma* V. *conterat aurum* B. Pi. O. Bip. *conferat* Gr. L. G. *conferet* V. 122) *Aeternum fallit*, uel *eſt fallax multum* V. *fallit* Gr. G. *Extremum fallax* R. 123) *ſecretaque certa loquuntur* B. Pi. O. Bip. *cuncta loq.* V. *certa ſequuntur* G. *cuncta locantur* L. quod optimum eſt.

Graecum prouerbium ab Omnereno allatum, de arctiſſima amicitia agunt, quae eſt ea animorum coniunctio, ut una mens in duobus corporibus uideatur. Maximianus uero loquitur de coniugio, quod non animorum modo, ſed et corporum infert copulam. Haec copula autem quia conſenſionem animorum pro fundamento habet, hinc recte Maximianus coniugium dicit tanto mentes foedere conſtringere, ut duo diuerſi ſexus homines unius corporis eſſe faciat; quae formula adeo in libris ſacris et a ſcriptoribus eccleſiaſticis uſurpata eſt.

121. *rutilum non conferat aurum)* non coniungatur cum auro.

122. *fallax mortiferumque genus* ſcil. ſit, uel erit, i. e. fallet, deficiet et intercidet generatio.

123. *pura fides ſecretaque certa locantur.)* Haec uera et certa lectio eſt, quam unicus ſeruauit cod. Lun. quamque ſequens uer-

O uere pretium, fructiferumque bonum!
Cedunt cuncta tibi, quodque eſt ſublimius, ultro
Cedunt imperiis maxima ſceptra tuis,
Nec ſubiecta gemunt, ſed ſe tibi ſubdere gaudent:
Vulnera ſunt irae proſperiora tuae.

Ipſa

124) *O uere noſtrum* V. Gr. G. *fructif. genus* V. 126) *maxima quaeque* B. Pi. O. H. Bip. et aliae. ſed *quaeque* nihil ſublimius infert, quam quod ante poſuit, *Cedunt cuncta tibi.* Igitur longe melior lectio *maxima ſceptra*, quam habent V. Gr. L. G. 127) *Nec ſubtracta gem.* B. Pi. O. et aliae. *Haec ſubtr.* R. *Nec ſubiecta* V. Gr. P. L. G. *ſe ſe ſibi ſubdere* R. G. *ſubdita gaudent* V. Gr. L. 128) *poſteriora tuae* Amſt. Bip. et fortaſſe aliae recentiores habent. ſed omnes ſcripti, et editiones antiquiores A. B. Pu. Pi. O. Han. exhibent *proſperiora.*

uerſus minor ſatis confirmat. *locare* dixit, quod Horat. S. I, 2, 13, *ponere in foenore nummos.* Locautur, inquit, per illud concubii ſecretum, ut appellat Gellius IX, 10, bona fide committuntur, et quaſi ſub pignore deponuntur certa ſecreta ſenſuſque animi, quae mutua fides et beneuolentia tuto ſeruet, atque adeo cum foenore reddat. Similitudine hac alia in re uſus eſt Claud. de Conſ. Mall. u. 183: *Collectamque diu, certis utcunque locatam Sedibus, in dubium patiar deponere famam.* De ſecreto commercio coniugum paria ſignificat Claud. Feſcenn. 4, 16: *Adſuirate nouam pectoribus fidem, Manſuramque facem tradite ſenſibus.*

124. *O uere pretium caet.*) O bonum, quod uere dicas pretium ſiue foenus bene collocatum, et ſuos fructus laturum!

128. *Vulnera ſunt irae proſperiora tuae*) *Iram* de congreſſione, lucta, ardore

Ipſa etiam totum moderans ſapientia mundum,
  Porrigit inuitas ad tua iura manus.
Sternitur icta tuo uotiuo uulnere uirgo,
  Et perfuſa nouo laeta cruore iacet.
Flet tacitum, ridetque ſuum laniata dolorem,
  Et percuſſori plaudit amica ſuo.
Non tibi ſemper iners, non mollis conuenit actus,
  Mixtaque ſunt ludis fortia facta tuis.
Nam nunc ingenio, magnis nunc uiribus uſa,
  Nunc his quae Veneri ſunt inimica malis.

Nam

130) *Porrigit inuitas* R. Pi. Han. Bip. *inuictas* V. Gr. L. A. *iniunctas* G. *tua iuſſa* V. R. Gr. L. *ſua iuſſa* G. 132) *Et percuſſa* omnes impreſſi, quod tamen ταυτολογεῖν uidetur, quia praeceſſit *icta*. Igitur melius *perfuſa* V. R. L. 133) *Flet tantum* B. Pi. O. H. Bip. *Flet tacitum* V. Gr. quod melius puto, idque facillime corrumpi in *tantum* potuit. *Flet tacite* G. *laniata pudorem* L. 135) *conuenit ictus* G. 137) *ingènio magno* V. *nunc magna uiribus uſa es* G. 138) *quae iuueni* uulgatae pleraeque. *quae Veneris* V. Gr. G. ſcribo *Veneri*. Plane corrumpit hunc uerſum L: *Non quidem in penis non es amica malis.*

dore pugnantium ſaepe dicit Statius, ut Theb. VI, 746: *ſimili ſtantem miratus in ira*. Plura dabit Barth. ad Theb. IX, 783. Hinc *uulnera* ab ea ira proficiſci dicit auctor, quae *uulnera nocturni proelii* uocat Claud. Feſcenn. 4, 29.

132. *nouo laeta cruore)* Claudianus *uirginei cruoris* meminit Feſcenn. 4, 27.

Nam tibi peruigiles intendunt ſaepe labores
    Imbres, inſidiae, iurgia, damna, niues.
Tum mihi ſaepe feri commendas corda tyranni,
    Sanguineus per te Mars quoque mitis erit.
Tu poſt exſtinctos debellatoſque gigantes,
    Excutis irato tela triſulca Ioui.

Tu

139) *Nunc tibi* uult Withoſius, quod non probo. *impendunt ſaepe dolores* B. Pi. O. Han. Bip. *labores* V. R. Gr. L. G. forte *intendunt* uel *intentant*. Withoſius corrigit *impendent*. 140) *damna, pudor* B. Pi. O. H. Bip. *damna, niues* V. R Gr. L. G. quod praefero. 141) *Tum mihi* Pi. Han. Bip *Tu mihi* Gr. B. O. quod et probat Withoſius. *Vt mihi* G. 144) *Excutis aurato* V. Gr.

139. *peruigiles impendunt ſ. labores) peruigiles* tota nocte tolerandos. *impendunt*, tua cauſſa mouent, excitant, ſed melius uidetur legere *intendunt* uel *intentant*. Virg. Aen. I, 91: *Praeſentemque uiris intentant omnia mortem*. Claud. in Ruf. I, 88: *populis commune intendere letum*. Nolim tamen ſpernere emendationem Withofii *impendent*.

140. *Imbres, inſid. iurg. d. niues.)* Hos labores amantibus ſubeundos repetit ex Ouidio, qui Am. I, 9, 9 ſeqq. amantem cum milite comparat, eumque pariter niarum moleſtias, frigora noctis, imbres niueſque patienter ferre narrat.

41. *commendas corda tyranni)* facis, ut mitiora et laudabiliora uideantur.

144. *Excutis ir tela triſ. Ioui)* Ouid. Am II, 5, 51: *dedit oſcula, qualia poſſent Excutere irato tela triſulca Ioui.*

Tu cogis rapidas affectum ducere tigres,
Per te blandus amans redditur ipſe leo.
Mira tibi uirtus, mira eſt patientia, uictos
Diligis, et uinci, uincere ſaepe uoles.
Cum ſuperata iaces, uires animoſque reſumis,
Atque iterum uinci, uincere rurſus amas.
Ira breuis, longa eſt pietas, recidiua uoluptas,
Et cum poſſe perît, mens tamen una manet.

Con-

145) *rabidas* L. et hoc maoult Withofius, quam uulgatum *rapidas*. *affectus diſcere* B. Pi. O. Bip. *effectus diſc.* Han. Amſt. *effectum diſc.* V. Gr. *affectum ducere* L. G. quod placet. 147) *mira eſt patientia*, *uictos* B. Pi. O. H. Bip. *eſt mira potentia* V. R. Gr. G. *uictor* G. *uictrix* R. *mira eſt patientia uictae* corrigit Withofius, et addit: Explicatione non indigent haec uerba, adeo ſunt clara, nec patiuntur, quamuis caſtis omnia ſint caſta. 148) *uincere ſaepe uolens* pleraeque uulgatae. *uoles* Gr. G. *ſoles* R. *uelis* uel *uinci tu quoque ſaepe ſoles* L. 149) *Cum ſup.* B. Pi. Bip. *Quum* A. H. O. *Dum ſup.* G. *animoſa reſ.* R. *reſumes* L. 150) *rurſus amans* pleraeque impreſſae. *amas* G. quod praefero. 151) *recidiua uol.* pleraeque uulgatae. *rediuiua* uel *recidiua* V. L. *rediuiua* Gr. G.

145. *affectum ducere tigres*, i. e. amoris affectum concipere, contrahere, quemadmodum uua dicitur *colorem ducere* Virg. Ecl. IV, 49, ſaxa *ducere formam* dicuntur Ouid. Met. I, 402. *color ducere ſigna mentis* noſtro El. III, 20.

149. *uires animoſque reſumis*) Forſan reſpexit haec Ouidii Am. I, 9, 29: *Mars dubius, nec certa Venus; uictique reſurgunt* caet.

152. *Et cum poſſe perît*) uti ſupra El. III, 92: *ipſum talia uelle fugit. mens tamen*

men

Conticuit tandem, et longo ſatiata dolore
  Me uelut expletis deſerit exſequiis.

153) *Conticuit quondam* G. *ſatiata* uel *ſanata* L. 154) *Ac uelut expletis deſinit exſ.* pleraeque uulgatae. Sed *deſinit* ſuperfluum uidetur, quia iam dictum eſt *conticuit*. Igitur melior lectio uetuſtiorum V. Gr. G.: *Me uelut expletis deſerit exſ.* Sed hoc pacto commodum fuerit, hexametro copulam inſerere: *Conticuit tandem, et longo* caet.

men una manet, eadem uoluptas et libido. Sic *mentem* accipiunt ſubinde poëtae. Virg. G. III, 267: *furor eſt inſignis equarum, Et mentem Venus ipſa dedit.* Sic etiam noſter u. 102. accepiſſe uidetur.

154. *expletis deſerit exſequiis*, peracto quaſi funeris officio, quo me funeratum proſequi uoluit. Vid. u. 103.

ELEG.

ELEG. VI.

Claude, precor, miſeras aetas uerboſa querelas!
Numquid et hoc uitium uis reſerare tuum?
Sit ſatis, indignum leuiter tetigiſſe pudorem,
Contrectata diu crimina crimen habent.
Omnibus eſt eadem leti uia, non tamen unus
Eſt

1) In codice Bernh. Rottend. haec elegia praecedenti ſine diſtinctione adhaeret. *querelas* G. B. Pi. O. II. Bip. *loquelas* V. Gr. 2) *Numquid adhuc* omnes fere edd. ſed ex mſptis L. et ex edit. G. *Numquid et hoc*, quod praefero. 3) *pudorem* omnes L. tantum adiicit *uel dolorem.* 4) *Contractata* R. G. 5) *eadem uia lethi* R.

1. *aetas uerboſa*) ſenectus garrula. Vid. El. I, 203. Symmachus Epiſt. VIII, 48: *Quid faciam ſenex garrulus? Trahit nos uitium ſenile uerboſitas.*

2. *uis reſerare*, aperire uerbis et oſtendere, hoc etiam uitium ineſſe tibi, quod in ſenibus uulgo reprehenditur. Sic in fragmento Petronii, quod Tom. III. p. 75. dedimus, *commiſſa uerens reſerare miniſter* dicitur. et in Anthol. Lat. lib. IV, ep. 140, 9: *Frangitur explicitis triſtis fortuna querelis. Et reſerata minus pectora uulnus habent.*

3. *leuiter tetigiſſe pudorem)* At non leuiter, ſed nimium tetigit impudens Maximianus, leuis et mendax.

4 *Contrectata diu*) Ouid. ex Pont. I, 6, 22: *tractari uulnera noſtra timent* Sic ſupra El. II, 72: *Eſt graue, quod doleat, commemorare diu.*

5. *Omnibus eſt eadem leti*

Eſt uitae cunctis, exitiique modus.

Hac pueri atque ſenes pariter iuueneſque ferun-tur,

Hac par diuitibus pauper egenus erit.

Ergo quod adſtrictum, quodque eſt uitabile nulli,

Feſti-

7) *Hic pueri* R. *ferentur* uulgatae. *feruntur* V. R. Gr. L. *fruuntur* G. 9) *quod adſtrictum* uulgatae omnes poſt Aſcenſ. *quod attritum* V. G. *quod attritum eſt quicquid uitab. n.* L.

ti uia) Horat. C. I, 28, 16: *omnes una manet nox*, *Et calcanda ſemel uia leti.*

7. *ſenes pariter iuueneſque feruntur.)* Horat. l. c.: *Mixta ſenum ac iuuenum denſentur funera.* Ouid. Met. X, 33: *Serius aut citius ſedem properamus ad unam: Tendimus huc omnes.*

8. *par diuitibus pauper).* Paria habet Horat. C. I, 4, 13 ſeq. II, 3, 21 ſeq. Triſtiſſimum hunc de communi hominum ſorte moriendi locum, pluribus aliorum ſententiis accumulare uereor.

9. *Ergo quod adſtrictum)* h. e. arcte cum humana conditione coniunctum, et neceſſitate quadam fixum eſt, quo ſe exſoluere nemo poſſit. Videtur eo uerbo reſpicere ad ſententiam Horatii, qua *diram Neceſſitatem clauos figere* hominibus, nec poſſe hos *mortis laqueis ſe expedire* ſcribit C. III, 24, 5 ſeq. Inſinuat hoc ſcholiaſtes Horatii, qui eodem uerbo ad enarrandum hunc locum utitur: *cum neceſſitate mortis adſtricta ſit humana conditio, nec poſſis te ullo remedio inde, aut praemio redimere.* Nonnulli codices legunt *Ergo quod attritum*, quod ſi praeferatur, explicandum erit, iter, quod multis multorum hominum paſſibus ante iam tritum et frequentatum eſt.

Feſtino greſſu uincere praeſtat iter.
Infelix ceu iam defleto funere ſurgo,
Hac me defunctum uiuere parte puto.

11) *ſeu iam defleto* R. *Infelix etiam defuncto fun.* G.

10. *Feſtino greſſu uincere)* Conf. El. I, 275 ſeq.

12. *Hac me def. uiu. parte p.)* Conf. El. I, 117.

by Google